MARTINI POLONI, ARCHIEPISCOPI CONSENTINI, AC SVMMI

Pontificis Pœnitentiarij, Chronicon expeditissimum, ad fidem veterum manuscriptorum codicum emendatum & auctum:

Opera SVFFRIDI PETRI Leouardiensis Frisij. V. I. C.



ANTVERPIÆ,
Ex officina Christophori Plantini, Architypographi Regij.
M. D. LXXIIII.

AMPLISSIMO VIRO, ET REVERENDO IN CHRISTO PATRI, AC DOMINO, D. ÆGIDIO HEYNS, Abbati Euerbodiensi dignissimo, Domino ac Mæcenati suo vnicè colendo.

S. P. D.

HISTORIARVM *consignandarum curam, Abbas dignissime, cùm omnibus populis, qui rerum gestarũ gloria floruerũt, tum vtriq; Ecclesiæ, Iudaicæ, inquam, ac Christianæ, semper fuisse maximã, nemo est, qui ignoret. Sed cùm huius studij plures causæ sint inter omnes communes, duæ sunt potissimũ ecclesiæ peculiares, quarũ altera ad Religionis veritatem asserendam, altera ad integritatẽ Christicolarũ testificandam pertinet.* Nam cùm eam demum religionem veram *atque syncerã esse consentaneũ sit, quam testimonio diuino solam constat esse commendatam: nemo sanus dubitauerit, quin ex historijs religioni Christianæ præcipuũ firmamentum peti debeat. Etenim cum facta ea narrant historiæ, quæ futura prædixerãt oracula diuina, fieri non potest, quin fidem faciant legentibus de certitudine veritatis. Quis enim est, nisi diuina quadã vindicta excæcatus, aut in reprobum sensum traditus, qui, cum videat, ea quæ prophetæ multis antea sæculis prædixerant, ad amussim temporibus, locis, rebus atque personis esse completa; nõ credat veracissimo Dei spiritu fuisse pronunciata? Quod quidem cum ita sit, quis neget, Ecclesiam Christi solam esse, quæ vera Dei religione præstet, ad quam solam Oracula religionis veræ dirigi monstrato euentu declarant historiæ? Deinde cùm Christus vitam suorum veluti lumen quoddam accẽsum alijs prælucere velit, interest Ecclesiæ, Sanctorum res gestas historiarum monumentis consignari, vt Iudæi,*

Turcæ, Ethnici, qui extra sunt, animaduerso ecclesiasticæ pietatis fructu ad suscipiendam amplectendamq; religionem Christianam promiores fiant. Vtraq; igitur hac de causa, tũ Iudaicæ, tum Christianæ Ecclesiæ Antistites diligentissimam curam adhibuerũt conscribendis historiis: adeò quidem, vt à primo inde mundi exordio in hunc vsque diem cõtinuatam omniũ temporum seriem conseruarint, quod nullis aliis nationibus, aut populis contingere potuit. Itaq; sicut in veteri, ita etiam in nouo Testamento decretis Antistitum ordinatos esse legimus, qui publicis priuatisq; Ecclesiæ actis memoriæ mandandis præsiderent. In hunc enim finẽ Patriarcharum Genealogiæ primum ab ipso Moyse, & Tribuum dispositiones ab aliis deinde, & familiarum prærogatiuæ porro, vt cætera omittam, tam diligenter consignatæ sunt, vt factarum promissionum euentus liquido constare posset. In hunc finẽ quatuor Euangelistæ, passo statim Christo, euangelicã historiam conscripserunt: qua declararunt omnia in Christo, Iesu esse cõpleta, quæ de Messia promisso fuerant prædicta: Vt omnes gentes intelligerent, haud alium generis humani redemptorem, haud alium veræ religionis auctorem, quàm hunc ipsum, esse expectandum. Et quoniam non solum de persona Messiæ, sed etiam de beneuolentia eius erga ecclesiam suam nobis est concipiẽda fides, & proinde quæ de regnorum mutationibus, de ecclesiæ incremento ac decremento, de periculis ac successu eiusdem ad finem vsq; mundi diuinitus prædicta sunt, consimiliter euentu notato certitudinis ergo consignari debent. Clemens Romanus S. Petri discipulus ac successor, & post eum complures Romani Pontifices, vt Vrbanus primus, Antheros, Fabianus, Caius, & alij, Diaconis ordinatis stipendia decreuerunt, qui res Ecclesiæ gestas & Martyrum vitas non modo Romæ, sed etiam in prouinciis memoriæ mandarent. Planéque testatur Eusebius, Constantinum magnum in hunc ipsum finem Syluestro primo Pontifici Romano, cæterisque per prouincias Episcopis donationes tam largas contulisse, vt veterum auctorum scriptis ab interitu vindicandis, & recentiorum conseruandis, vtrisq;

autem

autem promouendis sumptum suppeditare possent: quem etiam Carolum Magnum in hoc postea fuisse imitatum historijs non incertis constat. Vt igitur hoc studium pronissimis animis tunc arreptum, ita etiam plurimis annorum curriculis inter optimos quosque certatim celebratum fuit: In primis autem pij Monachorum cœtus hanc suæ professionis partem non vltimam esse iudicarunt. Nam cùm eo solum proposito, relictis rebus & occupationibus mundanis, ad Monasticæ vitæ studium sese cõtulissent, vt religionem Christianam liberius & vberiori fructu propagarent, integritatem vitæ suæ, & puritatem doctrinæ Catholicæ sibi conseruandam statuerunt, quo verbis erudirent, exemplis confirmarent, rudes hominum animos ad amplectendam Christi fidem. Ideoque non modo precibus, ieiunijs, eleemosynis & consimilibus pietatis operibus, sese hominibus, & homines, ipsos vna secum Deo commendabant: sed etiam præstantes moribus & eruditione viros pagis, vicis, ac ciuitatibus erudiendis ex cõuentu suo suppeditabant, in quorum vsum & subsidium Bibliothecas instructissimas colligere necesse fuit. Quorum quidem conatus quo pleniorem successum haberent, homines pij donarijs amplissimis vltro largissimè prosecuti sunt: ex quo factum est, vt his penè solis debeamus, quæcumque veterum monumenta vtcumq; ab interitu præseruata sunt. Nam postquam Gothi, Vandali, Longobardi, Normanni, Saraceni alijq; subinde Barbari totum terrarum orbem cædibus, & incendijs miscere cœpissent, tanta lues Rempub. literariam corripuit, vt alijs veterum auctorum scripta prorsus abolere, alijs augere, alijs minuere, alijs formare ac reformare pro suo arbitrio ludus esset: noua cudere vix quisquam vellet, quia nemo satis dignè posset, amisso linguarum vsu, sine quo nihil explicari rectè potest. Hinc igitur est, quòd veterum auctorum scripta tam multa interciderint, quòd ea ipsa quæ supersunt, tam mutila, tam mãca, tam fœdè conspurcata ad manus nostras peruenerint. Hinc est, quod post Carolum Magnum ducentis & amplius annis, parum admodum, & id quidem concise, de rebus in ecclesia

gestis conscriptũ extet: quod quidem cum ita sit, officiũ præstant ecclesiæ cum primis necessarium, qui veterũ scriptis repurgandis, restituẽdis, & in lucẽ eruendis operam suam nauant, cum & auctoribus ipsis conatus suos ratos faciant, & eos etiam voti sui compotes reddant, qui destinatos fructus ex his desiderant. Quanquam igitur iucundius atque etiam tutius esse non ignorem, in proprijs versari, quàm in alienis, quod in illis tuum, in his alienum iudicium tibi sequendum sit, motus tamen exemplo complurium virorum eruditissimorum, haud grauatim reiectis in presens tempus proprijs, aliena suscepi expolienda, si quando eiusmodi aliquid oblatum esset, quod ad indubitatam Reipub. vtilitatem pertinere videretur. Quocirca cùm manuscriptum codicem nactus essem Chronici huius Martiniani, & cum excuso diligenter expensum deprahendissem vetustatis esse tantæ, vt vel ex autographo ipso, vel ex maximè vicino certè descriptum esse non dubitarem, manum admouendam duxi. Cùm illud ita accisum, ita truncatum, ita conspurcatum prodierit, vt ab auctore suo sic fuisse conscriptum nemo credat, omnes fateantur ecclesiam ex eo debitum fructum nunquam percepisse. Suscepi hãc operam eo libentius, Abbas dignissime, quod huic auctori neq; voluntatem neq; facultatem defuisse videã, ad res Ecclesiæ gestas diligenter conscribendas. Fuit enim, vti Trithemius testatur, vir in Scripturis sanctis studiosus & eruditus, & secularium literarum non ignarus. Habuitq; ad rem bene gerendã plurima tum incitamenta tum adiumẽta: fuit enim professione monachus ordinis Dominicani, dignitate Cõsentinus Episcopus, officio Pœnitentiarius Pontificis Romani, fuitqúe proinde librorum copia, vti tum ferebat ætas, instructus maxima. Quæ quidem omnia ac singula cùm plurimi facienda semper sint, tum eo tamen pluris æstimanda puto, quòd ea tẽpestate in illum hæc concurrerint, qua scriptorum ecclesiasticorũ summa extitit penuria Vixit enim circa annum Domini MCCCXX. *Sub Põtifice Ioanne vicesimo primo, quem alij tamen vicesimum secundum nominant,*

nant, cui fuit ab arcanis confeßionibus. Cum enim & alios ingenij sui fœtus edidiſſet, quos Trithemius pleroſque enumerat, tantam apud omnes bonos & eruditos gratiam iniuit, vt progreſſu temporis inter tres religioſorum ordines, Benedictinum, inquam, Dominicanũ, & Ciſterciẽſem de profeßionis eius certitudine contentio nata ſit, ſingulis eum ſibi quaſi ſuum vindicantibus. Cum igitur his de cauſis auctorem hunc digniſsimum iudicarem, in quem operam meam ponerem, & ad integritatem illi ſuam, quàm meditabar reſtituendam, pluribus manuſcriptis codicibus mihi opus eſſe cenſerem, quo facilius ac certius mihi eſſet iudicium, Venerabilis in Chriſto pater ac Dominus Doctor Iacobus Scipmannus Hondiſchotanus, Societatis IESV *apud Louanium Rector vigilantißimus conatus meos ſingulari ſua humanitate benigniſsimè ſubleuauit. Hic enim vir pientißimus, vt omni literarum ac virtutum genere cultißimus, bonos ac literatos omnes mira beneuolentia proſequitur, eos præſertim, qui ſui ſimiles ſunt, hoc eſt, qui ex animo Eccleſiæ ornandæ ſtudent: ita mihi præter illum ſuperiorem, quem ex bibliotheca ſua ipſe ſuppeditauit, duos adhuc manuſcriptos Codices acquiſiuit, quorum alterum ex Tongerloënſi, alterum ex Martinienſi Bibliotheca, ſua interpoſita fide, mihi vtendum ſumpſit. Nec eo contentus etiam alios aliquot Chronologos veteres, qui hactenus deſiderantur, & excuſi nunquam ſunt, pro ſua humanitate mihi impartiuit: & quo commodius in his omnibus illuſtrandis verſari poßim, inſtructißimæ Bibliothecæ ſuæ, quam in vſum ſocietatis per multos annos expenſis maximis collegit, copiam benigniſsimè fecit. Si quid igitur ex hac opera noſtra in præſens Chronicon collata fructus ad vſum Reipub. Chriſtianæ redundarit, eius nomine debentur gratiæ in primis huic ipſi Dn. Patri Scipmanno: Qui vt ad profectum rei literariæ veterum in lucem eruendis & multam & diligentem operam impendit, ita etiam nunc, quod ſibi iuſtas ob cauſas integrum non erat, iuuandæ Reipub. gratia mihi Chronicon hoc reſtituendum & edendum tradidit, nunquàm*

quàm cessans interim consilio, opera, ac re adiuuare conatus eorum, quos religionis orthodoxæ gratia huic studio deditos esse perspexerit. Quantum autem huic auctori restituendo nostra industria contulerit, non difficulter iudicabit, quisquis hanc editionem cum priori illa contulerit. In illa enim si rerum traditarum defectum consideres, lacunas vti turpissimas, ita infinitas inueneris: si temporum confusionem spectes, nihil verum, nihil syncerum repereris. Si orationis spurcitiem toto opere expendas, nihil horridius, nihil incultius, nihil magis barbarum excogitaueris. Et quidem cum rerum defectus, & orationis fœditas, legentibus vltro sese statim prodant, temporum confusio, quæ imperitos latet, & proinde fallit, quanta sit, vno aut altero exemplo proposito facilè intelligetur. Primum sit interstitij inter excidium Troiæ & Vrbem conditam: alterum inter Vrbem conditam & Natalem Christi: hæc enim ad gustum de cæteris accipiendum sufficient. Itaque cap. 2. libr. 1. ab exordio Troiæ ad Vrbem conditam colligit annos 404. capite autem proximo 330. capite sequenti 454. Rursus ab Vrbe condita ad Natalem Christi libr. 2. cap. 2. colligit annos 752. libr. 4. in Pontifice Christo 715. & cum vtriusque huius collectionis calculi omnes falsissimi sint, verus qui sit, nusquam vllus traditur: & cum hæc tanta confusio, tanta incertitudo in calculo tam celebri acciderit, qui & lippis & tonsoribus, vt dicitur, notissimus est, quid in obscurioribus erit expectandum certi, quo possis fidere? Atqui Chronicon cum ex diligentissima temporum calculatione dictum sit, ne nomen quidem tueatur suum, si rebus gestis tempora tam peruerse subtrahat. Adde igitur his iam tantis temporum confusionibus barbarismos ac solœcismos, adde orationis squalorem intolerabilem, adde denique rerum defectum continentem, adde sententias truncatas, narrationes mutilatas, adde veritatem suppressam, & supposita mendacia: & quid inuenies quo commendari editio ista prior queat? Nec verò est, quod quis existimet, me huius nostræ editionis commendandæ gratia illam acerbius vellicare

care

care, res est in manibus, & qui mihi non credit, faciat licet ipse periculum. Quin potius consideret, hoc opus ob causas à me propositas à multis negligi, à multis contemni, à multis velut indignum Chronici nomine scriptis publicis falsissimè traduci & explodi. Causas autem huius tantæ peruersitatis temporibus imputamus: Nam cum Martinus sua tempestate, vti ferè solus, ita præcipuus rerum ecclesiasticarum Chronographus extiterit; factum est, vt opus ab ipso editum magno cum applausu omnes exciperent. Quod quoniam typis nondum repertis manu describendum erat, id quod in optimis quibusque auctoribus vsu venit, in hoc etiam accidit, vt aliorum imperitia, aliorum negligentia, aliorum maleuolentia propositum exemplar de integritatis gradu deturbarit. Quorum erroribus identidem repetitis & conduplicatis, tandem Martino nihil esset reliquum in Chronico præter nomen suum conspurcatum vitijs alienis. Diuersis tamen culpis diuersa fuit occasio. Nam quod ad confusionem temporum attinet, quod attinet ad orationis deprauationem, id vniuersum imperitiæ & oscitantiæ eorum attribuimus, qui codicibus describendis debitam industriam non præstiterunt. Idem enim & Ciceroni, & Senecæ, & Plinio, & cæteris auctoribus maximè vsitatis accidisse videmus, qui quo sæpius descripti sunt, eo pluribus mendis fuerunt conspurcati. Quod ad lacunas contextus & defectus rerum attinet, quid historiæ corpus labefactauerit, & ad nihilum penè deduxerit, equidem cum considero, duarum causarum alterutram planè esse puto. Aut enim auctor ipse ex interuallo idem opus suum sæpius edidit, vt posterior editio priorem accessione rerum vicerit: aut qui descripserũt, pro arbitrio suo operi alieno detraxerunt, quantum libuit. Vtrumque enim hoc auctoribus plurimis vsu venisse nemo est qui ignoret. Nam sanè vt auctores eundem fœtum suum sæpius relambant, & interdum in lucem emittant recognitum, auctum & locupletatum, etiam hodie vsitatissimum est, cum succedens vita cuique non modo plus temporis ad locupletandum, sed etiam plus iu-

dicij ad limandum suppeditet. Superiori autem ætate cum Typographiæ subsidio nondum reperto calamis agenda res esset, & certatim singuli Chronicon aliquod confirmandæ memoriæ suæ sibi vellent habere peculiare, procliue fuit, vt epitomas facerent homines occupati, & tantum describerent, quantum instituto suo sufficeret, cætera resecarent. Hac enim ratione in Trogo Pompeio Iustinus, in Tito Liuio Florus, in Dione Xiphilinus, in aliis alij versati sunt, quorum opera effectum est, vt auctores geminos aut prorsus amiserimus, aut certè minus integros habeamus. Harum igitur causarum vtrauis, cum ad diuersitatem exemplarium efficiendam abunde sufficiat, ego in Martino hoc nostro posterioris huius argumenta certiora comperio, quam istius prioris. Primum enim cum ipse statim in principio promittat se Chronicon suum ad Ioannem primum inclusiuè producturum, scioli, qui eundem vicesimum secundum numerant, quem Martinus vicesimum primum vocat, rati illa supposititia esse, quæ post vicesimum primum suum adiecta reperissent, in hoc ipso Martini Chronicon terminarunt: & quæ ad vicesimum secundum reliqua porro essent, appendicis loco censuerunt. Atqui Martinus, vti promiserat, ad hunc Ioannem, sub quo ipse vixit, vt supra diximus, & quem proinde vicesimum primum nouit inclusiue continuo filo Chronicon suum deduxit, vt ex manuscripto nostro patet, in quo nullum vsquam Appendicis vestigium apparet. Deinde, cum in ipso operis frontispicio Martinus Orosium secutus secundum quatuor climata mundi proposuisset, quatuor esse regna maiora, Babylonicum scilicet, Carthaginense, Macedonicum, & Romanum, de quibus singulis sibi dicendum separatim esset, antequam Chronologiam ipsam ordiretur, cæteris, vt ab auctore per ordinem præstita fuerant, vtcumque reseruatis, totum pene tractatum de Regno Macedonico præciderunt. Atque hæc quidem cum certissima sint mutilati operis argumenta, tum alia sunt infinita his ipsis nihilo magis dubia, quæ suis locis rectius adnotabuntur.

tabuntur. Illud mirari satis non possum, vnde in priorem illam & publicatam editionem quædam irrepserint, quæ nec in manuscriptis codicibus nostris reperiũtur, neq; Martinum cogitasse vnquam, nedum scripsisse, consentaneum est, quæ & ipse præsentibus locis indicaturi sumus. Damus igitur hoc iam Chronicon tertia ferè parte locupletius quàm hactenus excusum fuit, ac damus quidem ex mutilato integrum, ex confuso certum, ex Barbaro Latinum. Nam & orationis squalorem præsidio manuscripti Codicis magna ex parte detersimus, & temporum certitudinem restituimus, & lacunas infinitas expleuimus, ita vt & rerum cognitione ad plenum instrui, & temporum fide niti, & dictionis horrore saltem non offendi lector posset. Quorum quidem singulorum (de rerum ac temporum restitutione loquor, nam de orationis puritate in hoc quidem auctore minus laborandũ fuit:) rationem cum Lectori constare velim, ne quis forte putet me temerè mutasse quicquam, suis locis reddendam duxi, quo facilius æstimari posit. Illud in vniuersum lectori constare volumus, nos toto opere ex probatissimis Chronologis continuam annorum seriem adnotasse, vt eo saltem fidere posit, sicubi discrepantia manuscriptorũ Codicum nos integritatem suam Martino restituere passa nõ est. In specialibus quo certius rationem redderem, non refragante argumenti natura, libros, qui duo fuerant, in quatuor, & libros ipsos in capita partitus sum, & in singula capita, vbi opus fuit, annotationes scripsi, quas in vnum collectas ad calcem operis retrusi, vt & continuum Chronici cursum non interrumperent, & quid quoque loco vel adiectum, vel detractum, vel immutatum esset, sine errore commonstrarent. Atque huius quidem consilij nostri memorem volumus esse Lectorem, ne forte, cum legerit apud Trithemium à Martino nostro editos fuisse succincti Chronici libros duos, aut illum putet in librorum numero errasse, quia nos quatuor proferamus, aut nos temere auxisse credat, quos ille succinctos appellat. Sunt enim ijdẽ illi duo iam hi quatuor, & succincti manent, nihilo minus etiam resti-

restitutis iis, quæ detracta fuerant, modo succinctos esse nemo neget, ex quibus homo nō nimis occupatus intra quatriduū omniū Pontificum & Imperatorum Romanorum, vt nihil amplius dicam, & omnium penè rerum mille trecentis & amplius annis toto terrarum orbe sub his gestarum compendiariam quādam cognitionem haurire cum voluptate poßit. Cum itaque hoc Chronicon à mendis, ab erroribus, à defectibus vindicatum pristinæ integritati suæ restituerimus, ac tale iam, vt confidimus, in lucem proferamus, quale fuit ab auctore suo primitus conscriptum, vberrimos istos fructus, quos Reipub. Christianæ Martinus ipse destinauit, percipere lector securus potest. Vsus enim Chronici huius multiplex est, quem ignorare studiosus non debet. Primum diligentia auctoris fecit, vt hic multa compendio tradantur, quæ alibi diffuse tractata fuerant. Fecit etiam vt hic extent, quæ alibi non facilè reperiantur, quod aut prorsus interciderint, aut certè in lucem nondum prodierint, ex quibus ea sumpsit. Fecit deinde, vt ab exordio mundi ad Christum, & à Christo porro ad annum vsque millesimum trecentesimum vicesimum habeamus continuatā annorum seriem, & ad eandem seriem regnorum præcipuorum æras tam accuratè digestas. In primis enim duobus libris omnia quæ ab exordio mundi ad Christum vsque contigerunt, succincta methodo perstringit. In quibus illud notatu dignißimum est, quod cum omnia velut in Epitomen redigat, quæcumque Latinis ac Græcis & Hebraicis historijs de Babylonico, Macedonico, Carthaginensi & Romano Imperio ad illum vsque diem tradita reperiuntur. Tum hæc singula vbique tam exactè ad æram populi Iudaici accommodet, vt, cum aliunde rerum gestarum veritatem mutuetur, ex literis sacris mutuetur lucem temporum, qua veluti clarißimo quodam sole pretiosißimā supellectilem suam illustret. In posterioribus deinde duobus pari solertia, non modo quid in Ecclesia, quid in Imperio Romano; sed etiam quid extra Imperium, quid extra Ecclesiā à nato Christo per mille trecētos ac viginti annos acciderit, recēset.

Erit

Erit igitur hic auctor vsui non solum ijs, qui multorum sæculorum res intra & extra ecclesiam gestas compendio discere cupiunt, sed etiam ijs, qui quicquid legerint, memoriæ firmandæ gratia, velut in locos quosdam communes referre desiderant, vnde cum opus sit, repetant, & ad præsentem vsum accommodent. Hic enim ea methodo Chronicon suum disposuit, vt classes appositissimas historijs adnotandis suppeditet, vtpote, qui res gestas ante natum Christum ad quatuor Regnorum continentem seriem referat, & post Christum ad Pontifices & Imperatores accommodet, quos vna pagina complexus mirabiliter sibi mutuo opposuit, vt continuo successu ecclesiastica & seculares, sacræ & prophanæ historiæ digerantur: quo ad locorum communium rectitudinem nihil fieri potuit expeditius. Hoc igitur quicquid est operæ, quod nos in hunc auctorem repurgandum & restituendum contulimus, Abbas dignissime, tuo nomini dedicatum volumus, non alia de causa, quàm quod te virum vt prudentem & pium, ita etiam veteris istius instituti monastici cum primis tenacem esse perspexerimus. Tu enim cum animaduerteres clericalis disciplinæ remissionem offensis laicorũ animis ingentem præsentibus ecclesiæ procellis occasionem dedisse, ab initio statim operam dedisti, vt & cætera præstares, quæ deberes, & conuentuales etiam tuos ex præscripto maiorum in officio contineres, non solum intra pomeria cœnobij tui, sed etiam foris, quotiescunque vel vsu flagitante, vel vrgente necessitate, aliquo prodeundum esset. Itaque Louanij quanta cum modestia, quanta cum pietate, quanta denique cum sanctitate versentur tui, tota testatur vniuersitas, & domus declarat tua: quæ nõ minus officijs diuinis interdiu ac noctu feruet, quam ipsissima septa monasterij tui. Sunt autem, laus Deo, complures hic circumquaque piorum conuentuum Antistites, qui maiorum suorum vestigiis fortiter insistunt, eaq; præstant, quæ ad religionem & rem literariam promouendam requiruntur. Est Dominus Lambertus Hancart Abbas Gemblacensis: est Dominus Michaël Malenius, abbas Ninouẽsis: est Dominus Carolus vander Linden,

Abbas

Abbas Percensis: est frater eius Dominus Ioannes vander Linden Abbas S. Gertrudis, & Conseruator priuilegiorum vniuersitatis huius: est Dominus Paulus Syluanus Regularium domus S. Martini Prior, sunt alij tum intra, tum extra hanc Vniuersitatem complures, quos omnes enumerare nihil est necesse, qui & disciplinam veterem inter suos domi forisque custodiunt, & ad subsidium Ecclesiæ nō modo Tyrones suos liberaliter instituēdos curant, sed etiā veterum scriptorum receptis & approbatis monumentis in lucem eruendis gnauiter incumbunt. Quorum quidem in numero Abbas dignißime cum tu eum locum teneas, vt exemplo tuo multi moti sint, multi indies moueantur, ad reformandam instituti sui disciplinam, puto me nulli commodius hunc auctorem potuisse dedicare, quam tibi. Ac spero equidem te, pro singulari prudentia atque pietate tua dedicationem hanc non grauatim esse admissurum, hac præsertim tempestate, qua maximè prælatos omnes aduigilare par est ad conseruandas Ecclesiæ Catholicæ antiquitates, quibus extinguendis & abolendis, incendiarij tam multi sunt intenti, non alio proposito, vt videntur, quam Herodes olim, & post eum, Stilico, publicis scriptorum monumentis de medio tollendis intentus fuit. Herodes enim Antipatri filius, cùm esset homo nouus & obscurus, & proinde Iudæis nobilitatem suam inuideret, Generationum libros publicos, quibus in singulis tribubus singulæ familiæ, & in singulis familiis personæ singulæ progenitores suos ordine vniuersos ad ipsum vsque Adamū nominatim recēsere poterant, conquisitos Vulcano tradidit: vt Iudæi nihilo nobiliores ipso viderentur, abolitis testimonijs, quibus nobilitatē suā dudū astruebant. Stilico Vandalus itidem libros Sibyllinos, quibus fata Romanæ Vrbis continebantur, & proinde temporibus periculosis à Romanis ingenti cum religione asseruati consulebantur, flammis absumpsit, ob id, quòd se, in his, vt erat, Imperij Romani inuasorem notari intellexisset. Idem sanè videntur isti habere studio, qui libris exurendis hodie tam solicitè incūbunt. Planè enim id operam dant, vt abolitis monumentis veterum, Ecclesia Catholica

licæ prærogatiuam suam tueri non queat, & ipsi cùm proditores Ecclesiæ sint, coargui non poßint. Horum igitur furoribus tam impijs, tam perniciosis, vt omnes pij resistere ex officio debent, ita alia ratione commodius resisti non potest, quam iis ipsis diligenter prælo mandandis, quæ per maiores nostros tam solicitè conquisita sunt. Quantum enim alioqui periculi his nunc immineat, documento sunt tot illustres bibliothecæ intra paucos ab hinc annos tam miserè vel absumptæ vel dißipatæ tam ingenti cum Reipub. Christianæ detrimento. Tu igitur si nominis tui patrocinio Martinum hunc nostrum dignatus fueris, Abbas dignißime, non modo Rempub. Christianam Chronico tam frugifero ornaueris, sed etiam conatus meos ad maiora in vsum Ecclesiæ præstanda alacriores reddideris. Deus Opt. Max. amplitudinem dignitatemq; tuam semper in maius ac melius augere, ac diu incolumem conseruare dignetur. Bene vale, Abbas dignißime, & me inter Clientulos tuos commendatum habe. Louanij, ipso die S. Michaëlis Archangeli, anno Domini M. D. LXXIII.

Tuæ Amplitudinis,

famulus deditißimus

Suffridus Petrus Leouardiensis Frisius. V. I. C.

PRIVILEGII SENTENTIA.

AVCTORITATE Philippi Hiſpaniarum Regis, cautum eſt, ne quis alius præter Chriſtophorum Plantinum, eiuſdem Regiæ Maieſtatis Architypographum *Martini Poloni Archiepiſcopi Conſentini Chronicon* ante decennium imprimat, neue alibi, ſimul vel ſeparatim, aut quocumque alio modo excuſum, venale habeat, vel quouis modo diſtrahat: ſub pœnis in Diplomate contentis, Dato Bruxellis poſtrema Nouemb. M.D.LXXIII.

Subſign.

I.de Perre.

MARTINI POLONI, ARCHIEPISCOPI CONSENTINI, AC SVMMI Pontificis Pœnitentiarij, in Chronicam ſuam,

PRÆFATIO.

Voniam ſcire tempora ſummorum Pontificum Romanorum, & Imperatorum, necnõ & aliorum patrum ipſorum contemporaneorum, quàm plurimùm inter alios, Theologis ac Iuriſperitis expedit: ego frater MARTINVS *Domini Papæ Pœnitentiarius & Capellanus, ex diuerſis Chronicis & geſtis ſummorum Põtificum & Imperatorum, præſens opuſculum, per annos Incarnationis Domini, ab ipſo Pontifice* IESV CHRISTO, *& ab Octauiano primo Auguſto, ſiue Imperatore: per Pontifices & Imperatores deſcendendo, vſque ad Iohannem vigeſimumprimum, papam, deduxi incluſiuè in vna pagina. Eo anno Domini, quo creati fuerint, ponendo Pontifices: in alia pagina econtrà ſub eiſdem annis, eo anno quo creatus quiſque fuit, ponendo Imperatores. Et quia tam Põtifices quàm Imperatores, Romanæ vrbis eſſe dicuntur: idcirco conueniens ar-*

Specialis tractandi modus in hac Chronica.

bitratus sum, de conditione & statu Vrbis, aliqua præmittere, vt sic de ipsis Pontificibus & Imperatoribus, ordinatius possim procedere.

Vnde hæc desumpta.

Compilaui autem præsens opusculum, ex scriptis Titi Liuij.

Ex Chronicis Orosii;

Ex Chronicis Damasi papæ, de gestis Pontificũ.

De gestis Bonisii episcopi Sutrini, de gestis Pontificum.

Ex Chronicis Pauli Romani Diaconi cardinalis de gestis vtrorumque.

Ex Chronicis Gilberti, de gestis vtrorumque.

Ex chronicis Richardi, monachi Cluniacensis.

Ex Chronicis Geruasii.

Ex Chronicis Methodij.

Ex Chronicis Godefridi Viterbiensis.

Ex Chronicis fratris Vincentij Beluacensis.

Et aliqua accepi ex Decreto.

Et quædam ex Passionibus sanctorum.

Distributio.

Primo ergo dicendum est, de quatuor regnis maioribus, de quibus Romanum vltimum fuit.

Secundò, de tempore quo Roma incepit.

Tertiò, de personis à quibus ipsa cœpit.

Quartò, de modo quo incœpit.

Quintò, de rectoribus suis, & regimine, quo profecit.

MARTINI POLONI, ARCHIEPISCOPI CONSENTINI, DE QVATVOR maioribus regnis, & Romanæ vrbis exordio,

LIB. I.

CAP. I.

SICVT enim dicit Orosius, ad beatũ Augustinum scribẽs: A mundi creatione, vsque ad vrbem conditã, anni sunt quatuor milia quadringenti, octuagintaquatuor: & ab vrbe condita vsquead natiuitatẽ CHRISTI anni septingenti quindecim colliguntur. Et ita ab origine Mundi, vsque ad Aduentum CHRISTI, fluxerunt anni quinque mille ducenti minus vno.

Quot anni ab origine mundi vsque ad CHRISTI aduentum, versus: ad IESVM annis bis cẽtum, minus vno, millia quinq;. Tu autẽ vero calculo tene ab Adam ad vrbem conditam annos 3215. ab vrbe condita ad Christũ 751. In totũ 3966. vide annotat.

Reperiuntur autem inter alia regna, quatuor fuisse maiora, secundum quatuor climata mundi: videlicet,

Babylonicum, ab Oriente: quod incœpit à Nino tempore Abrahæ.

Carthaginense, à Meridie: quod incœpit tempore Iudicum, sub Thola duce, quando Carthago condita est.

Macedonicum, à Septentrione: quod incœpit ab Alexandro, tempore Machabæorum.

Romanũ, ab Occidente: quod cœpit à Romulo.

Quorum regnorum duo media, minora: primum verò & vltimum, maiora: ſcilicet potentia & duratione, leguntur.

Similitudo. Et sicvt omnes hiſtorię Babylonicæ, à Nino, cuius vxor Semiramis Babylōniā inſtaurauit: ſic à Proca, qui proauus Romuli fuit, Romanæ hiſtoriæ initium habuerunt: quemadmodum Oroſius dicit.

Item, ſicut à primo anno Imperij Nini, quouſque à Semiramide Babylonia tempore Abrahæ inſtaurari cœpit, fluxerunt anni ſexagintaquatuor: ſic etiam à primo anno Procæ, quo regnare cœpit, vſque ad cōditionem Vrbis, quæ facta eſt à Romulo, fluxerunt ſimiliter anni ſexagintaquatuor.

De regno Babyloniæ in ſpeciali.

Hæc in excuſis exemplaribus non habentur. Secundum Euſebium, Anno primo Abrahæ, qui fuit à diluuio annus 293. primus rex Aſſyriorum Ninus Beli filius Imperij ſui annum 43. agebat: poſt quem vxor eius Semiramis regnauit, deinde filius eius Zameis, poſt quem regnauerunt 37. reges numero. tunc Perſę & Medi, imperio Aſſyriorum deſtructo, regnum transferūt in Medos, ſcilicet anno VII. Oziæ Regis Iuda, quo capitur Babylonia: & computantur omnes anni regni Aſſyriorum à primo anno Nini vſque ad iſtum, MCCXI.

Quòd verò Belus primus apud Aſſyrios regnauerit, verum eſt, quantum ad regni exordium: Ninus autem quantum ad regni ampliationem.

A Nino orta ſunt Idôla in hunc modum. Mortuo Belo, Ninus in ſolacium doloris, imaginem patris fecit ſibi, cui tantam reuerentiam exhibuit, vt quibuſlibet reis, qui ad eam confugiſſent, parceret. Proinde homines de regno eius diuinos honores imagini

imagini cœperunt impendere. Hoc exemplo plurimi charis suis mortuis imagines dedicauerunt: & sicut ab Idôlo Beli cæteri traxerunt originem, sic ab eius nomine generale nomen fuit Idolörum. Sicut enim Bel dictus est ab Assyrijs, sic & aliæ nationes secundum Idiomata linguæ suæ dixerunt: aliæ à Bel Beel, aliæ Baal, aliæ Baalim, imò & nomina specificauerunt, aliæ Beelphegor, aliæ Beelzebuc dicentes.

ANNO VII. Abrahę, Ninus condidit ciuitatē Niniuen in regno Assyriorum. Posthæc ipse dum resistentem sibi vrbem Niniuitarum oppugnat, sagittæ ictu interijt,

NINVS vicit Mizraim, qui & Corcalles, filium Cham, qui adhuc viuebat, Magicę artis inuentorem, qui & septem liberales artes inuenit

CHAM filius Noë filio suo, Mizraim, à quo genus Ægyptiorum, Babyloniorum, & Persarum deriuatur, malè compertam Magicæ artis tradidit disciplinam. Hic volens apud homines videri Deus, multum & frequenter intentus, velut scintillas quasdam ex stellis producebat, vt rudes in stuporem miraculi traherentur. Tandem ab ipso Dæmone, quem importunius frequentabat, succensus est. Cui extruxerunt sepulchrum, tanquam amico Dei, vehiculo fulminis ad cælum subleuato: Vnde & post mortem hoc nomen sortitus est Zoroastes, tanquam viuens astrum: Helandus dicit. De Zoroaste scribit Aristoteles, quòd vigesies essent centum millia Versuum condita ab ipso, quæ indice voluminum eius declarentur. Augustinus de ciuitate Dei dicit lib. 21. cap. 14. Solum, quando natus est, ferūt risisse Zoroasten, nec illi boni aliquid monstrosus ille risus portendit: Nam licet magicarū ar-

tium inuentor fuerit à Nino Rege Assyriorum, cum esset ille Rex Bactrianorum, superatus est.

MORTVO Nino, vxor eius Semiramis regnauit, de qua innumerabilia narrantur. Hæc filio suo nupsit, vt posset regnare: hæc Æthiopiã bello oppressam suo adiecit imperio. Indis quoque bellum intulit, quam præter eam, & Alexandrum Magnum postea nullus intrauit. Dicit Orosius, quod Semiramis libidine ardens, sanguinem sitiens, cùm omnes quos concubitu oblectasset, occideret; tandem filio flagitiosè concepto, impiè exposito, incestè cognito, priuatam ignominiam publico scelere obtexit: præcepit enim vt inter parentes & filios nulla delata reuerentia naturæ, de coniugiis appetẽdis, cùm libitum esset, liberum fieret. Iustinus dicit, quod cum ipsa concubitum filij petijsset, ab eodem interfecta est, quæ 42. annis post Ninum regnauit.

ET DICITVR in quadam historia, quod hęc Semiramis habuit filium, qui Trebras & Trebeta dicebatur: qui obstupescẽs nephas, quod frater suus cum matre sua perpetrauerat, aufugit de imperio matris, nunquam reuersurus. Et transiens multas regiones, tandem peruenit in Galliam supra Mosellam fluuiũ. Et cùm locus sibi placuisset, construxit ibidem ciuitatem sui nominis, & ibidem regnauit: quæ ciuitas vsque in hodiernum diem Treueris dicitur. Semiramis Asiam tenuit, & propter inundationes, aggeres construxit, plurimas vrbes, & Babyloniam instaurauit.

Hactenus exemplar manuscriptum. Cuius Babyloniæ casum & excidium, rex Cyrus fecit, tempore Esdræ & Zachariæ prophetarũ. Nam quum Cyrus Orientem magna ex parte subiecisset, ad Babyloniã, quæ aliis ciuitatibus opulentior fuit, accessit:

acceſſit:ſed Euphrates,& alius fluuius ſibi obſtitit. Quumque vnus de ſuis militibus, non ſolùm audacior, verùm etiam forma excellentior tranſitum attentaret,& fluuij rapacitate abſorptus fuiſſet,rex Cyrus dolens pro milite, iratus proteſtatus eſt, flumen quod tam præclarum militem voraſſet,adeò meabilem ſe facturum, vt genua mulierum tranſeuntium non tangeret: quod & factum eſt. Nam per cāpi amplitudinem,in quadringentos ſexaginta alueos diuiſit. Sic & Euphraté fluuium validiſſimum per mediã Babyloniam fluentem,à ciuitate auertit. Et ſic per alueum,in luto aquarum multarum,ſicut prophetauit Abacuc,hoſtiliter intrauit ciuitatem,cepitq; vrbem: quam (ſicut dicit Oroſius) vel humano opere conſtrui, vel humana virtute deſtrui potuiſſe, penè incredibile apud mortales erat. Nam ciuitas in campi planitie ſita,vndique conſpicua, natura loci amœniſſima,per quadrum fuit diſpoſita. Murorum eius latitudo fuit quinquaginta cubitorum,& in altitudiné quater tantum: Murus eius ex cocto latere,atque interfuſo bitumine compactus fuit. A fronte murorũ, centum portas æreas habebat, & circuitus eius quadringentis & octoginta ſtadiis ambiebatur: qui ambitus,quinquagintaunum miliare continebat. Plura alia mirabilia de ipſa ſcribi Oroſius.

Qualiter Babylon capta.

Abac. cap. 2.

Deſcriptio Babylonia.

Arx enim I. Capitolium illius vrbis, eſt turris, quæ ædificata eſt poſt diluuiũ; in altitudine tria millia dicitur habere paſſuum,paulatim delata in anguſtias coarctata: Ibi ſunt templa marmorea, aureæ ſtatuæ,plateæ lapidibus auroque fulgentes. Sed Babylonia pòſt fuit in deſertum redacta. Nam illa Babylon,quæ modò colitur, à Cambiſe Cyri filio condita eſt in Ægypto.

HAEC in excuſis exẽplaribus non habentur.

De regno Carthaginensi infra, tempore quo Carthago à Romanis destructa fuit, aliqua dicetur. De regno verò Macedonico, tempore Alexandri Magni aliquid tractabitur.

Historia prima Troiæ, & eius excidium.

HIC dicendum esset de regno Romano, sed quia qui Romam condiderunt, à Troianis descenderunt, primò dicendum est de Troia, & eius excidio. Sciendum est ergo quòd tempore quo Aoth iudicaret Israël, secundo post Iosue, in Dardania, id est, Gręcia, quæ à Dardano Phesulano fuit nominata, est condita prima Troia, & à Troë ibi regnante dicta est Troia: præterea regnante in Thessalia Pelia. hic cupiens Iasonem filium Æsonis fratris sui, cui regnum Thessaliæ debebatur, perdere sine pudore, nouum virtutis calcar subiecit illi, videlicet, quod in insula Colchos vltra Troiam erat aries, habens Aureũ Vellus, qui custodiebatur à Marte per boues, vrẽtes flammas ex ore vomentes: & qui hunc arietem volebat habere, cum bobus debebat bellare, & ipsos deuictos cogere terram arare, in qua erant: & postea debebat Draconem flammas vomentem perimere, & dentes eius à faucibus euellere, & serere in dictam terram; ex cuius agri semine nasci debebant milites seinuicem perimentes, & aliter dictum Aureum Vellus haberi non potuit. Et volentibus bellare cũ ipsis rex Æta prædictæ insulæ præbebat aditum. Veritas fuit, quòd dictus rex magnum habuit thesaurum, mathematicis incantationibus custoditum, quem cum multi quærere voluerunt, mortem quæsiuerũt. Animauit ergo Pelias Iasonem pro acquisitione huius Aurei Velleris: & parato nauigio, Iason cum comitiua

mitiua nobilium,recesserunt de Thessalia;inter quos fuit Hercules ex Ioue & Alcumena Amphitrionis vxore natus,secundum poëtas.Hic Hercules multos gygantes interemit suis temporibus, & Antæum luctâ vicit: & si verum est, intrepidus portas inferni adiuit, & custodem canem Cerberum violenta manu inde extraxit, & perdomuit pulcione.Fixit etiam columnas ad Gades, ad quas magnus Alexãder peruenit.Et modicum antequam Paris Helenam raperet,incidit in morbum, ob cuius remedium iniecit se in flammas,& mortuus est.

Peruenerunt tandem ad littus Troianũ, vbi cùm quiescere vellent,à Laomedonte tunc rege Troianorum non sunt permissi: Iason ergo & Hercules cum suis indignati recesserũt,& hæc causa excidij Troiani fuit,& peruenerunt in insulam Colchos. Cornutatis ergo ipsis à rege Æta, Medęa regis filia Mathematicis sciẽtijs multum docta, vnica patris sui hæres, inamorata de Iasone, promisit Iasoni, vt si ipsam se promitteret ducere in vxorem, & secum eam abduceret,iuuaret ipsum Aureum Vellus acquirere, pro quo venerat. Nocte succedente Iason Medeæ cubiculum clam intrauit, procurante Medæa,& iurauit eam se ducturum in vxorem:& concubuit illa nocte cum ipsa,vbi tractabant de acquirendo Aureo Vellere. Medæa ergo tradidit Iasoni imaginem argenteam contra incãtationes omnes valentem,& instruxit eum, vt ipsam secum cautè ferret, & vnguentum dedit illi,quo se vngeret, valens contra incendia, & annulum in quo erat Achates gemma valens contrà venena,& per quem incluso eo in pugno fiebat inuisibilis. Dedit etiam illi scriptum, quod antequam irrueret in Aureum Vellus, ter legeret, quo placaret

Deos. Dedit item illi phialam plenã liquore infundẽdam ori boũ, ex quo ora eorum contrahebantur, sic vt vltra non valerent aperire: & sic de singulis docuit ipsum, & post abiuit. Et tandẽ Iason à rege Æta obtenta licentia transiuit ad Aureũ Vellus, quod iuxta erat in insula, & fecit vt doct⁹ erat, & boues terrã coëgit iugo arare, & draconẽ occidit, & euulsos dẽtes eius seminat, ex quibus surrexerũt milites se inuicem occidẽtes; deinde accessit ad Arietẽ, & illũ occidit. Spoliato eo suo aureo vellere ditatus peruenit ad Herculem, & suos socios. Rex Aetes eo percepto, tristatus est. Et Iason cum Medea pòst ibidem permansit per mensem, & postea simul inscio Rege discesserunt, & peruenerunt in Thessaliam, vbi Iason Medeam tandem post multa discrimina occultè occidit. Et tũc præpositus est Iason regno Thessaliæ, quod ante recessum suũ sibi, licet dolosè, Pelias promiserat. Exponunt tandẽ Peliæ Regi, Iason & Hercules contumeliam eis à Laomedonte, rege Troiano factam, & cupiunt se vlcisci. Hercules ergo inuocato auxilio Castoris, & Pollucis Regum Spartensium fratrum Helenæ, & Regis Salaminis Telamonis, fratris Pelei regis Thessaliæ, & Nestoris ducis insulæ Pyli, cum quibus Iason, & Hercules venerunt Troiã, & fortissimè ibi pugnauerũt. & Hercules Laomedontem regẽ interfecit, & victores Græci per mensẽ spolijs vacauerũt: & deinde occisis, & in seruitutem redactis Troianis, subuerterũt mœnia ciuitatis, & palacia, Regisq; filiã Hesionem speciosissimam rapit Hercules, & Telamoni tradit in præmiũ victoriæ, quã pro cõcubina tenuit, & inde orta sunt scãdala posteriora. Deinde Gręci recesserũt. Hæc enim Troia tantæ magnitudinis non fuit, quantę, de qua sequitur.

De

De filijs Priami Regis.

LAOMEDON habebat filium Priamum, qui ex vxore sua Hecuba quinque habuit filios, & tres filias, quorum primogenitus fuit Hector strenuissimus: secundus Paris, qui alio nomine Alexander dicebatur, doctus præ cæteris in artibus magistralibus. Tertius Deiphobus strenuus & discretus in cõsilijs. Quartus Helenus scientiis liberalibus eruditus. Quintus Troilus virtuosus in bello. Filiarum prima Creusa Æneæ cõiunx, quem Æneam ex Venere concepit Anchises. Secunda Cassandra virgo, quæ liberalibus artibus pollebat. Tertia Polyxena miræ pulchritudinis puella. Præterea rex Priamus habebat triginta filios naturales ex diuersis mulieribus. Cùm præmissis vxore & filiis Priamus rex fuit in obsidione cuiusdam castri, cùm Troia destructa fuit, & pater suus occisus, & soror capta, & nouis perceptis anxius minis, reuersus est Troiam: quam vt vidit destructam, conuocatis magistris, mandauit in eodem loco nouam Troiam instaurari, mirabilis longitudinis & latitudinis. Fuit autem eius ambitus longitudinis itineris trium dierum, & latitudinis coæqualis, nec ante fundationẽ eius, nec postea vsquàm legitur ciuitas tantæ magnitudinis aut pulchritudinis. Fuerunt, à terræ superficie, muri eius altitudinis ducentorum cubitorum, quorum superficies erat marmoreis lapidibus incrustata diuersorum colorum. In murorum circuitu non multum vna turris distabat ab alia, sex portas habebat, bellicosis turribus firmatas, marmoreis imaginibus circumquaque decoras. Erant & muri exterius muris, & profundis vallibus circumquaque firmati. Intra ciuitatem erant infinita palacia, & infinitæ domus ciuium, & fertur ibi nul-

la domus fuisse tantum depressa, quin sexaginta cubitos in altitudine supra terram habuisset;totas etiam marmoreis firmatas lapidibus; cum sculpturis imaginum: per plateas mœchanicarum artium diuersarum fuerant stationes locatę. per mediū ciuitatis fluuius Xanthus nomine decurrebat. In hanc vrbem totius regni adiacentes gentes per loca alia, & vrbes dispersas, rex Priamus inhabitare decreuit: quarum multitudine facta est nimium populosa, multis decorata nobilibus, vndique tota plena. Ibi primo inuenta fuerunt scacorū solatia: quidam tamen asserunt ea longè antea fuisse in Chaldæa inuenta. Alearum ludi irascibiles, repentina damna, item taxillorum inuenta fuerunt. Ibi tragœdiæ, & comœdiæ primitus institutæ. Ibi inuenti leguntur ludi Circenses, Ceronenses, & multa alia genera ludorū. Deinde rex Priamus Ilium confirmari constituit, quod magnum palatium appellatur, in rupe forti, in Sphærica forma: cuius altitudo summitatem quingentorum passuum attingebat: præter cacumina turrium in circuitu eius, quarum turrium summitas præ altitudine nimia nubium continuis effusionibus rigabatur. Huius Ilij murorum superficies tota incrustata fuit lapidibus marmoreis diuersorum colorum, cum sculpturis diuersarum imaginum: & maior pars fenestrarum extructa fuit ex quadris fulgentium cristallorum, sic & columnulæ fenestrarum. Intra palatium erat longissima aula, & exterius tabulis marmories vestita, & ex lignis cedrinis, & ebeno eius tabulæ testudo, cuius pauimentum rufei operis diuersorum colorū: & in capite aulæ regium erat solium, vbi mensa regia longa extiterat, composita ex eboris & ebeni subtilibus iuncturis. In alio capite aulæ erat

altare Iouis, gemmis & auro contextum, ad quod per viginti gradus aſcendebatur. In quo altari erat aurea imago Iouis longitudinis xv. cubitorum: tota ex auro electo compoſita, impreſſa variis gemmis: & hoc ſuo Deo, rex Priamus ſummè confidebat, & putabat per ipſum regnum ſuum perpetuò duraturum.

His factis, rex Priamus confiſus in fortitudine ciuitatis, cupiens ſe vindicare de Græcis, de iniuria ſibi facta, conuocauit curiam, & expoſuit ciuibus iniuriam, & ſpecialiter de captiuitate ſororis ſuæ Heſiones, quæ in meretricio detinebatur, & hortatur eos in vindictam: qui annuunt. Mittitur ergo Antenor pro recuperatione Heſiones legatus in Græciam; Vbi à Græcis turpiter repulſus, reuerſus eſt, & narrat regi Priamo opprobrioſa reſponſa ſibi data. Priamus ergo iratus conuocat conſilium, ad faciendam vindictam de Græcis. Quod negotium cùm Hector aſſumere vellet, dixit Paris ſe eſſe mittendum, eò quòd in ſomni viſione pulcherrima mulierum Grçciæ à Dea Venere ſibi eſſet promiſſa: quæ loco Heſiones poſſet commutari, pro eo quod Venerem & Palladem & Iunonem Deas pro pomo, pulchriori Deæ à Mercurio dando, certantes vidiſſet, & arbitrio per eas in Paridem inito: & denudatis deabus Paris Venerem pulchriorẽ iudicauit. Placuit ergo dictum Paridis: quod tamẽ Helenus ſi fieret, prædixit Troiã à Grçcis eſſe deſtruendã. Paris ergo ordinatur Princeps, in cuius comitiua fuit Deiphobus, Anthenor, & Æneas, præparatiſque nauigiis receſſerunt. Venerunt ergo in inſulam Cythercam, vbi erat templum Veneris, cuius feſtum ibi tunc colebatur; vbi plurimi conuenerant: quod vbi percepiſſet Paris, acceſſit templum, ibique obtulit munera magna auri & ar-

& argēti. Quod cùm Helena pulcherrima vxor regis Menelai, fratris Agamēnonis, soror Castoris & Pollucis in Schismesta ciuitate iuxta morans percepisset, Paridē videlicet regis Troianorum filium, pulcherrimum virorum, aduenisse: venit ad solennitatem festi, anxia Paridem visura: & intrauit templum, obtulitque munera. Quam cùm vidisset Paris, pulchritudine eius nimium admiratur; & Helenæ mirum in modum placuit forma Paridis: & tandem in tumultu aliorum, inuicem Paris & Helena consenserunt, ea quæ in animo gesserunt, resoluentes. Pòst recedentibus ipsis, Paris habito consilio, cum suis in damnum Græcorum de nocte templum spoliāt, viros & mulieres insulæ trucidant. Helenam consentientē cùm suis rapiunt, & recedentes Troiam venerunt, vbi à rege Priamo gratanter accepti: Paris Helenam ducit in vxorem, & fit festum magnum. Sed Cassandra Regis Priami filia hoc deplorauit, prædicens hanc ob causam Troiam destruendam, & Troianos trucidandos.

Menelaus percepto facto, tristis, pro Agamemnone fratre suo, Castore & Polluce fratribus Helenæ, regibus, mittit: qui tristes scribunt vniuersis Græciæ principibus, quid actum sit. Conueniunt ergo statim Achilles, Patroclus, Diomedes, fortissimi, & vnanimiter disponunt Helenam recuperare, & Agamemnonem Imperatorem statuūt. Castor & Pollux statim percepto facto secuti sunt Troianos nauigio, credentes Helenam in transitu recuperare: & cùm in Lesbio littore nauem soluerent, maxima tempestate orta, nusquam comparuerunt, quos Lesbij Troiam vsque quæsierunt, & non inuenientes, crediderunt immortales factos.

Con-

Congregatus tandem Græcorum vniuersus exercitus,apud Athenas , maior quàm à mundi exordio visus est, & secundum dictú,summa regibus & ducibus exercitus Græcorum fuit sexagintanouem:naues verò Græcorum fuerunt mille , ducentæ, viginti duæ, præter Palamedem, qui vltimo cum suis aduenit.Homerus scribit, fuisse naues mille centú octuaginta sex.Et mittútur Achilles & Patroclus ex parte Græcorú , & Calchas aruspex ex parte Regis Priami apud Delphos insulam , super habendo responso ab Idôlo Apollinis,quid ipsis esset futurum : & habito responso , quòd Græci post decennium deberent Troiam subuertere,regemq; Priamum cum suis trucidare: Missi sunt legati primò ad Priamum Diomedes & Vlyxes, vt Helenam restitueret : infectoque negocio pugnatum est,

In primo bello Hector Protesilaum regem interfecit. In secúdo regem Patroclum,& regem Merionem: Aiacem quoque Thelamonium occidisset , ni eum de suo sanguine recognouisset: erat enim natus de Hesione sorore Priami. Postea primæ induciæ datæ sunt in biennium,Græcis petétibus.In tertio prętlio Hector Boëten,Archilochum,& regem Prothenorem occidit. In bello quarto Alexander Menelai femur sagitta transfigit.In quinto bello Hector septé fortissimos Duces interfecit: Æneas duos , Achilles quatuor, Diomedes duos . In bello sexto continuis octuaginta diebus pugnatum est.Gręci secundas petunt inducias in triennium , quo completo iterú pugnatur. Hector in prima acie tres interfecit duces fortissimos,Achilles duos, pugnatur diebus triginta. Priamus tertias petit inducias mensibus sex. Iterum Agamemnon quartas inducias petit triginta dierum.

In

In nono bello Andromache voluit Hectorem retinere,quia in somnis viderat ei expedire,vt in bellum non iret:quod cùm facere non posset, Astyanactē filium ante pedes eius proiecit: sed nec sic eum retinere potuit. Hector in bellū prodiens, tres Duces fortissimos occidit,duos vulnerauit, & tertium Achillem,à quo tandē Hector discooperto pectore, scuto post terga posito, cùm quendam Græcum Regem captiuum duceret, lancea vulneratus est,& occisus. Occiderat Hector hos reges, Protesilaum,Patroclū, Merionem,Boëtē,Archilochum, Protenorem,Deipenorem, Dorium, Polyxenum, Phidippum,Xantippum, Leontem,Polyboëtum, Carpedontem,Lepodemon,Lusorem,Epistrophō,& Schedium,Maimentum,Palamonem: dicitur adhuc tres reges occidisse, præter prædictos : item & alios diuersos nobiles. Græci postea quintas petunt inducias duorū mensium. Post bellum decimū, Græci petunt sextas inducias in annum. In bello vndecimo Palamedes, qui rex per commotionem factus fuerat, à Paride occiditur. In bello duodecimo Troylus multos occidit. In bello 13. pugnatur diebus continuis 7. Postea Agamemnon septimas petit inducias, duorum mensium. Pòst Agamemnon octauas petit inducias 6. mensium. Pòst iterum pugnatur acriter per aliquot dies. Agamemnon nonas petit inducias dierum 30. In bello 18. Troilus Achillē sauciat, pugnatur cōtinuis diebus sex. In bello 19. Troilus ab equo cadens, & à Myrmidonibus circundatus denudato capite ab Achille viriliter occiditur. In 20. bello cadit Memnon dux Persarum. Priamus postea decimas petit inducias 30. dierum. In bello 21. Alexander Achillem interfecit in phano Apollinis, vbi eum

quasi

quasi ad colloquium cōuocauerat. In 22. bello Alexander Aiacem sauciat, & Aiax eum saucius interfecit: nam ambo mutuis vulneribus se interfecerunt. In bello 23. & 24. Penthesilea regina Amazonum viriliter pugnat, & Neoptolemum Achillis filium sauciat, à quo tandem occiditur. Achilles autem hos reges interfecerat, Euphemium, Hippotū, Plebeum, Asterium, Luonium, Euphorbum, Hectorē, Memnonem. Paris verò interfecit Palamedem regem, Antiochum, Achillem, & Aiacem. Æneas interfecit regem Amphimachum, & regem Nireum. Pyrrhus interfecit Penthesileā. Troiani verò victi qui supererant, intra ciuitatem se incluserunt.

De proditione & destructione Troiæ.

POstmodum Æneas cum filio suo, & Anthenor cum filio suo, & Polydamas cupientes se saluare, suadent Priamo Helenam restituere Menelao, & damna Græcis illata per Paridem in insula Cythærea: Quod Priamus egrè tulit, de traditione ciuitatis timens: ipsósque per Amphimachum filium suum naturalem, clàm disponit tradi morti. Quo percepto, Æneas & Anthenor, proditionem ciuitatis iurant: & tandem inuito Priamo Anthenor legatus mittitur, pro tractanda concordia cum Græcis: qui tentauit prodere ciuitatem, ita quod ipse & Æneas cum suis salui manerent. Et tandem cùm res perfici non posset, propter Palladium, quod Anthenor asseruit Græcis, Deā Palladem, de cęlo, tempore Ili regis, qui primò Ilium condidit, transmisisse: & esse in ciuitate fabricatū de ignoto ligno: cuius virtus fuit, quòd quandiu ibi fuit, capi ciuitas non potuit: quod ipse Anthenor à

ſacerdote eius cuſtode furtim per pecuniam ſibi tradi curaret. Anthenor interim doloſè ſub pacis ſpecie procurat à Troianis, Græcis bina millia talentorum auri atque argenti pro pace habenda tradi:& interim ſubtraxit à Theano ſacerdote pro pecunia Palladiũ, & miſit Vlyſſi: & hoc modo Græcis furtum imputatum fuit. Interim dum Troiani Apollini vellent ſacrificare, ſuperpoſitis victimis ſuper altari, ignis decies extinctus in fimum reſolutus eſt, & inteſtina ſacrificiorum Troianorum ab Aquila in naues Græcorũ tranſportata ſunt: quod primùm Caſſandra dixit eſſe propter pollutionem templi, occiſo in eo Achille: ſecundùm dixit ciuitatem Græcis eſſe prodendam: quod & Calchas ſacerdos à Græcis requiſitus dixit: Vnde Calchas & Chryſes ſacerdotes ſacrificantes Apollini cõſulunt in ſecreto fieri equũ ligneum magnum, in quẽ mille milites armati poſſent intrare,& exire ſubtiliter, ita quòd clauſura non appareat: eundemq́ue Græci deberent(rege Priamo prius conſentiente) mittere in templum Palladis, in placationem eius, eò quòd Palladium furati eſſent: & hoc pacto Priamus rex & Græci mutuis iuramentis pacem inierunt: Græci verò frangere cupientes doloſum iuramentum, rogant dictum equũ ligneum in ciuitatem intromitti, vt Dea Pallade pro furto Palladij placata,ſalui valeãt reuerti ad propria: quod Priamus licet inuitus,annuit,& Græcis de auro & argento ſatiſfecit: Græci ergo ducunt eum ad portas ciuitatis, & cum propter magnitudinem ſui intrare non poſſet, muro demolito,introductus eſt cum magno gaudio. Et vt Græci præordinauerant, Sinon quidam equi clauiger,cum Troiani dormirẽt, exiuit equũ,& accenſo igne, Gręcis dedit ſignũ, tempus

pus videlicet esse, irruēdi in Troianos: & ipsis armatis venientibus, & aliis ab equo exeūtibus, Troianos dormientes crudelissimè trucidant: Et manè facto, inuaserunt Ilyō, & Pyrrhus Achillis filius intrans Apollinis tēplum, regem Priamū corā altari, vbi cōfugerat, præsentib⁹ Ænea & Anthenore occidit, & tūc Hecuba Æneæ duritiimè improperauit: Æneas verò motus pietate, Polyxenā abscōdit: Thelamoni⁹ Aiax Andromachā quondā Hectoris vxorē, & Cassandrā secū ducit: Menelaus verò lętus Helenā abducit ex aula: & Troia à Græcis cremata est anno à mūdi initio, ij. m. dcc. lxxxiij. Secundū Euseb. anno tertio Abdō, qui iudicauit Israël. vnde Gręci ob gloriā victorię suę, annotare cœperunt tēpora sua, à captiuitate Troiæ: Romani ab vrbe cōdita: nos ab incarnatiōe Domini.

Destructa Troia, Greci tractauerunt de spoliis diuidendis: & Cassandra Agamemnoni data est in præmium: & suasu Æneæ, & Antenoris Andromache Hectoris vxor cū duobus filiis suis, & Helenus Priami filius euaserunt mortem, sicut & tandem aliæ nobiles mulieres. Et cùm Græci vellent recedere, propter tempestatem maris nequiuerūt, & habito consilio Calchas sacerdos dixit esse propter furias infernales, quia morti Achillis occisi in templo non esset satisfactum. Pyrrhus ergo quærit Polyxenam: quam cùm Achilles tractasset, post multas proditiones Troianis factas, ducere in vxorē: sicut proditor fuerat, proditoriè in templo occisus est. Polyxena verò ab Anthenore per brachia extracta de turri, vbi absconsa fuerat, peruenit ad Pyrrhum, qui ipsam super sepulchrum Achillis patris sui per frusta truncauit, vidente Hecuba matre sua: quæ ex hoc quasi furiosa Græcos mordet, & proijcit lapidibus: quæ tādem ad

Grçcorũ iussum lapidata, mortua est. Fuerunt ex Argiuis, sicut Dares Phrygius cõscripsit, viij^c.lxxxvj.m. hominum: Ex Troianis autem, vsq; ad proditionem ciuitatis circiter vj^c. lxxvj. m. hominum. Et apud Troiam pugnatum est annis decem, mensibus vj. diebus xij. Æneas quia Polyxenã absc͠oderat, relegatus fuit à Troia per Græcos, & Anthenor tandem relegatus fuit. Æneas profectus est cũ nauibus, cum quibus Alexander Græciam ierat, numero. xxij. quẽ secuti sunt circiter tria millia cccc. hominũ. Antenorem verò secuti sunt, duo m. & dc. Helenus cũ Cassandra & Andromache, & aliis. m. dc. Termessum petijt.

De tempore quo Roma incepit.

CAP. II.

TEmpus quo Roma incepit, fuit postquàm fluxerunt à creatione Orbis, anni quatuor millia quadringenti octoginta quatuor: Anno post euersionem Troiæ 432. quando regnauit in Iudęa rex Achas: longè enim ante creationem vrbis plerique in Italia circa locum, vbi pòst vrbs condita est, leguntur regnasse: Et

Primus Creteis Saturnus venit ab oris.

Qui Saturnus, eunuchus factus per Iouem filium suum, fugit à facie filij, de Creta nauigio in Italiam veniens, propè vbi nunc Roma est, in syluis & rubis, timore filij latuit absconditus. Et ideo Latini pòst, regionem illam Italiam, quasi absconditam vocauerũt. Is Saturnus tunc docuit populos terræ domos ædificare, laborare terras, plantare vineas, & viuere sicut homines: nam à natura nesciebant laborare, sed erãt veluti bestiæ, manducantes glandes: & habitabant in cryptis & in casellis de frondibus coopertis. Et pro his omnibus, nõ solũ à rusticis syluestribus princeps co-

Latini nomẽ, vnde ortum.

Saturnus quare Deus dictus.

eorũ factus eſt,ſed etiã Deus nominatus eſt. Qui rex factus ob timorẽ filij,nõ longè à loco vbi nũc Roma ſita eſt,ciuitatẽ conſtruxit: quam ſuo nomine Saturniam appellauit, quæ modò Sutrinum eſſe dicitur, vbi primum granum ſeminatum aſſeritur. *Sutrinum à Saturno ædificatum.*

Poſt Saturnum regnauit Picus filius eius.

Poſt Picum,regnauit Faunus, filius eius, qui fuit pater Latini.

Deinde regnauit Latinus, qui Latinam linguam emendauit: & Latini de ſuo nomine appellati ſunt. *Latini vnde dicti*

Hi prædicti reges,regnauerunt centum quinquaginta annis,ante aduentum Æneæ, de quo proceſſerunt, qui pòſt Romam conſtruxerunt.

De perſonis à quibus Roma condita eſt.

CAP. III.

PErſonæ verò à quibus Roma cõdita eſt, à Troianis,id eſt, ab Ænea duce Troianorum, originem habuerunt. Nam Troia pòſt capta eſt, tertio anno Abdon,qui iudicauit Iſraël,vt ſupra dictum eſt. Cuius deſtructio fuit ante vrbem cõditam quadringenteſimo triceſimo ſecundo anno. Nam propter raptũ Helenæ coniuratio Græcorum, & concurſus mille nauium,& poſt decennem obſidionem,Troiæ excidium ſequutum eſt. In quo decennio, quàm cruentiſſimo bello,& quantas nationes & populos ille turbo inuoluerit atque afflixerit, Homerus poëta luculentiſſimè oſtendit. Poſt cuius excidium,exierunt inde Æneas, & Anchiſes pater eius, & Aſcanius filius Æneæ: & nauigantes viginti duabus nauibus, deuenerunt in Siciliam.Vbi Anchiſe patre mortuo,quum vellent nauigare in Italiam, per tempeſtatem maris deuenerunt in Aphricam.Hìc autem à Didone regina, quæ Carthaginem dicitur conſtruxiſſe, nimium *Troianum bellum.*

adamatus post aliquantæ moræ tractum: relicta Didone & Aphrica, in Italiam deuenit. Vbi quum in portum, vbi Tyberis influit mare, applicuisset: dictum est ei in somnis, vade ad regem Euandrum, qui regnat in septem montibus (scilicet in eo loco, in quo Roma postea condita) & pugna contra Latinum regem: & tu iuuabis eum, quia tibi debetur regnum Italiæ. Et vt credas, do tibi istud signum: Quando processeris, inuenies sub arbore ilice, suem vel porcam albam cum triginta filiis albis. Et ibi, ex hoc euentu, postea ciuitas ædificata est, quæ vsque hodie Albanum nomē accepit. Quum autem Euander vidisset Æneam, suspicatus hostem, sibi cũ armis occurrit. At Æneas hoc cernens, tulit ramum oliuæ: sibi ostendēs in signum pacis, more antiquorum: qui de terra ad terrā transeuntes, ne crederētur hostes, ramum oliuæ in manu deferebant, pacē prætendendo. Confœderati itaque Æneas & Euander contra Latinum regem, Turnus rex Tusciæ, qui fuit gener Latini, eo quòd filiā Lauiniam haberet in vxorem: venit in succursum regis Latini: quo bello simul inito, Pallas filius Euandri occiditur à Turno: cuius corpus & sepulchrum postea in vrbe Roma, tempore Henrici secundi inuentum fuit, quemadmodum infrà legitur, vbi de Henrico secũdo, imperatore scribitur. Huius Euādri vxor erat Carmētis, quę proprio nomine Nycostrate dicebatur, quæ primo literas Latinas inuenit, tēpore Iair iudicis Israel: & erāt vltimæ literę inuentæ inter quinq; genera literarum: literæ Hebrææ primo fuerunt inuentæ ab Enoch septimo ab Adam: quas tamē Isidorus dicit à lege cœpisse per Moysen. Syrorum & Chaldæorum litteræ inuentæ sunt ab Abrahã, quæ solũ ab Hebræis characteribus discre-

Albanũ vnde dictum.

Pallas occisus.

discrepant. Ægyptiorũ literas Isis Regina Inachi filia inuenit tẽpore Iacob prophetę. Cadmus Rex Thebarũ primo Græcas literas inuenit tẽpore Iosue. Turno autẽ occiso, Æneas Lauiniã eius vxorẽ, filiã Latini regis duxit in vxorẽ: & post mortẽ Latini Æneas tenuit regnũ Latinorũ tribus annis, anno tertio à captiuitate Troiæ: eo enim mortuo, accepit Ascanius filius Æneę (quẽ ex Troia secũ adduxerat) regnũ: & Albanũ ciuitatem tẽpore Samsonis, quando iudicauit Israël, construxit: à quã Latini reges dicti sunt Albani. Ascanius verò quũ regnasset triginta octo annis, mortuus est.

Lauinia verò ab Ænea cõcepit filiũ, at post mortẽ Æneæ genuit ipsum: qui ex hoc, Posthumus dictus est: quia post mortẽ patris natus est. Idẽ quoq; dictus est Syluius, quoniã in sylua nutritus: qui & regnauit annis 39. post Ascaniũ: propter quẽ & omnes Albanorum Reges, qui ab ipso descẽderũt, Siluij dicti sunt. *Syluius Posthumus vnde dictus.*

Post hunc regnauit Æneas Syluius, filius Posthumi Syluij, annis triginta & vno.

Post hunc regnauit Latinus Syluius, quinquaginta annis: sub quo prophetauit Gad & Nathan, tempore Dauid: sub quo etiam dicitur Carthago cõdita. *Carthago condita.*

Post hunc regnauit Alba Syluius, annis trigintanouem: tempore Salomonis.

Post hunc regnauit Ægyptus siue Athys Syluius, annis vigintiquatuor: tempore Roboam in Iudæa.

Post hũc regnauit Capis Syluius, annis vigintiocto tempore Asa in Iudæa. Ipse fecit Capuã in Cãpania. *Capua condita.*

Post hunc regnauit Capetus Syluius, annis tredecim: tempore Iosaphat in Iudæa.

Post hunc regnauit Tyberius Syluius, annis octo: sub Ochozia rege Iuda. A quo Tyberio, Tyberis fluuius nomen accepit: nam Albula antè dicebatur: sed

Tiberis fluuius vnde dictus. Tyberio intus submerso, nomē à viro accepit, & retinuit sicut dicit Titus Liuius.

Post hunc regnauit Agrippa Syluius, quadraginta annis, tempore Achab in Iudæa. Hoc tempore dicitur floruisse Homerus in Grecia. Homerus.

Post hunc regnauit Syluius Aremulus, annis nouemdecim: tempore Ioas in Iudæa. Hic præsidium Albanorum inter montes vbi nunc Roma est posuit.

Post hunc regnauit, Auentinus annis triginta septem, qui & parti vrbis, nomen reliquit: quia ibi postea sepultus fuit: vixit tempore Amasiæ regis Iudæ.

Post hunc successit ei in regnum Albanorū, Procas filius Auentini, & regnauit annis viginti tribus, tempore Osiæ regis Iuda.

Post hunc regnauit filius eius Amulius Syluius, annis quadragintaquatuor: qui fratrem suum Numitorem eiecit è regno, tempore Ioathan regis Iudæ. Ex cuius Numitoris filia, Rhea nomine, quū virgo esset in templo deæ vestæ eiecta, & Mars cū ipsa occultè concubisset, nati sunt duo gemelli: videlicet Romulus, & Remus: quorum mater, propter incestum quod commiserat, secundum leges, quæ tunc constitutę fuerant, viua sepulta fuit. Filij, scilicet Remus & Romulus, iactati sunt in rubis prope ripā Tyberis: vbi & à lupa lactati fuisse dicuntur. Reperiens autē eos quidam pastor Faustulus nomine, portauit eos ad Laurentiam vxorē suam, & nutriuit eos. Ipsam verò Laurētiam, quia erat formosa meretrix, & multum de corpore suo lucrabatur, vicini Lupā vocauerunt. A qua etiam cellulæ vbi meretrices habitant, dicta sunt Lupanaria. Tamen siue prædicta Laurentia vxor pastoris, quę Remum & Romulum lactauit, dicta

Rhea.

Laurentia.

Lupanaria vnde dicta.

dicta sit Lupa, siue non: quòd à vera Lupa lactati fuerint, antiquę sculpturæ in marmoribus & lapidibus, quæ in vrbe reperiũtur, hoc repræsentãt; & etiã Titus Liuius ita scribit, Prædicti ergo Remus & Romulus, quũ creuissent, congregauerũt pastores & latrones; & Amuliũ regẽ, qui auũ eorum, Numitorem de regno eiecerat, occiderunt, auũ eorũ in regnum reponẽdo. Remus, Romulus.

Ab his ergo duobus, scilicet Remo & Romulo, de Ænea Troiano descendentibus, Roma constructa fuit, & nomẽ accepit, anno à destructione Troiæ quadringentesimo 32. tempore Achaz regis Iudæ.

De modo quo Roma incepit.

CAP. IIII.

MOdum autẽ cõstructionis & dispositionis Romanę vrbis, demõstrat Methodius, sic dicens: Posteà quàm filij Noë ædificauerunt turrim confusionis, Noë cum aliquibus ratem ingressus, venit in Italiam, & non longè ab eo loco, vbi nunc est Roma, ciuitatem construxit nominis sui, in qua, & laboris & vitæ terminum dedit. Ianus Noë filius, vna cũ Iano filio Iaphet, nepote suo, & Camese indigena, ciuitatem Ianiculum construxit, & regnũ accepit. Hic cum dicto Camese, apud Transtyberim palatiũ cõstruxit, quod Ianiculum appellauit, in loco vbi nunc Ecclesia sancti Ioannis ad Ianiculum sita est. *Babel turris.*

Eodem tempore Nembroth, qui & Saturnus, à Ioue filio suo eunuchisatus, ad prædictum Iani regnum peruenit. eiusque iuuamine fultus, construxit ciuitatem, vbi nunc Capitolium est.

Illisq; temporibus, Italus rex ad Ianum & ad Saturnum, cum Syracusanis veniens, cõstruxit ciuitatem iuxta Albulã fluuiũ, qui postea Tyberis dictus.

Hercules quoque filius ipsius, postea hîc cum Ar-

giuis veniens (vt Varro ſcribit) fecit ciuitatem Valeriam, ſub Capitolio.

Poſt hunc, rex Tyberis, ab Oriente cum gēte ſua veniens, ædificauit ciuitatem iuxta Tyberim.

Demum Euander rex Arcadiæ fecit ciuitatem in monte Palatino.

Similiter rex Corybantij, cum exercitu veniens, conſtruxit ciuitatem iuxtà in valle.

Glaucus etiam filius iunior filij Iouis, veniens, ciuitatis mœnia ibidem conſtruxit.

Poſtque veniens Romam, filia Æneæ cum multitudine Troianorum, ibidem ciuitatem conſtruxit.

Auentinus quoque rex Albanorū, in monte Auentino ciuitatem & Mauſoleum ſibi extruxit.

Anno autem quadringenteſimo triceſimo ſecundo deſtructionis Troiæ, Romulus Priami Troianorum regis ſanguine natus, fratre ſuo iam mortuo, anno ætatis ſuæ vigeſimoſecūdo, decimo quinto Kalendas Maij, omnes ciuitates prædictas muro cingere cœpit, & perfecit, & ex ſuo nomine Romam nominauit. Et in ea Sabinenſes, Albanenſes, Thuſculanenſes, Policanēſes, Celenēſes, Citanēſes, Camerinēſes, Cāpennati, Lucani, & omnes penè nobiles ex Italia, cū vxoribus & filiis cōuenerunt ibi habitaturi.

Vrbis magnitudo. Habet autem turres trecentas ſexaginta. In circuitu verò eius, ſunt miliaria viginti duo, præter Tranſtyberim & ciuitatem Leoninam, cum quibus dicitur habere quadraginta duo miliaria.

Titus autem Liuius in Prologo ſuo de Romanis, ait, quòd tempore paupertatis nuſquā alter locus ea ſanctior, nec bonis exēplis ditior fuit: & quanto rerum minus habuit, tāto minus cupiditatis habebat: at poſtea diuitiæ, auaritiam & luxuriam induxerunt.

DE

De portis principalibus.
CAP. V.

POrtæ principales vrbis ſunt hæ:
Porta Capena, quæ dicitur Porta ſancti Pauli, iuxta ſepulchrum Remi.
Porta Appia, quæ ducit ad Domine quò vadis, & ad Catatumbas.
Porta Latina, iuxta quam ſanctus Ioannes in oleo coctus fuit.
Porta Aſinaria, Lateranenſis.
Porta Metronij, vbi riuus influit ciuitatem.
Porta Lauicana, quæ Maior dicitur, quæ eſt circa ſanctam Crucem.
Porta Taurina, vel Tyburtina, quæ dicitur ſancti Laurentij.
Porta Numentana, quę ducit ad ſanctam Agneté.
Porta Salaria, quę ducit verſus ſanctam Sabinam.
Porta Pinciana, quæ eſt circa eccleſiam ſancti Felicis in Pincis.
Porta Flaminia, quæ eſt circa eccleſiam ſanctæ Marię de Populo, & per eam itur ad Pontem Miluium.
Porta Collina, quæ eſt prope templum Adriani, circa Pontem ſancti Petri.
Trans Tyberim ſunt portę tres, & in ciuitate Leonina tres.

DE PALATIIS.

CAP. VI.

PAlatium Maius, erat in medio vrbis, velut ſignũ Monarchiæ Orbis.
Palatiũ Romuli, quod erat iuxta Tuguriũ Fauſtuli.
Palatium Neronis, Lateranenſe, prope ſanctum Mar-

Lateranensis. vnde dictus

Marcellinum & Petrum. Et dictum est Lateranẽse, à latere Septentrionalis plagæ, in quo situm est. Vel à rana, quam Nero latenter peperit.

Palatium Susurrianum, vbi modò est ecclesia Sanctæ Crucis.

Palatium Pacis, vbi Romulus posuit statuã suam auream, dicens, Non cadat, donec virgo pariat.

Palatium Traiani.

Palatium Adriani, vbi est columna.

Palatium Claudij prope Pantheon.

Palatium Antonini, vbi est alia columna.

Palatium Neronis, supra Hospitale Sancti spiritus, vsque ad sanctum Petrum.

Palatium Camilli.

Palatium Iulij Cæsaris, vbi requiescit.

Palatium Cromatij.

Palatium Euphemiani, in monte Auentino.

Palatium Titi & Vespasiani, extra muros ad Catatumbas.

Palatium Cõstantini, vbi est quidam equus æreus, cum insidente, qui dicitur Constantinus, sed non est. Tempore enim quo Consules & Senatores vrbẽ regebant, quidã armiger magnæ formæ, virtute audax, quendam regem potentissimum qui vrbem obsidebat, captata hora, quum idẽ rex ad secreta naturæ iuisset, ad locum consuetum, rapit, & deportat in vrbem: & sic soluta fuit obsidio vrbis, Romanis exercitum eius ad nihilum deducentibus: & hoc memoriale factum est armigero, vt petiit.

Statua equitis ærei.. Hanc statuã Onuphrius & alij dicũt esse M. Aurelij.

Palatium Domitiani trans Tyberim, ad Micam auream.

Palatium Olympiadis, vbi assatus est sanctus Laurentius.

Pala-

Palatium Octauiani, vbi est ecclesia sancti Syluestri ad Caput.

Palatium Veneris, apud scholam Gręcam.

Palatium Ciceronis, vbi nunc est domus filiorũ Petri Leonis.

Palatium Catilinæ, vbi est Ecclesia sancti Antonij, iuxta quem est locus qui dicitur Infernus: eo quòd ex antiquo tempore, erat ibi vorago, ex qua exhalatio magnam perniciem Romanis inferebat: vbi Marcus Curtius, vt liberaret ciuitatem, responso deorum, armatus proiecit se, & clausa est terra, & ciuitas liberata. *Infernus.*

Palatia verò quæ dicuntur Thermæ, sunt hæc: videlicet, Thermę Antonianæ, Tyberianæ, Nepotianæ, Domitianæ, Maximianæ, Licinianæ, Diocletianæ, Olympiadis, Agrippinæ, Alexandrinæ. *Thermæ.*

Capitolium verò erat caput Mundi, vbi Consules & Senatores morabantur ad gubernandum Orbem. Cuius facies erecta erat, muris altis & firmis, vitro & auro vndique coopertis, vt esset in speculum cernentibus omnibus. *Capitolium.*

De templis Idolorum.

CAP. VII.

IN summitate arcis Capitolij, fuit templum Iouis: in quo erat statua aurea Iouis sedẽs in aureo throno: vbi etiam fuit templum asylum, in quo interfectus est Iulius Cæsar.

Sub Capitolio, vbi iacet simulachrum Mamertini, fuit templum Iouis.

Vbi est sancta Maria, fuit templum Fatale.

Ad sanctum Adrianum, fuit templum Refugij.

Ad sanctã Sergium, fuit tęmplum Concordiæ.

In Canapara, fuit templum Cereris & Telluris.

Tēplū Vestę, vbi dicitur Infernꝰ & draco cubare.

In Ecclesia sancti Cosmæ, fuit templum Asylum.

Retro sanctum Cosmam, fuit templum Pacis.

Superius, fuit templum Romuli.

Vbi est Sancta Maria Noua, fuit templum Concordiæ & pietatis, vbi prope fuit Carthularium, eo quòd fuit ibi Bibliotheca publica, ex quibus vigintiocto fuerunt in vrbe.

Bibliothecæ vrbis.

Ante Colliseum, fuit templum Solis, vbi fiebant cæremoniæ. simulachro quod stabat in summitate Collisei, habēs in capite coronam auream, gemmis ornatam: cuius manus & caput sunt in Laterano.

Quæ hoc cap. De Amphitheatro, de tēplo Cybeles, de Caballis marmoreis dicuntur, vt falsa exibilat Onuphrius: quem cōsule in additione ad Platinam.

Septisolium, quod fuit septem ordinibus columnarum subnixum, fuit templum Solis, & Lunæ.

Ibi prope fuit sancta Balbina, in Asbeston, vbi fuit Mutatorium Cæsaris. Ibi fuit candelabrum factum de lapide Asbeston, qui semel accensus, & sub diuo positus, nulla arte extinguitur: qui locus inde dictus Asbeston, quia ibi fiebant albæ stolæ Imperatorum. Ibi post altare, est imago Saluatoris diuinitùs picta.

Asbestō lapis.

Circus Tarquinij.

Circus Prisci Tarquinij, qui fuit inter montem Auentinum, & Maius palatium, duabus portis, vna ab Oriente, altera ab Occidente claudebatur, fuit miræ pulchritudinis, & ita dispositus, quòd nemo Romanorum offendebat alterum in visione ludi, qui ibi fiebat. Ibi erant duo equi ærei deaurati, in fastigio arcuum siue portarum eleuati: vnus ab Oriente, alter ab Occidente: qui sua dispositione videbantur prouocare equos ad cursum: quos Constantinus secum in Constantinopolim deportauit.

In Esquilino monte, qui est intēr sanctā Mariam Maiorem & Lateranū, vbi quædam ad huc colum-

nę & imagines apparent, fuit templum quod vocabatur Cymbrum, eo quòd Cymbros, id est, Germanos deiecerat.

Vbi nunc est sancta Maria Maior, ibi fuit templum Cybeles.

Ad sanctam Mariam de Fontana fuit templum Fauni: quod simulachrum loquutum est Iuliano, & decepit eum.

Templű Veneris, fuit ad sanctű Petrű, ad vincula.

In monte Iulio, vbi nunc dicitur mensa Imperatoris, fuit templum Iouis & Dianæ.

Iuxta caballos marmoreos, fuit templum Saturni & Bacchi, vbi adhuc apparent simulachra eorum. Caballi verò marmorei quare fuerãt facti, breuiter tangam. Tempore Tyberij venerunt Romam duo iuuenes Philosophi, Praxitelles & Phidias, qui penitus nudi incedebant. Quos quum Imperator interrogaret, cur nudi incederent, responderunt, Quia omnia nobis nuda sunt, & aperta, & quia mundana omnino contemnimus, & nihil possidemus: quia quicquid tu dixeris in secreto, nobis apertű est & notum. Quod cum Imperator comperisset ita esse sicut dixerant, impleuit eis promissum quod petierunt, tale memoriale relinquendo. *Praxiteles & Phidias.*

Vbi nũc dicitur sancta Maria Rotűda, fuit tẽplum Cybeles, quæ fuit mater deorű. De cuius cõstructione habes infrà, vbi ponitur Domitianus Imperator.

Ibi iuxta fuit tẽplum Mineruę, vbi simulachrum eius colebatur: ibi nunc est ecclesia, quæ dicitur sancta Maria de Minerua.

Ad Gradellas, fuit templum Solis.

Vbi est S. Stephanus Rotűdus, fuit templű Fauni.

In Elephanto, fuit templum Sibyllæ & templum

Ciceronis

Ciceronis, vbi nunc eſt domus filiorũ Petri Leonis.

Ibi etiam eſt carcer Tullianus, vbi eſt eccleſia ſancti Nicolai.

Ibi etiam conditum fuit templum Iouis, vbi fuit pergula aurea.

Ad ſanctum Angelum, fuit templum Seuerianũ.

Ad Vellus Aureum, fuit templum Mineruæ.

Ad pontem Iudæorum, fuit templum Fauni.

Ad ſanctum Stephanum in piſcina, fuit templum quod dicebatur Coloſſeum, totum de cryſtallo & auro factum: vbi erat Aſtronomia, cum omnibus Signis cæli: quod legitur ſanctus Sebaſtianus cum Tyburtio filio Cromatij deſtruxiſſe.

Ad ſanctam Mariam trãs Tyberim, fuit templum Rauennatium: & fuit domus meritoria, vbi ſcilicet merebantur milites, qui gratis ſeruiebant Senatui.

Sub Ianiculo, fuit templum Gorgonis.

In Inſula, fuit templum Iouis & Æſculapij.

Hîc & alia multa palatia, & templa Imperatorũ, Conſulum, Senatorum, Præfectorum & ciuium, in vrbe Roma fuerunt, miræ pulchritudinis: ex auro, argento, ære, ebore, ac precioſis lapidibus & marmoribus diuerſorum colorum.

De Rectoribus, & Regimine vrbis.

CAP. VIII.

EXpedito modo conſtructionis vrbis, quantum ad muros, turres, portas, palatia, & templa, quibus vrbs Roma extitit decorata: vlterius procedendum eſt ad eos, qui ipſam rexerunt & gubernauerunt: vt ſic perueniamus conuenientius ad Pontifices & Imperatores ipſius.

Poſt antecedentes rectores Romulus ergo & Remus, ſicut primi Romanam vrbem condiderunt: ſic & pri-

& primi in eadem dominati fuerunt. Nam quũ haberent annos octodecim, quia gemelli fuerunt, congregatis pastoribus, & latronibus fecerunt paruam ciuitatem in monte Palatino: per illam, & per tyrannidem, omnes alias subiugauerũt, ibidem cõstructas.

Sed anno tertio ab vrbe condita, Remus occisus est, rastro pastorali, à Fabio, duce Romuli: quum cõtenderent fratres de augurio vulturum, quod vterque viderat. Nam sicut dicit Titus Liuius, quum fratres gemelli essent, & eiusdem ætatis, quis eorũ conditam vrbem, tanquam senior regeret: condixerũt, vt per augurium determinaretur. Quumq; propter hoc in montem Auentinum vterque cum suis ascendisset, priori Remo dicuntur apparuisse septem vultures: Romulo verò, quum duplex numerus vulturum se ostendisset, vterque se felicius augurium habere asserebat. Remus, propter hoc quia prius viderat: Romulus verò, quia numero auium superabat, se dicebat præualuisse. Et sic in seditionẽ versi, Remus in turba occiditur. Vulgarior tamen opinio est, Remum, quia nouos muros contra statutum transilierat, interfectum. *Remi mors.*

Mortuo ergo fratre, quũ Romulus solus regnaret, elegit centum senes pro consilio, quos & Senatores appellauit. *Senatores, vnde dicti.*

Mille etiam pugnatores elegit: quos à millenario numero, Milites appellauit. *Milites, vnde dicti.*

Quumque populus eius vxores non haberent, per fraudem rapuerunt filias Sabinorũ: & propter hoc, postea bellum habitum à Romulo. Victoria obtenta, Sabini cum Romanis pacem fecerunt.

Post hoc Romulus apud Paludem Capreæ, tempestate magna orta, & tonitruis, circundatus nube,

nusquam comparuit: & nomine Quirini, inter deos consecratus est.

Lucius Piso dicit Romulum ad cœnam vocatum, non multum bibisse, quia post triduũ negotium haberet tractare: dictumque est ei: Romule, si omnes id facerent, vinum esset vilius: imò verò, inquit, carius, si quantum volet, quisque bibat.

Post Romulum, senes prędicti, Rempublicam rexerunt per annum & dimidium, quod regnum appellatur intertempus.

Interregnum. Post Romulum, regnauit Numa Põpilius annis quadraginta & vno: tempore Ezechiæ in Iudæa. Hic primus, militibus stipendia ordinauit. Ianuarium & Februarium anno addidit. Tunc Sibylla Erithræa claruit.

Fuerunt autem decem Sibyllæ, in quarum carminibus multa de Deo, & Christo reperiũtur. Celebrior autem inter cæteras ac nobilior est Erithræa: quæ reperitur scripsisse hos versus, quos B. Augustinus è Græco in Latinum sermonem conuertit, vt sunt.

Iudicij signum tellus sudore madescet,
E cælo rex adueniet per secla futurus,
Scilicet in carnem præsens vt iudicet orbem:
Vnde Deum cernent, incredulus atque fidelis
Celsum cum sanctis æui iam termino in ipso,
Sic animæ cum carne aderunt, quas iudicet ipse,
Cum iacet incultus densis in veperibus orbis.
Reijcient simulachra viri, cunctam quoque gazam;
Exuret terras ignis, pontumq́, polumq́,
Inquirens tetri portus effringet auerni:
Sanctorum sed enim cunctæ lux libera carni
Tradetur, sontes æterna flamma cremabit.
Occultos actus retegens tunc quisque loquetur

Se-

Secreta, atque Deus reserabit pectora luci.
Tunc erit & luctus, stridebunt dentibus omnes.
Eripitur solis iubar, & chorus interit astris.
Soluetur celum, lunaris splendor obibit,
Deiiciet colles, valles extollet ab imo.
Non erit in rebus hominum sublime vel altum,
Iam æquantur campis montes, & cerula ponti
Omnia cessabunt, tellus confracta peribit.
Sic pariter fontes torrentur, fluminaq; igni
Et tuba tunc sonitum tristem dimittet ab alto
Orbe, gemens facinus miserum variosq; labores:
Tartareumq; chaos monstrabit terra dehiscens.
Et coram hic Domino Reges sistentur ad vnum.
Decidet è cælis ignis, & sulphuris amnis.

Istorum versuum capita literarum in Græco repre sentant nomina hic in margine scripta, quæ tamen in Latinis dictionibus, ab his literis incipiétibus trãsferri in eodem sensu nequeunt. Ιησῦς Χεισὸς Θεοῦ ὑιός σωτὴρ.

Hæc Sybilla legitur vnum Deum prædicasse, hoc modo: vnus Deus omnipotens, iustus, vltra omnia sublimior, qui fecit sidera: Ipsum quidē colite creatorem mundi: qui enim honorant verum Deũ, æternam vitam hæreditabunt in perpetuo sæculo, ipsi habitantes paradisum amenissimum hortum, omnium nutritorem conditoremque, qui dulcem spiritum omnibus disposuit; dedit Deus fidelibus viris. dicēt quidam Sibyllam insanam & mendacem esse: cum omnia fuerint impleta, tunc demũ reminiscētur mei, & dicent me non insanam & mendacem, sed magni Dei prophetam. Lactantius (inquit Augustinus,) ista sigillatim posuit, ego verò ponam coniuncta. In manus iniquas (inquit) infidelium postea veniet: dabũt Deo alapas manibus incestis: & impurato ore ex-

ſpuent venenatos ſputos. Dabit verò ad verbera ſimpliciter ſanctum dorſum, & colaphos accipiens tacebit, ne quis agnoſcat, quod verbum, vel vnde venit, vt inferis loquatur; & corona ſpinea coronetur. Ad cibum autem fel, & ad ſitim acetum dederũt. inhoſpitalite hanc monſtrabunt menſam. Ipſa enim inſipiens gens tuum Deum non intellexiſti, ludentem mortalium mentibus, ſed & ſpinis coronaſti, & horridum fel miſcuiſti. templi verò velum ſcindetur, & medio die nox erit tenebroſa nimis, in tribus horis, & morte morietur, tribus diebus ſomno ſuſcepto, & tunc, ab inferis regreſſus, ad lucem lætam veniet primus, reſurrectionis principio reuocatis oſtenſo.

Hic prædictus Numa Capitolium à fundamento ædificauit. Numa hydromantiam facere compulſus eſt, vt in aqua videret imagines dæmonum, & audiret ab eis, quod in ſacris inſtrui & obſeruare deberet: Hic Numa primus leges Romanas edidit. Deinde populus ſeditioſus, cum magiſtratus ferre nõ poſſet, decem viros pro legibus ſcribendis decreuit, qui legibus ex libris Solonis in Latinum ſermonẽ tranſlatis, duodecim tabulas compoſuerunt.

Poſt hunc regnauit Tullus Hoſtilius, tẽpore Manaſſæ in Iudæa. Hic primùm purpura vſus eſt: qui poſt longam pacem, bello reparauit Albanos, & Vejentes, qui à Roma diſtabant per octodecim miliaria: & Fidenates, qui per duodecim milliaria diſtabãt, trans Tyberim vicit. Tandem poſtquàm regnaſſet per triginta duos annos, cum tota domo ſua fulmine arſit: Item, alia Sibylla, quæ à Samo Samia dicta eſt, tunc claruit. Hoc tempore, Byzantium à rege Spartanorum condita eſt: quæ poſtea Conſtantinopolis dicta eſt.

Bizantium conditur.

Hoc

Hoc tempore Zaleucus legislator apud Locros insignis habetur, qui filio suo, adulterij dãnato, vt vtroque oculo carere deberet, quia tota ciuitas in honorem patris aliquandiu ei repugnaret: tandem victus, ne lex à se condita violaretur, suo prius, deinde filij eruto oculo, vtrique vsum videndi reliquit.

Post hunc quartus Romanorum rex Ancus, regnauit tempore Iosiæ in Iudæa. Hic supra mare, decimosexto miliario, ab vrbe, Hostiam ciuitatem condidit, & regnauit annis vigintitribus. Is Ancus, primum pontem trans Tyberim, inter montem Auentinum & Ianiculum fecit. *Hostia conditur.*

Post hunc quintus Romanorum rex Priscus Tarquinius regnauit annis trigintaseptem: tempore Ioachim regis Iuda. Hic Circum ad ludos Romæ ædificauit: muros & cloacas, quæ aquam & lutum vrbis deferrent in Tyberim, cõstruxit. Capitolium fabricare cœpit: & dictum est Capitolium, quia cum fundamenta foderentur, inuentum fuit caput hominis sine corpore. *Capitolium vnde dictum.*

Post hũc regnauit Seruius Tullius, sextus rex Romanorum: tempore Sedechiæ regis Iudæ. Hic fossas circa muros Romanos duxit. Et ordinauit primus, vt tolleretur census, de quo ante hunc ignorabatur. Tandem occisus est à Tarquinio Superbo. Hoc tempore excidium Iudæorum factum est per Nabuchodonosor regem Chaldęorum, tempore Sedechię regis.

Post hunc regnauit Tarquinius ille superbus, rex Romanorum septimus, in diebus, Cyri, annis trigintaquinque. Hic primus excogitauit omnia tormentorum genera, cathenas, exilium, tormenta, carceres, compedes, & huiusmodi alia. Hic propter

Tarquinium filium suum, qui Lucretiam nobilē fœminam, genere & virtute, vi corruperat, à regno est expulsus. Quæ Lucretia, post querimoniam de vituperio marito & patri, & consanguineis suis factam, seipsam occidit, propter vituperij dolorem. Tarquinius de Roma expulsus, ad Porsennam regem Clusinum confugit. Qui rex, cum exercitu Tuscorum & aliorum, contra Romam veniens, vsq; ad littus Tyberis, circa Ianiculum, magnum timorem Romanis incussit. Sed pace facta cum Romanis, obsedit Aretium.

Post Tarquinium Superbum, cessauerunt Reges in vrbe regnare: qui regnarunt per annos ducentos quadraginta & vnū, & ordinauerunt Romani Rempublicam regendam per Consules: & statuerunt quòd duo Consules per vnum annum regerent. Idcirco, per annum vnum debebant esse: ne ex protractu tēporis, ex dominio in superbiā erigerentur. Duo autē eligebantur, vt vnus alterū in factis Reipublicæ, si excederet, cōstringeret. Tūc enim Roma vix adhuc vsq; ab quintū decimum lapidē, Imperium tenebat. *Miliare.* Miliaria autē lapidibus tūc distinguebātur, sicut modò alicubi termini agrorū per lapides distinguūtur. Fecerunt ergo tunc Consules, Lucium & Brutum.

Hic Brutus cū Tarquinij filijs Apollini apud Delphos profertur: querētibus illis ab Apolline, quis ex eis regnaturus esset: Et responso accepto, Qui ante omnes osculū matri daret: Brutus proinde ac si casu lapsus, de industria osculatus est terrā. Hoc tempore Democritus philosophus ditissimus, patrimoniū suū ciuibus suis relinquens, & apud Athenas profectus oculos sibi eruit, vt vegetatiores cogitationes haberet. His tēporibus, Pythagoras Romæ obijt, & Ana-

xagoras floruit,cuius ſophiſtæ libros Atheniēſes decreto publico combuſſerunt. Hippocrates qui artem medicinę reuocauit in lucem,tunc clarus habebatur. & Socrates in carcere venenū bibit. Ariſtoteles audiuit Platonem decimum octauum annum agens.

Dormienti Platoni in cunis apes mella labiis pueri inferebant, ſignantes ſingularis eloquentiæ ſuauitatem. Cum Ariſton Pater Platonis eum deferret ad Socratem, vt ab eo inſtrueretur, nocte præcedente ſomnium viderat Socrates, quod in ſinum eius aduolabat pullus candoris eximij, & vocis canoræ, de ara Cupidinis in Academia, & de ſinu ſuo cantando volabat in cælū. Cùm igitur vidiſſet puerū Platonē à patre ad ſe deferri, mox interpretationē ſomnij dixit eſſe completā. Ariſtoteles diſcipulus Platonis vir excellentis ingenij, & eloquio quidem Platoni impar, multos facilè ſuperans, ſectam peripateticam condidit, philoſophosque diſcipulos pręclara fama excellentes viuo adhuc præceptore in ſuam diatriben cōgregauit: hic multos libros ſcripſit de philoſophia.

MARTINI POLONI ARCHIEPISCOPI CONSENTINI, POST *exactos reges Romanorum, ad* CHRISTUM *vsque, Supputatio.*

LIB. II.

CAP. I.

Anni à cõdita vrbe. 244 ANNO post vrbem conditam ducentesimo quadragesimoquarto, Brutus apud Romanos consul primus factus est. Cuius tempore, Sabini, graui manu & apparatu, Romam contendunt inuadere: propter quod Romani Dictatorẽ creant, qui Consules potentia præiret. His temporibus facta est Romæ dissensio plebis à Senatu. Eo tempore, Cyrus rex Persarum, Babyloniã magnam cepit & destruxit: sicut supra in principio tractatum est. Huius Cyri filius Cambises quendam iniustum iudicem excoriari fecit, & super sellam cute eius coopertam filium iudicis, in iudicio sedere fecit, vt timeret iniustè iudicare, ne simile iudicium pateretur.

De binis Consulibus.

CAP. II.

260 ANNO decimo sexto, postquàm reges Romanorum regnare cessauerunt, & bini Consules facti fuissent, populus cõquerebatur de oppressione Con-

Consulum & Senatus: & ideo facti fuerũ Tribuni, qui essent pro Consulibus sicut Iudices & defensores populi.

Trecentesimo autem anno ab vrbe condita, tempore Consulum leges Atheniensium Romam delatæ sunt in decem tabulis: quibus duæ additæ sunt à Romanis, queadmodum dicit Titus Liuius. 300

Anno autem trecentesimoprimo, cessauerunt regnare Consules in vrbe. 301

Anno postea trecentesimo decimoquinto, Veientes victi sunt à Romanis: tempore Assueri Regis. Circa idem tempus Senones Galli, duce Brēnio, pugnauerunt cum Romanis apud Albulam fluuium: & victi sunt Romani, & capta est ciuitas, præter Capitolium: quod etiam perdidissent, si peruigil anser, Romanos ex lassitudine pugnæ dormientes, clamore valido non excitasset. 315 *Roma capta.*

Ibique ad obsidionem diu morari non valentes, mille auri libras pro præmio discessionis accipiunt: & statim diuersis agminibus, alij Greciam, alij Thraciam petierũt: Thraciisq; Gallici nominis terror erat, vt reges Orientales non sine Gallis bella gererent: A Rege autem Bithiniæ vocati in auxilium peracta victoria, regnum cum eo partiti sunt, eamque regni partem Gallogręciam, quæ modo Galathia dicitur, appellarunt: hanc pòst Galli amiserunt: Vnde & Græcum prouerbium: Gallum semper amicum habeas, vicinum nunquam. Brennius contra Romanos ędificauit Veronam, Brixiam, Pergamũ, Mediolanum, Papiam, Senas, & Senogalliam. Tunc Romani post stragem de eis factam per Gallos, sedes mutare cogitarunt, aliudq; oppidum incolere, & alio nomine censeri. Valerius dicit, quod in obsidione Capitolij,

Anni à cō-dita vrbe. cum Romani fame arctarētur, panes ex pluribus locis iactare ceperunt: quod videntes Galli putātes eos abundare panibus, & victualibus, obsidionem dimiserunt. Galli iterum post pauca tempora grauissimam stragem Romanis dederunt, sed occiso eorum duce Gallo hostes territi, sparsique fugientes grauiter trucidati sunt.

DE TRIBVNIS.

CAP. III.

365 ANNO trecentesimo sexagesimoquinto, ab vrbe condita, loco Consulum, Tribuni à Romanis ordinati sunt. Tunc victa est Preneste à Romanis, apud fluuium Albulam: & octo ciuitates, quæ sub potestate illius erant, adiunctæ sunt Romanis.

Pestilentia. His temporibus multa pestilentia, & mortalitate afflicta est Roma: inter quæ, in media vrbe, aperta est terra: & subitò, quasi infernus, apparuit: & exhalatione fœtoris occidit multos: de quo habes suprà notatum, vbi ponuntur Palatia.

Duellum. Iterum, Galli vrbem aggrediuntur: & quū vnus de Gallis Romanum quendam nobilem, ad singularem fixuram prouocasset, victor existens Romanus tulit torquem auream de collo occisi, & misit in collo suo: & ex tūc Romanus ille, & omnes de sub genere, Torquati dicti sunt.

Circa idem tempus, Alexander filius Philippi rex Macedonū ex Olympiade nascitur. Tunc saxea grando de nubibus descendens terram lapidibus verberauit xv. diebus, quibus diebus Alexander magnus ille gurges miseriarum, atque atrocissimus turbo totius Oriētis est natus. Cuius acta, mirabilia & strenua,

nua, ſpecialem librum requirunt, quę nos tamē paucis perſtringemus. Eodem autem tempore, Appius Claudius, conſul Romanorum, Romę viam Appiam ſtrauit. Ariminum in Romandiola, & Beneuentum in Samnio, à Romanis condita ſunt. *Anni à cōdita vrbe.*

De Natiuitate & vita Alexandri Magni.

CAP. IIII.

NECTANEBVS rex Ægyptij timens potētiam Artaxerxis regis Perſarum, contra ipſum cum maxima multitudine gentium venientem, vt per Aſtronomiam cognouerat: receptis inſtrumētis Aſtronomicis ad magicam artem pertinentibus (cum magus magnus eſſet) radēs ſibi caput & barbam, mutatoque habitu, ſolus aufugit, & venit in Macedoniā. Exeunte rege Macedoniæ Philippo in exercitum: Nectanebus Reginæ Olympiadi vxori Philippi dixit, ſe ſcire futura prædicere: Cumque cuperet eius concubitum, dixit eā à Deo Hammone habente cornua arietina in fronte, & barbam canis, debere concipere, effecitque, vt ipſa hæc eadem, quæ narrauerat, in ſomnis videret: Et tandem Nectanebus magicis artibus ſe transformans in figuram draconis, acceſſit ad cubiculum Olympiadis, & cōcubuit cum ipſa. Cum autem ſurrexiſſet à concubitu eius, percuſſit eā in vtero dicens: Hęc conceptio ſit victorialis, & nullo modo ab homine ſubiugabitur: ſicque decepta eſt Olympias. Eodem etiam modo Nectanebus effecit, vt rex Philippus crederet huic draconi, quem in ſomnis etiam vidit ponentem caput in gremium Olympiadis, eaq; de cauſa conceptionem æquo animo tulit. Poſtea verò Philippus cum ſederet in palatio, auis

parua

parua & mitis apparuit, & volans quieuit in gremio eius, ibidem ouum generans, quod in terram decidēs diuisum est, statimque exijt paruus serpens, qui iterato volens intrare ouum, antequā caput intromisisset, mortuus est; Quod Arioli interpretati sunt hoc modo: Quòd scilicet regi deberet nasci filius, qui post obitum suum regnaret, & circuiret totum mūdum, subiugando sibi diuersas gentes, & antequam reuertatur in terram natiuitatis suæ, in paucis annis morietur. Cumque Alexander nasceretur, factus est terræmotus, & fulgura, & tonitrua magna. Vnde Philippus territus, eū fecit nutrire vt propriū filium: de forma vero nec patri nec matri assimilabatur. Coma capitis eius erat sicut coma leonis, oculi eius magni, micātes, vnus erat niger, & alter glaucus: dētes eius erāt acuti. & qualia debebat in posterum facere, figura illius demonstrabat. In scholis cum suis consociis indies pugnabat, & semper cum victoria, eosque tam in literatura, quam in loquela facilè superabat: Cūq; esset annorum xij. instruebatur ad pugnam, & placuit agilitas eius Philippo. Cumque quodam die Alexander cum Nectenabo magistro suo instructa arte incederet, Alexander eum ex improuiso præcipitauit: Cumque ille lætali ictu afflictus coquereretur, cur hoc fecisset, respondit Alexander: Conquerendum tibi erat de arte quam nosti, quippe nescius quæ tibi futura essent: nunc resupinus iacens rimare quæ sunt cæli. Adhæc magister: nulla mortaliū contra fatum fuga est. Olim per hanc scientiam cognoui me à filio meo interficiendum. Alexander vero, Nunquid ego (inquit) filius tuus sum? Nectenabus respondit: Certè filius meus es: & omnia confessus

est,

eſt, qua arte Olympiade matre eius potitus ſit, & hoc dicens expirauit. Alexander vero pietate paterna motus eleuans corpus in humeros ſuos, ad palacium deportauit, indicans matri omnia, fecitque eum ſepeliri.

Interim princeps Capadociæ miſit Philippo equũ indomitum Bucephalum nomine, pulchrum nimis, catenis ferreis ligatũ, de quo equo Philippus reſpõſum habuerat à diis, quod is qui primo iſtũ equum indomitum freno regeret, in eoque equitaret, poſt ipſum regnaret. Alexander cũ eſſet xv. annorum, plenè liberalibus artibus Ariſtotelis & Demoſthenis inſtructus, cùm tranſiuiſſet cãcellos ferreos, quibus hic equus concluſus erat, vidit ibi reſidua manuum & pedum hominum damnatorũ ad mortem, qui equo dabãtur ad deuorandum, & admiratus valdè, extendit manum ſuam per cãcellos: equus verò ſtatim incepit lingere ipſius manum, & complicatis pedibus proijciens ſe in terram reſpexit Alexãdrum: Ipſe vero hoc videns, eduxit equum, & equitauit: quod cũ vidiſſet Philippus rex, ait: Alexãder fili mi, omnia reſponſa deorum modo cognoui in te, quod regnare debes poſt mortem meam. Cui Alexander dixit: Pater, ſi hoc fieri poteſt, dirige me ergo ſedẽtem in curru. Reſpondit Philippus: Gratanter hoc faciam, fili mi, tolle caballos centum ſexaginta millia, & ſolidos aureos mille millia, & vade cum bono auxilio.
Cumque exiuiſſet, primò Nicolaum regem Argiuorum vicit: eo quod Nicolaus probrcſis verbis ſpuiſſet in faciem Alexandri: Quem cùm Alexander propriis manibus occidiſſet, à militibus coronatus eſt, & reuerſus ad Patrem, reconciliauit matrem ſuam patri ſuo, quam Philippus expulerat propter nephas

ab

Anni à cõ-dita vrbe. ab illa commissum. Occidit etiam Lysiam in conspectu patris, eo quòd dixerat regẽ ex Cleopatra superinducta vxore debere concipere filium, qui post ipsum regnaret. Cumque Alexander de prouincia, quæ patri suo rebellauerat, reuersus fuisset cum victoria, inuenit patrem suum Philippum in bello per Pausaniam filium Gerastes, hasta vibratum semiuiuum in campo iacentem & victum: quem Alexander occidit. Postea venit ad Patrẽ cum fletu, dixitque ei Philippus: Fili Aleander iã lætus moriar, quia vindicasti me, occidendo interfectorem meum, & hoc dicens expirauit. Alexander verò mox cum Romanis amicitia contracta, est profectus per mare in Africã, illamque subiugauit. Deinde subiecti sunt illi Ægyptij, ibique condidit Alexandriam. Deinde anno ab origine mundi. 4618. capta iam Tyro, Iudæam inuadit. Iaddus verò princeps sacerdotum diuina reuelatione præmonitus, hyacinthina & aurea veste circundatus, & lamina aurea: cæteri verò sacerdotes cũ bissinis stolis, reliqua vero multitudo in vestibus albis eidem occurrerunt. Cùmque rex Alexander Hierusalem intrare vellet, solus descendens, Dei nomen Tetragrammaton in aurea lamina sculptum adorat, & summum Pontificem veneratur. Admirantes autem reges circumstantes, quæsierũt, cur hoc fecisset. Quibus ille: Non Pontificem, inquit, sed Deum, cuius Pontificatu fungitur, adoraui: Nam cùm adhuc in Macedonia essem, in tali habitu memini me eum vidisse: dumque mecum cogitarem, an possem Asiam vincere, incitauit me, adhortatusque est, ne à proposito desisterem, sed constanter iussit transire: nam per se ducturum meum exercitum imperabat. Persarum verò subiugaturus potentiam, eundẽ vidi in

in tali habitu, & cùm aduertissem, & habuissem visionis nocturnæ memoriam, salutaui: Et arbitror me inde diuino iuuamine Darium victurum, & virtutes Persarum soluturum: & omnia quæ in corde meo sperantur, profutura esse cõfido. Et hoc dicens ingressus cum sacerdotibus ciuitatẽ, intrauit templũ Dei, & Deo victimas immolauit, secundum ostensionem sacerdotis: & obtulerũt ei sacerdotes volumen Danielis, in quo scriptum erat, quòd quidam Græcorum subiugaturus esset potentiam Persarũ: & arbitratus est seipsum esse quem scriptura signabat, gauisusque dedit Põtifici & reliquis sacerdotibus magna dona, & tributum eis septem annis dimisit, & Iudæis in Babylonia, & Media constitutis concessit suis legibus vti. *Anni à cõdita vrbe.*

Deinde Darium regem Persarum potentem nimis subiugauit, subacta iam Cilicia & Syria: & filiã eius eo mortuo duxit in vxorẽ. Cum venissent iuxta fluuium Granicum, inuenerũt ibi sepulchrum Nini, regis Assyriorum, ex vno lapide Amethysto cauato excisum, habens forinsecus sculptas palmulas: lapis verò tam erat clarus & lucidus, quod corpus ibi iacentis hominis, & capilli eius forinsecus apparebãt. De familiaribus, qui ipsum occiderunt, putantes ab Alexandro remunerari, vindictam fecit, vt Darius eis prædixerat: Quia non est gaudium Imperatori, inuenire alium Imperatorem occisum à suis.

Deinde intrauit Indiam, & expugnauit ciuitatem Pori, regis Indorum, & ingressus palatium eius, inuenit ibi quæ incredibilia humanis mentibus videntur.

Deinde venit ad portas Caspias Alexander: Scripsitque reginæ Amazonum, vt censum sibi daret: Quæ

Quæ Amazones tunc in quadam insula habitabant: & erant cū Callistrata Regina sua habitātes ibi fermè ducēta quatuordecim milia, nō inquinatę à viris: Viri autem coniugatarum non habitabant inter eas, sed vltra fluuium in alia parte: singulis verò annis celebrabant festiuitatem Iouis, per 30. dies, & tunc maritatæ transiuerunt, vt viris illis miscerentur per xxx. dies. Si quæ verò mulier páreret masculum, eundem vbi septē annos aluisset, reddebat patri suo: si filiam peperisset, illam sibi reseruabat. Quādo iam pugnaturæ exirent ad prælium, erant equitantes cum sagittis decies dena millia, reliquæ verò custodiebant insulam. Viri autem earum sequebantur eas: & cùm feminæ reuerterentur cum victoria è prælio, viri easdem adorabant.

Hoc Alexandro Callistrata Regina cum cæteris respondit, timens si eandem ipse vicisset, vel fugasset è prelio, eiusdem hæreditatem abstulisset, eandemq; redigisset in seruitutem: scies nos omnino paratas viriliter pugnare vobiscum: quod si nos vicerimus, nobis erit laus, vobis verò ignominia: si verò è contra vos viceritis, non erit vobis laudi, eo quod fœminas viceritis. Quo audito Alexander, pacem cum ijsdem iniit, accepto tamen ab ijs tributo.

Post secutus est Porum regem, in maxima aëris caliditate, intantum quod aqua defecerit. Cùm verò aqua modica Alexandro in galea fuisset parata, quam inuenerant in petra cauata, ipsam in confortationem militum suorum coram omnibus effundi fecit. Sequenti die inuenerunt aquam amarissimam, iuxta, quam erant cannæ altitudinis 60. pedum: & cruciabantur siti magna, præcipuè verò eorum bestiæ: habebant enim mille Elephantes, qui aurum portabāt, & qua-

& quadringẽtas quadrigas falcatas: mille ducẽtas bigas: equites vero centũ millia. Camelos, mulos, dromedarios quãplurimos, portantes annonã exercitus regis, pro cibo suorũ. Habebat quoq; boues, vaccas, pecudes innumerabiles, quæ se cõtinere non poterãt. Milites etiam præ nimia siti ferrum lingebant, alij etiam propriam vrinam bibebant. Cumque de militibus 37. nudi euaginatis gladijs per fluuium natare vellent, ad quærendam dulcem aquam, belluę ipsius fluuij hippopotami deuorauerunt eos: & gyrabant fluuium amarũ, occurrebantq́; eis vrsi, leones, rhinocerotes, tigres, pardi, cum quibus pugnabant. Tandem verò stagnum vnum aquæ dulcis inuenientes, castramenti sunt ibi, iussitque Alexander ibidem focos plurimos incendi. Cumque iam nox appropinquasset, aduenerunt scorpiones, serpentes, & dracones miræ magnitudinis, horridè sibilantes, bibere volentes ex hac aqua: quædam illarum bestiarum habebant cristas in capite, pectora erecta, ora aperta, quarum flatus mortalis erat, oculi etiam illarum stillabant venenum, intantum quod totus exercitus se moriturum existimaret. Sed Alexander confortans eos, pugnabant cum ipsis, occideruntque easdem armis & igne: à draconibus verò interfecti sunt 20. milites, & 30. serui. Deinde venerunt cancri miræ magnitudinis, habentes dorsa adeo dura, quòd milites ipsos lanceis perforare non poterant: quos igne cremabant. Deinde venerunt leones albi maiores tauris cum magno rugitu facientes impetũ in eos, quos milites etiam occiderunt. Postea venerunt porci maximi habentes dẽtes longos vno cubito, inter quos erãt homines agrestes scilicet masculi & fœminæ, habentes singuli sex manus, & cremabant simul eos cũ

Anni à cõdita vrbe.

Anni à cõdita vrbe. porcis milites. Deinde apparuit illis bestia miræ magnitudinis, fortior elephanto, similis caballo, habens caput, & tria cornua armata in fronte, quod appellare soliti erant, odontotyrannon, iuxta Indicam linguam : quæ antequam biberet ex aqua, irruit super eos, & occidit homines 36. & 53. ex eis vulnerauit. Postea venerunt mures maiores talpis, & vespertiliones, quæ aliquorum nares, aliquorum verò aures abstulerunt, & magna nocumenta eisdem fecerunt.

Postea verò venerunt in terram quæ Bactrianorũ appellatur, ibidemq́ue benignè sunt recepti ab incolis. Ibique inuenerunt arbores, quarum folia erant vt lana, de quibus incolæ faciebant vestimenta. Et recedens inde, venit vbi Porus erat cum exercitu, & ordinatis aciebus, durè pugnârũt. Tandem iuxta Pori voluntatem, disgregatis aciebus Alexander cum Poro solus pugnabat: Alexander verò Porum occidit, qui ipsum in statura duos cubitos excedebat.

Post venit ad Oxydracas homines nudos, habitantes in Tuguriis, qui Gymnosophistæ, id est, nudi sapientes dicuntur: Qui cùm Alexandrum aduentare perciperent, eidem scripserunt: quòd si pugnaturus veniret, se nihil eorum quę cuperet, inuenturũ, quod enim (inquiunt) natura nobis dat, non potest nobis auferri: illud enim quod habemus, diuina prouidẽtia nobis conceditur. Qua de causa pacificè Alexander venit ad ipsos. Quibus cùm Alexander obtulisset, quòd ab eo, quod vellent, peterent: responderũt: Da nobis immortalitatem. Quibus Alexander: Cùm sim mortalis, quomodo possum immortalitatem dare? At illi dixerunt: Si mortalis es, quare vadis, tot & tanta mala operando? Quibus Alexander respondit: Ista

Ista namq; causa non gubernatur, nisi à superna prouidentia, omnes ministri eius simus, iussionem eius facientes. *Anni à cõdita vrbe.*

Deinde venit recedens ad statuas Herculis, quas cùm fusiles inuenisset, misit in ipsas. m. c. aureos: & recedens inde venit in desertum obscurum. Et deinde ad fluuium calidum, vbi erant speciosæ mulieres sedentes in equis, tenentes in manu arma argentea, quia ferro carebant: neque cum illis masculi habitabant. Et cùm ad ipsas transire vellet, propter dracones non potuit. Deinde recedentes ad paludem siccam, vbi maxima fuit abundantia elephantum, cum quibus pugnarunt, & vicerunt tandem cùm porcorum & tubarum sonitu.

Postea venerunt ad terram, vbi erant mulieres habentes barbas vsque ad mãmillas, & caput planum, pellibus indutę, quarum aliquas cœperunt. Deinde exeuntes in campum inueniunt homines, & mulieres nudè habitantes, pilosas vt bestias, quorum consuetudo erat in flumine & in terra habitare.

Deinde venit ad Cynocephalos, quos bello vicit Alexander. Et tandem veniunt ad Barchmannos, quos multum desiderabat videre: & cùm fluuius esset in medio, propter Hippotauros, Scorpiones, & Crocodilos in flumine habitantes, ad ipsos cum exercitu peruenire non valens: scripsit Dydimo regi eorum, vt ipsum instrueret de vita eorum, & conuersatione. Qui scripsit per epistolam in hunc modum.

Nos enim Brachmanni simplicem & puram ducimus vitam, nulla peccata facimus, nolumus plus habere, quam quod naturæ nostræ ratio exigit. Omnia patimur & sustinemus, & illud dicimus necessarium, quod non est superfluum. Apud nos licitum non est,

Anni à cō-dita vrbe. arare campum cum vomere,& terram ſeminare,boues ad carrum iungere,& retia in mari mittere, venationem facere,ſiue quadrupedum,ſiue volatilium cæli: In abundantia enim annonam habemus, nullamque aliam eſcam quærimus, niſi quæ mater terra producit ſine hominis labore: de talibus enim cibis implemus menſas noſtras,quòd nobis non noceant. De ipſis etiam cibis non vſque adeo ventrem implemus, quia illicita eſt apud nos ventris extenſio: plerique etiam ſumus ſine ægritudine, & dum viuimus ſemper ſanitatem habemus. Nullam medicinam nobis facimus,nullum adiutorium quærimus pro ſanitate corporum noſtrorum: ſed tantum termino vno mortis noſtram vitam finimus, quia vnus non viuit diutius alio,ſed ſecundum ordinē vitæ vnuſquiſque termino mortis ſuccedit. Nullus etiam noſtrum ignis calefactiōe indiget, propter frigus enim corpora noſtra nullū dolorē ſentiūt,& ſtamus nudo corpore cōtra ventū: deſideria corporis non facimus,ſed omnia per patientiā ſupportamus. Tu aūt Imperator omnia vincis,ſed iſtos inimicos quos intra corpus habes, ſi fortis es,vince;& ſi iſtos occideris,quos intra corpus tuum habes,iam fortes inimicos habere nō poteris. Sed propter hāc cauſam pugnas cum inimicis, quos foris habes,vt nutrias illos inimicos qui intra te ſunt. Nos denique Brachmani omnes inimicos quos in corpore habemus,occidimus:& ideo inimicos quos foris habemus non timemus, nec in adiutorium aliquos ſiue per mare,ſiue per terras vocamus, ſed ſecuri ſine timore viuimus. Corpora noſtra de frondibus arborum cooperta habemus, eorum fructus comedimus,lac māducamus,de Rabulneo flumine bibimus,laudes Deo ſemper canimus, & deſideramus vitam

vitam futuri sæculi. Non desideramus audire causas, quæ ad vtilitatem non pertinent, non multum loquimur: veruntamen quando loquimur, nihil pręter veritatem dicimus,statimque tacemus. Diuitias non diligimus,quia cupiditas res est insatiabilis, quæ solet ad paupertatem reducere homines, cùm non potest finem acquirẽdi facere. Nulla inuidia inter nos est, nullus inter nostros fortior altero, & in paupertate si quid habeamus, diuites tamen sumus, quia communis est paupertas nobis. Lites non facimus,arma non apprehendimus: per consuetudinem habemus pacẽ non per virtutem. Iudicia non habemus,quia malum non facimus,quo iudicio opus habeamus. Vna lex est contraria nostræ naturæ, quia nullam misericordiam habemus vel facimus: Non enim facimus aliquid, quo misericordiam imploremus: Culpas nõ dimittimus alicui,vt per eas Deus dimittat nostra peccata. Non damus diuitias nostras pro nostris peccatis,sicut vos datis: nullum laborem facimus qui ad auariciam pertineat: membra nostra libidini non tradimus,adulteria nulla committimus, nec aliquod vicium facimus,quatenus ad pœnitentiam accedere debeamus: sicut vos qui mala facitis, per pœnitentiã.De factis nihil quęrimus,quia omnia rectè facimus. Subitaneam mortẽ non patimur: per sordida facta aërem non corrumpimus: nullum vestimentum variis coloribus tingimus: fœminæ nostræ non ornantur,vt magis nobis placeãt,nec ipsum ornamentum pro pulchritudine æstimant,sed volũt esse pulchriores ipsis ornamentis, sed tantùm in ea natura in qua sunt,manere volunt. Nam quis potest mutare opus naturæ: quod si quis mutat,criminosus est,eò quòd non sit rectè factum,nec stabile. Balnea *Anni à cõdita vrbe.*

Anni à cō- dita vrbe. non facimus, nec aquam ad lauandum corpora nostra habemus, sed calorem solis accipimus, de rore infundimus: nullam cogitationem habemus, nullo in seruitio vtimur, non dominamur super homines, qui sunt nostri similes: Nam crudelitas maxima est, opprimere hominem in seruitiū, qué nobis natura in fratrē dedit, qui etiā ab vno patre cælesti creatus est, sicut & nos sumus. Petrā in calcem nō resoluimus, ad ædificandū nobis domos habitatorias nec vasa de terra facimus. In cauernis & speluncis montiū habitamus, vbi nullus sonus ventorū auditur, & vbi nulla pluuia timetur. In terra dormim⁹, absq; omni solicitudine. Tales enim domos habem⁹, in quibus dū viuimus habitamus; & dū morimur, habem⁹ eas pro sepulchris. Nos ad negociandū per mare non imus, vbi multa pericula sustineam⁹: quia qui illic nauigāt, multa mirabilia cognoscūt. Nos etiā nō discimus, vt bene loquamur, sed per simplicitaté omnia dicimus, quæ nunquā permittit nos mētiri. Scholas philosophorū nō frequentamus, in quorū doctrina est discordia, & vbi nihil certū aut stabile finietur, sed semper mēdacia proferuntur. Illas verò scholas frequentamus, in quibus bonam naturā discimus, & demonstratur nobis hoc quod in scripturis ostēditur: vbi etiam docetur ne nos aliquem lædamus, sed secundū veram iustitiā viuamus: neq; etiā discimus ea quæ nobis tristitiam aliquā pariant. Ludum nullum amamus, nec aliquid ad ludum pertinens. Si quid scire volumus, facta prædecessorum nostrorū legimus: & cum deberemus ridere & gratulari, incipimus flere & tristari. Videmus aliqua in quibus delectamur, & admiramur, nempe cœlum optimè resplendere, stellas, & solem rubicundum in suo cursu, radijs eius illuminare

nare totum mundum. Videmus etiam lunam luce-re per noctem in ipsum cælum positam, crescentem & decrescẽtem in suo lumine: & tonitrua atque fulgura, & alia mirabilia quæ nobis continuò non nocent. Videmus mare semper purpurei coloris esse, & quando in illud tempestas exoritur, non dissipat vicinam terram, vt in vestris partibus fit. *Anni à cõdita vrbe.*

Et his dictis, increpauit Alexandrum vitæ suæ & suorum, & præcipuè Idololatriæ, & subiungit: Nos intelligimus quod Deus nec precio, nec sanguine vituli, neque sanguine hirci, aut arietis exaudiat aliquẽ deprecantem, sed per bona opera quæ Deus diligit, & per verba orationis Deus exaudiat deprecantem hominem: quia per verbum Deus exauditur: Nãm Deus est verbum, & verbum istud mundum creauit: & per hoc verbum viuunt omnia. Nos autem hoc verbum colimus, hoc amamus, hoc audimus. Nam & Deus spiritus est, & mens est: Ideo autẽ non amat aliud, nisi mundam mentem: quapropter vos nimiũ dicimus esse insipiẽtes, quia non curatis naturam vestrã fieri cælestem, aliquodq; cõmune habere cum Deo: sed animam vestram sordidatis adulteriis & fornicationibus, & aliorum hominum seruicijs. Vos istas causas amatis, scilicet adulteria, & fornicationes, & facitis quæcunque libent: & dum viuitis, mundi non estis, & ideo post mortem tormenta sustinetis. Vos denique Deum speratis habere propicium pro carne & sanguine, quæ vos offertis illi. Vos nõ seruitis vni Deo soli, qui solus regnat in cælo, sed multis dis. Et postmodum deos gentilium scriptis suis reprobat, istud in fine epistolę addens: Heu (inquit) vos miseri, qui talem fidem tenetis, quæ vobis postea eternæ damnationis occasio erit.

Anni à cō-dita vrbe. Et recepta epistola Alexander, iratus propter illatam diis suis iniuriam, indignanter illi rescripsit. Posteaque recedens pugnauit cum hominibus gganteæ staturę, eosque vicit. Postea venerūt in campum, vbi erant arbores mirę celsitudinis, quę cū sole oriebantur, & cum sole occidebant. Istæ arbores proferebant fructus odoriferos; præcepitq; Alexander vni militum, vt ex illarum fructibus colligeret, & ad se ferret. Ille verò abiens vt tolleret fructum, eum spiritus malignus percussit, & mortuus est. Et continuò audierunt vocem de cælo, ipsis præcipienté, ne quis accederet propius ad illas arbores, quia statim moritur, quisquis ad eas accederet.

Inde veniunt ad montem Adamantinum, in cuius ripa pendebant cathenæ aureæ: mons verò ille habebat gradus ex lapide saphyro, duo millia, & quingentos, per quos homines ascēdebant in ipsum montem. Sequenti verò die Alexander cum aliquot principibus ascendit sursum, per gradus prædictos, ibiq; inuenit palacium mirabile, quod vocabatur Domus solis, & erat ibidem templum aureum, ante cuius fores erat vinea aurea ferens botros ex margaritis, & vnionibus: & ingressus est Alexander templun cum principibus eius, & inuenit ibi hominem iacentem in lecto aureo ornato palliis factis ex auro texili, qui thure vescebatur, & opobalsamum bibebat. Hic duxit Alexandrum ad arbores solis & lunæ, vt posset easdem audire, quia futura loquebātur: osculatusq; est eas Alexander, & cœpit cogitare; an triumphans aliquando reuersurus esset in Macedoniam ad suos. Tunc ex inopinato arbor solis respondit Indico sermone, dicēs: Dominus eris orbis terrarū, sed ad Macedones nullo modo redibis, neque eos videbis, eo

quod

quod fata tua citius finientur de te. Deinde dixit arbor lunæ Alexandro: Iam plenam ætatem habes, & finem ipsius ætatis, & te deceptum cupit, quem minimè speras. Cui Alexander, dic mihi sacratissima arbor, quis me decipiet? Respondítque arbor. Si dixero tibi, quis sit qui te decipiet, tu illum occides, & sic mutabuntur ea quæ fata ordinauerunt de te, & irascerentur mihi Deę fatorum: Non morieris ferro, vt speras, sed veneno; & in proximo eris domin⁹ terrę. *Anni à cōdita vrbe.*

Postea verò reuersi, inuenerūt in via homines sine capite, os habebant in pectoribus: longitudo eorum erat 12. pedum, latitudo pedes 7. colori aureo similes. Deinde inueniunt bestias similes equis habentes pedes leonum, quarum longitudo erat 30. pedum: grossitudo pedum 12. Postea inuenerunt homines, quorum longitudo erat 12. pedum, reliquum verò corpus sex: candida brachia vsque ad fœmora: coxę & crura nigra, pedes rubei, caput rotūdum, & cùm iam reuersi fuissent, senex reuersus est ad locum vnde surrexerat.

Deinde recedens post viginti dies venit in terrã, quę Persica dicitur, vbi erat ciuitas in mōte ex præcisis lapidibus sine calce, in qua primatū tenuit Regina Candacis vidua. Cui Alexãder misit dona, vicissimq́; Regina illi misso simul etiam pictore, qui Alexandri formã depingeret, quia eum videre summè desiderabat. Postquàm ipsa Alexandrum (qui venerat sub Antigoni nomine ad palatiū) ex visa pictura cognouerat: (Alexander enim sub Antigoni nomine vxorem Candauli filij Reginæ è manibus Regis Ebricorum, qui ipsam rapuerat, liberauit) ipsum vocari iussit. Cum Alexander venisset ad palatium Reginæ, cuius tectum vt aurum fulgebat, ascendit triclinium

Anni à cō-dita vrbe. torum auro ornatum, & lapidibus onychinis, mensę & scamna erāt eburnea, & pocula ex lapidibus preciosis erāt confecta, scilicet smaragdis & amethystis. Columnæ verò ipsius palatij, & triclinij erant ex lapidibus Porphyroneticis, erantq; ibidem sculpti falcati currus ducenti, item homines & statuæ, nec non elephantes sculpti conculcātes eos pedibus. Per hoc palacium decurrebat fluuius, cuius aqua erat quasi auro colorata. Comeditque Alexander eo die cum Regina. Postero die Regina sola duxit Alexandrū, in prædictum cubiculum, quod inuestitū erat auro purissimo, ornatum margaritis, & vnionibus, stratū lapidibus preciosis, quod lucebat instar solis. Deinde ingressa est cum eo in aliud cubiculum constructum lignis ebenis, buxinis, & cypressinis: eratque positum cubiculum istud super rotas, arte mathematica, & trahebant eum 20. elephantes. Cumque Regina cubiculum cum Alexādro intrasset, commotum est, & cœpit de loco commoueri. Alexāder verò hoc facto obstupefactus, nimiumque admirās, dixit: Istud factum, admirabile & dignum foret, si apud Græcos esset, ibidemque fieret. Cui Regina: Bene dixisti Alexander; magis enim dignū foret apud Græcos quàm apud nos. Et territus est Alexander, cum nomen suū audiret, dixitque se Antigonum vocari: Tuncque Regina ostendit illi imaginem eius depictā, iratusq; est Alexander valde, & statuit seipsum cū Regina statim interficere, nisi illi defuisset gladius: credebat enim se non euasurū, cū varia & dura improperia à Regina audiret. Et tandē dixit illi Regina: Noli tristari, nā sicut vxorē filij mei è manibus Ebericorū liberasti, sic liberabo te è manibus filiorū meorū. Si filius meus Caractor, (cuius vxor erat filia Regis Pori) sciret aduentum

uentum tuum, occideret te, ſicut tu Porum regem occidiſti. Et tandem Caractor ſub nomine Anngoni, inſtinctu vxoris ſuæ, voluit occidere Alexandrũ, ſed Regina reſtitit. Cumque hoc perciperet Candaulus, voluit occidere fratrem, dicẽs: Me iſte ſaluauit, vxorem meam mihi reddidit, & ſaluum me reduxit vſque huc: ſaluumque reducam eum ad Imperatorem ſuum. Tandem verò, efflagitante Regina, Alexãder fratres reconciliauit, promittens Caractori, quod Alexandrum ad caſtrum eorum duceret. Et receptis donis à Regina receſſit, Candaulo eum conducente. Proficiſcentes inuenerunt in via ſpelũcam, in qua erant dij ſepulti, & ingreſſus Alexander ſolus, vidit caligines nubis, inter quas vidit ſtellas lucẽtes, & apparitiones Deorũ, viditque quendã maximum Deum recũbentem, habentẽ, oculos lucẽtes tanquã lucerna, quẽ cùm vidiſſet Alexander, territus eſt, & factus quaſi in extaſi. Dixitq; ille Deus. Aue Alexãder. Cui ille: Quis es tu Domine. Cui Deus ille reſpõdit: Ego ſum Serapis regnũ mundi tenẽs, & mundũ ſubiugans, qui reddidi tibi omnes ſubiectos, licet mihi tale nomẽ in mũdo nõ ſit, quale tibi, quod ciuitatem, eodẽ quo tu appellaris nomine, fabricaueris, mihi tamen gratiæ debẽtur maximę. Ingreſſus Alexãder vidit aliã caliginem nubis, & quendam Deũ ſedentẽ in ſolio Regali, dixitque illi Alexãder: Quis es tu domine? cui ille reſpõdit: Ego ſum origo omniũ Deorum: ego vidi te in terra Libyæ, & modo hic eſſe videris. Cui Alexãder: rogo te, vt dicas mihi, quot annos victurus ſum adhuc. Cui reſpondit ille: quantũ ad ea quæ ſcire plurimũ deſideras, nulli mortaliũ conſtat: ſcies tamẽ in ciuitate illa quã fabricaſti, quę q; omniũ ciuitatum mũdi florentiſſima eſt, fabricari ſepulchrũ tuum,

Anni à cõdita vrbe.

Anni à cõ-dita vrbe. tuum,in quo corpus tuũ recõdetur. Et inde exiẽs Alexãder,& valedicens Cãdaulo, reuersus est ad suos. Et pergẽtes inuenerũt mulieres altas 10.pedes,iuxta flumen habitantes, capillos habentes ad talos vsque, erãtq; albæ vt nix,quarũ dentes erant canum dẽtibus similes,quæ homines natãtes in aqua aut suffocabãt, aut rapiebant, tam diu in illos incumbentes, donec animam exhalarent. Postea venerunt ad finẽ Oceani, vbi inuenerunt 22. Reges cum exercitu eorum inenarrabili, quos sapienter conclusit sub hyperboreis montibus. Deinde fecit se subleuare per gryfones in aëra, & descendit per vas vitreum in mare, vbi ipse Alexander vidit mirabilia. Deinde pugnauit cum serpentibus,& Cynocephalis:& tãdem peruenit in Babyloniam,vbi permãsit vsque ad mortem. Ibiq; venerunt ex omnibus prouincijs missi, adferentes illi censum,& assignãtes eum dominum totius mundi. Ibique cum quodam tempore essẽt in celebri conuiuio,Yobas veneno clam illum occidere nititur: Alexander vero sumpto veneno, statuit seipsum in flumine demergere, sed Roxana vxor eius vix tandem illum reduxit,ad locum suum, fecitque testamẽtum, & diuisit terras suas principibus diuersis. Deinde mortuus missus fuit in Alexandriã,ibique sepultus in sepultura aurea. Hic 12.ciuitates construxit, quæ omnes hoc nomine Alexãdriæ clarent. Dimisit Philippo fratri suo Macedoniam, Seleucus Syriam, & omnia regna Orientis obtinuit; Antigonus Asiæ regnum adeptus est. Et durauit Macedoniæ regnum vsque ad annum Philometoris Ptolomæi decimum tertium,& destructum fuit per Romanos,qui cœperunt regnare anno à mundi initio 4452.

ANNO igitur ab vrbe condita quadringentesimo vicesimosexto, Alexander patri Philippo successit in regnum. Et quum penè totum Orientem subiugasset, sperans se & Occidentem possidere, quū per duodecim annos regnasset, veneno interiit. *Anni à cōdita vrbe.* 426

Circa idem tempus, quum potentes esse cœpissent Romani à Samnitibus, qui medij erant inter Campaniam & Apuliam, aurea & argentea arma habentes, impugnabantur: & hoc per Cāpaniam, cuius terræ bonitas ex portubus marinis, & ex multis aliis vtilibus elucescit. Huius Campaniæ caput, vrbs Capua, tunc erat æqualis magnitudine Romæ vel Carthagini: & primùm quidē Samnites à Romanis victi, postea victores effecti de Romanis, vltimò sic fuerunt à Romanis prostrati, quòd vigintiquatuor milibus occisis, & rege ipsorū cum reliqua multitudine capto, ciuitatem funditus euerterunt. Nullus enim hostis, Romanis crudelior fuit, quàm Samnites. *Capua vrbs.*

DE TARENTINIS.

CAP. V.

ANNO ab Vrbe condita quadringentesimo quadragesimoquarto, Tarētini Romanis se opponentes, & nuntios ipsorum dehonestantes, vt Romanis resistere possent, plurimo finitimorum præsidio fulti, Pyrrhum regem Græciæ, ob magnitudinē virium vocauerunt à transmarinis partibus: qui cum octoginta millibus peditum, equitum verò septē millibus, & centum viginti elephantis, vsque ad illud tempus Romanis inuisis, veniens in Italiā, inito durissimo bello cum Romanis, victus miserabiliter ad partes suas rediit. Tunc Tarentini fœdus ineunt cùm 444

Cartha-

Anni àcō- Carthaginensibus contra Romanos. Et ex hoc Pu-
dita vrbe. nica bella inchoata fuerūt. Carthago enim fuit ciui-
Punica bella tas magna,& caput Aphricę; ante Romā,ducentis &
cœpta. septuaginta annis condita. Siciliam & alias maris insulas defēdere voluit,ne tollerētur à Romanis. Fuit autem multiplex conditio Carthaginis, nam primo condita est Carthago à Tyrijs tēpore Yair Iudicis Israël,eo scilicet tempore quo rex Priamus regnauit in Troia. Pòst euersa iterum conditur à Didone. Postea à Romanis iterū destructa est, vt infra patebit. Qua iterū restructa,tertiò à Saracenis est destructa. Et anno ab vrbe cōdita quadringentesimo octuagesimoquarto, Annibal senior cū innumerabili multitudine hominum & triginta elephātis,nauigio Siciliā aduenit. Sed à Romanis,Cneo & Caio cōsulibus,ibidem victus etiam amissa sua naue,in qua vehebatur: amissis hominibus & nauibus vix aufugit.

Attilius Regulus cōsul Romanus,quū Carthaginē cū exercitu applicuisset,& tribus regibus cū innumerabili multitudine victis,& septuagintaquatuor ciuitatibus Romanis per Aphricam subactis: quū venisset ad fluuium,qui dicitur Bagrada, ibi serpentē ma-
Serpēs 120.
pedum. gnū centū viginti pedum, qui plures iā homines de suis deuorauerat, occidit: & coriū eius Romā misit.

Tandem Carthaginenses, dum cum Regulo Attilio pacem facere voluissent, & ille renuisset, adiunctis sibi Aphricanis,regulum bello aggrediuntur: & prostrato Romanorum exercitu, regulus capitur,& in Carthaginem cathenatus recluditur.

Æmilius verò & Fuluius,consules Romani,audita dolorosa Reguli captiuitate, exercitū cum trecētis nauibus mittūt in Aphricā,quibus cū totidē nauibus, dum Carthaginenses occurrissent,victi fugerunt.

De

De repentina subuersione. *Anni à cõdita vrbe.*

CAP. VI.

ANNO ab vrbe condita quingentesimooctauo, 508 repentina subuersio contigit vrbi. Siquidẽ verò Lucio Catulo, Aulo Manlio consulibus, Tyberis insolitis auctus imbribus, magnitudine redundans, omnia Romæ ædificia in plano posita deiecit.

Eodem tempore noui Galli, tempore Sempronij, Caij Valerij consulum, Romanos inuaserunt: aduersus quos varia sorte bellatum est in Liguria, & victi sunt à Romanis.

Galli verò, vt Orosius ait, sunt animo feroces, corpora fortiora aliis hominibus habentes. Sed hoc cõprobatum est, quòd sicut in primo impetu virtus eorum fortior est aliis hominibus, ita postea virtus eorum minor est fermè quàm mulierum. *Gallorum proprietas.*

DE ANNIBALE.

CAP. VII.

ANNO AB vrbe condita quingentesimo trigesimo tertio, Annibal Pœnorum, siue Aphricanorum Imperator Saguntum, florentissimam Hispaniæ ciuitatem, Romanorum amicam, obsidione & fame cruciatam, captam, deleuit: nec legatos Romanorum ad se missos, videre voluit: & tempore Publij Scipionis, & Sempronij consulum, contra Romanos versus Italiam processit, ferro viam aperiens, Pireneos montes transgressus, cum multo labore & bello, ad planum Italiæ peruenit. Fuitque exercitus eius centum millia peditum, & viginti millia equitum. Cui occurrit *Magnus exercitus Annibalis.* 533

Scipio

Anni à cō-dita vrbe. Scipio consul, circa Ticinum: in quo congressu, Annibal eum grauiter vulnerauit: & succubuit ibi pene omnis exercitus Romanus. Sempronius consul, cognito socij sui Scipionis casu, à Sicilia cum exercitu rediit: & pugnans ibidem cum Annibale, amisso exercitu, vix solus euasit.

Annibal, quum versus Tusciam procederet, primo mense verni, in Apenninis mōtibus tanta nix cecidit, vt præ frigore omnes elephantes & iumenta mulra amitteret. Sciens tunc Annibal Flaminiū consulem solum in castris remansisse, festinauit vt citiùs impetitum obrueret. Cōtra quem Flaminius exiens, arte Annibalis circumuētus, funditùs trucidatus est: ita quòd vigintiquinque millia Romanorum ceciderunt, & sex millia capta fuerunt.

DE LVCIO ÆMILIO.

CAP. VIII.

540 ANNO ab vrbe cōdita quingētesimo quadragesimo, Lucius Æmilius Paulus, & Publius Terētius Varro, consules, cōtra Annibalē missi, infelicissimè apud Canosam Apuliæ vicū, pugnauerunt. Nā in ea pugna, quadraginta quatuor millia Romanorum interfecti sunt Nullo bello Punico Romani sic ad extrema deducti sunt, vt in eo bello. Periit enim in eo consul Æmilius Paulus: consulares & Prætorij viri viginti interfecti sunt: Senatores vel capti, vel occisi sunt: triginta nobiles viri, trecenti pedestrium militum: quadraginta millia equitum. Varro consul, cum quinquaginta equitibus, Venusium fugit. Nec dubium, illum diem Romani status vltimum fuisse, si Annibal mox post victoriā ad vrbem accessisset. Annibal

Canosa vicus Apuliæ.

nibal verò in testimonium tantæ victoriæ, tres modios aureorum anulorum Carthaginem misit: quos ex manibus interfectorũ nobilium extraxerat: sicut dicit Orosius. Et in tantũ iam desperauerant Romani, quòd ab Vrbe fugere volebãt: nisi Scipio Aphricanus, tunc Tribunus militum, stricto gladio ipsos coërcuisset. Tunc Romani de publico pretio seruos emptos, milites fecerunt: Arma dijs consecrata, de templis acceperunt. Iunius quoquè Dictator, antiquum Romuli factũ recolens, pro supplemento exercitus, latrones, homicidas, & cuiuscunq; sceleris homines obnoxij essent, impunitate promissa, militiæ mancipauit, quorum numerus ad sex millia virorum fuit. Tunc Roma desperata spem habere cœpit. Qui tunc (sicut dicit Orosius) Romanam militiam vidisset, rubore perfundi potuisset: quia nisi aut puer, aut seruus, aut sceleratus, aut debitor, erat. Et nec sic quidem numerus idoneus erat. Senatus omnis, penè nouitius videbatur. *Annià cõdita vrbe.* *Iunius dictator.*

De Annibale & Scipione.

CAP. IX.

ANNO ab vrbe condita quingentesimo quadragesimo tertio, Annibal de Campania mouens exercitum, tribus miliaribus ab vrbe cõsedit, Romani totius ciuitatis, cum Senatoribus populoque, stupore & metu perculsi, velut amentes facti sunt. Fœminæ quoque per propugnacula cucurrerunt, saxa conuehentes, primæ & promptæ de muris pugnare. Annibal verò cum exercitu suo, vsque ad portam Collinã, accessit. Sed Fuluius procõsul, cum Romanis aduersus ipsum aciem direxit. At vbi cõgredi 593 *Roma miraculosè defensa.*

Anni acō- debuiſſent, pluuia cum grandine mixta, tanta ſe effu-
dita vrbe. dit, vt turbata agmina vix poſſent ad caſtra redire. Deinde, quum ſerenitas rediiſſet, & illi acie iterata ad pugnam diſpoſuiſſent, rurſus violentior venit tempeſtas, compellens exercitus ad tentoria refugere. Et ſic Annibal, aduertens quòd ad ſubuertendam vrbem Romanam, non obſiſteret fortitudo, ſed diuina miſeratio, ab vrbe diſceſſit.

Scipio Aphricanus vigintiſeptem annos habens, tranſiuit in Hiſpaniam, miſſus: & primo impetu, *Carthago capta.* Nouam Carthaginem cepit: vbi theſaurum auri & argenti, pro futuris ſtipendiis militum inuenit. Ibi etiam Magonem fratrem Annibalis cepit, & Romanis miſit.

Scipio iſte poſt victorias Hiſpaniæ, tranſiit in Aphricam: & facta pugna cum Pœnis, quadraginta milia de aduerſariis occidit.

Et quum omnia debellatus eſſet, Carthaginenſes mandauerunt Annibali, vt pro eorum auxilio, rediret in Aphricā. Qui relinquens Italiam, omnes milites Italicos, qui ipſum ſequi nolebant in Aphricā, occidit. Et in Carthaginem rediens, quum de pace cum Scipione, mutuò ſe videndò, tentaſſent, & non conueniſſent: congreſſi in prælium, poſt durum bellum, Carthaginenſes vincuntur: & Annibal cū quatuor equitibus, vix aufugit. Scipio autem victor factus, ciuitatem Carthaginenſem eſt ingreſſus.

DE PVNICO BELLO.

CAP. X.

566 ANNO ab vrbe condita quingenteſimo ſexageſimoſexto, bellum Punicum ſecundū finitum eſt: geſtū annis ſedecim. Cui Macedonicū bellū con-

continuè succeſſit: quod quintus Flaminius conſul ſortitus eſt. Poſt multa prælia, quibus Macedones victi ſunt, pacem Philippo dedit. Romani captiui qui ſub Annibale per Græciam venditi fuerant, recuperati ſunt: capitibus raſis, ob deterſam ſeruitutẽ, currum triumphantis ſequuti ſunt. *Anniâ cõdita vrbe.*

Sed poſtea rex Antiochus, Romano populo bellum parat: de Aſia per mare in Europam tranſiens. Cui Annibal de Aphrica ſecretò adueniens, ſe adiunxit. Sed Antiocho à Cornelio Scipione, & Marco Atilio Glabrione conſulibus, deuicto: & Annibale, qui Antiochi nauibus præerat à Scipione Aphricano ſuperato, & in fugam conuerſo: Antiochus cum Scipione & Romanis pacem fecit. Multa hîc Romanorum bella, breuitatis cauſa tranſeo. *Antiochus*

De tertio Punico bello.

CAP. XI.

ANNO ab vrbe condita ſexcenteſimoſecundo, 602
Lucio Cenſorino, & Marco Manlio conſulibus, tertium Punicum bellum exortum eſt. Quum igitur Senatus Carthaginem delendam decreuiſſet, profecti in Aphricam conſules, & Scipio Aphricanus: tunc Tribunus Carthaginẽſibus euocatis, pręceperũt eis, vt arma omnia, nauesq; traderent: quod & factum eſt.

Sed Carthaginẽſes poſteaquam iuſſi ſunt ad decem milia paſſuũ à mari recedere: dolore ingẽti ducti, magis elegerũt pugnãdo mori ibi, quã recedere. Et eligentes duos Aſdrubales in duces, quum arma ferrea non haberent, ex auro argentoque ferri inopiam ſuppleuerunt, ad arma facienda.

Carthaginis aũt ſitus, huiuſmodi dicitur fuiſſe, videlicet *Carthago deſcripta.*

Anni à cõdita vrbe. delicet triginta millibus passuũ muro vallata, tota pe nè mari cingebatur, absq; faucibus: quæ tribus milibus passuum aperiebantur. Idé locus murũ triginta pedũ in latitudine habuit, saxo quadrato in altitudine cubitorum quadraginta. Arx quæ dicebatur Byrsæ, paulò amplius quàm duo millia passuũ tenebat.

Byrsa arx. Quũq; Carthago à Scipiõe & cõsulibus capta fuisset, vigintiquinq; milia mulierũ & triginta millia virorũ, ne clade cõsumerentur, in seruitutẽ se tradiderunt. Alij verò se potius in ignẽ præcipites dabãt, quã Romanis inseruire vellent. Ipsa autem ciuitas, continuis sedecim diebus arsit: miserumque spectaculum cernentibus præbuit. Dirupta est autem Carthago, omni murali lapide in puluerem redacto: septingentesimo primo anno, à fundatione sua. Et sic bellum Punicum tertium, terminatum est in quarto anno. Quia vniuersum bellum, per viginti annos durauit. *Carthago destructa.*

DE CNEO CORNELIO.

CAP. XII.

606 ANNO ab vrbe condita sexcẽtesimo sexto, hoc est, eodẽ anno quo Carthago deleta est, Cneo Cornelio Lentulo, & Lucio consulibus, Corinthum toto orbe famosa & opulentissima ciuitas, capta & deuastata est: & tota Achaia subiugata Romanis. Sanè propter multitudinem statuarum, columnarum, simulachrorumque auri & argenti, Corintho igne succensa, quum omnia metalla cõfluxissent in vnum, nouum genus metalli ex illo factum est, quod Corinthum dicitur, vnde vasa ex illo facta vsque hodie, vasa longè lateque Corinthia dicuntur.

Portenta. Circa id tempus, sub Seruio Flacco, & Quinto Cal-

Calphurnio cõſulibus, Romæ puer ex ancilla natus: & quadrupes, quatuor manus habens, oculos quatuor, aures totidem, virga virili duplici. Item, in Sicilia, mons Æthna torrentem flammam excuſſit, ſiue eructauit, & vicinia exuſſit. Item, in eadem Sicilia, bellum ſeruile ortum eſt: quod non ſolùm Romanos, ſed etiam Conſules terruit. Nam (ſicut dicit Oroſius) ſeruilis tumultus quanto rarior eſt, tanto cæteris crudelior. Libera enim multitudo mouetur, vt patriam augeat; ſeruilis, vt perdat. Cæterùm Sicilia in hoc miſerior fuit, quia inſula, & nunquam ſtatus ſui iuris idonea fuit: nunc tyrannis ſubiecta, nunc ſeruis dominatu improbo exigentibus ſeruitutem. *Annià cõdita vrbe.*

DE LVCIO CÆCILIO.

CAP. XIII.

ANNO ab vrbe condita, ſexcenteſimo vigeſimooctauo, Lucio Cæcilio & Flaminio conſulibus, Carthago in Aphrica reſtitui iuſſa eſt, vigeſimotertio demum anno quo fuerat euerſa: & hæc reparatio debebat fieri per familias deductas illuc ciuium Romanorum, quæ eam incolerent: & ſic repleta fuit. Eodem tempore inter Gracchum & Flauium conſules, & populum Romanum magna diſſentio fuit. 628

Per idem tempus, mons Æthna vltra ſolitum, flammeos ignes euomens *Cathinienſis ciuitatis tecta ſic à calidis cineribus exuſſit, vt caderent. Cuius leuandæ cladis cauſa, Senatus Romanorum decem annorum vectigalia *Cathinienſibus remiſit.

* Cathanẽſis

* Cathanenſibus.

Anni à cō-dita vrbe.

DE CAIO MANLIO.

CAP. XIIII.

641 ANNO ab vrbe condita ſexcenteſimo quadrageſimoprimo, Caius Manlius conſul, & Quintus *Cæpius procōſul, bellāt aduerſus Cymbros Teuthonicos, & Ambronates Gallorū Germanorumq; Gentes, quæ tunc vt Romanorum Imperium extinguerent, adunantur. Hi verò multo diſcrimine Romanorum victi ſunt. Siquidē Marcus Æmilius conſul, & duo filij conſulis, *victi ſunt. Octoginta milia Romanorum, & quadraginta milia colonum trucidati ſunt: ita quòd decem tantum homines, qui miſerum nuncium reportarent, euaſerūt. Maximus tūc Romæ non ſolùm luctus, verùm etiam timor fuit, ne confeſtim Cymbri Italiā intrantes, eam delerent. Quum igitur Teuthonici, & Cymbri Italiam intraſſent, ibique rigidum genus diu blandioribus auris, poculis, cibis, ac lauacris emollirentur: Marius quintò conſul, & Catullus, aduerſus eos miſſi, ſubitò in eos irruerunt, antequàm illi aciem ad pugnam ordinaſſent: ac totam illam multitudinem nimiā perturbauerunt, & non ſine ſuorum damno deleuerūt. Cæſa autē illorum centū ſexaginta millia: & ſeptuaginta milia capta, abſque innumera multitudine mulierum, quæ ſe, ſuoſque paruulos fœmineo furore, diuerſis generibus mortis necauerunt. In memoriā tantæ victoriæ, Romani templum mirificum extruxerunt: quod vſq; hodie Cymbrinum vocatur, iuxta Sanctam Mariam Maiorem.

*Scipio

*occiſi ſunt

Templū Cymbrinum.

DE INTESTINO BELLO.

CAP. XV.

645 ANNO ab vrbe condita ſexcenteſimo *quadrageſimoquinto, poſt Cymbricum & Teuthonicum

*primo.)

nicum bellum, ſtatus Romanorũ per internum bel- *Anniá cõr*
lum, & per diſcordias ſic labefactatus eſt, vt penè ad *dita vrbe.*
extremũ concideret: niſi Marius quintò conſul, leui perſuaſione populum commotum ſedaſſet, auctoribus ſeditionum occiſis.

DE IVLIO CÆSARE.

CAP. XVI.

ANNO ab vrbe cõdita ſexcenteſimo quinqua- 659
geſimonono, Iulio Cęſare & Lucio Martio cõ ſulibus, prodigia dira Romam terruerunt. Nã apud *Prodigia.*
Tarentinos, quum panes per conuiuia frangerentur, cruor de medio panum, quaſi de vulneribus, fluxit. In Samnitibus, prope Beneuentum, ex hiatu terræ flamma prorupit, & vſq; ad cœlum protendi viſa eſt.

Item omnium generum animalia, quæ inter homines viuere ſolita erant, relictis ſtabulis & paſcuis, cum eiulatu ac mugitu miſerabili, ad ſyluas fugerũt. Canes quoque, quorum natura ſocietatem requirit, lachrymoſis vlulatibus vagantes, vt lupi oberrabãt. Quod prodigium mox ſubſequutum eſt. Nam Iulius Cæſar, apud Samnitas, amiſſo exercitu, vix effugit. Item Pompeius prætor victus eſt, & in diuerſis prouinciis exercitus Romanorum deleti fuerunt: ita quòd Senatus iam prętriſtitia, ſaga (id eſt, veſte mœroris) ſe induerit: & eandem Iulio Cæſari tranſmiſit *Saga quid.*
induendam. Sed Iulius, poſtquàm hoſtes qui ipſum debellauerant, iteratò confligens feliciter deuicit, ſagam depoſuit. Pompeius etiam primò victus, glorioſus victor extitit. Poſtea Pompeius Aſculum obſedit, & capta ea, octodecim millia Marſorũ cum ipſorum Imperatore occidit.

Eo tẽpore, ciuile bellum tam crudele fuit, quale *Bellũ ciuile.*
nunquã antea fuit Romæ. Nam ſenatoribus & cõſu-

Anni à cō- dita vrbe. libus aliquibus cōtra Syllam, aliquibus cum Sylla contra alios pugnantibus, innumerabilia Romanorum milia sunt occisa: ita quòd Quintus Catulus Syllæ dixit: Cum quibus tandem victuri sumus, in bello armatos, in pace inermes occidimus. Ad hoc verbum, Sylla primus infamem tabulā proscriptionis statuit. Prima proscriptio octoginta milia hominum fuit: secūnda proscriptio, quingentorum hominum, inter quos, quatuor consules erant. Et sic Romaní aut proscribebantur, aut iugulabantur. Hoc bellum ciuile, per decem annos protractum, plus quàm centum quinquaginta milia Romanorū consumpsit: & mortuo Sylla finem habuit.

Pompéius veró consul, contra Orientem in magna parte expugnauit, & cū viginti duobus Regibus conflixit, atque de ipsis victor extitit.

DE CAIO CÆSARE.

CAP. XVII.

693 ANNO ab Vrbe condita sexcentesimo nonagesimo tertio, Caio Cæsare, ac Lucio Bibulo consulibus, Iulio Cæsari tres prouinciæ, cum legionibus septem, in quinquénium datæ sunt: Gallia scilicet trans Alpina, & Gallia cis Alpina, & Illyricus. Galliam Comatam Senatus postea adiecit. Hanc historiam Suetonius plenissimè narrat. Galli verò cum Germanis perpetuo penè bello altercabantur: quos Rhenus fluuius tantùm diuidit. Cæsar verò primùm Gallos multis per bellum prostratis, superat: ac Treuitorum ciuitatem vastat. Demum in Germaniam, facto ponte super Rhenúm, transiit.

Eo tempore Marcus Porcius, Cato Stoicus philosophus agnoscitur: cum à Catone quæreretur,

Quid

Quid maximè expediret vitæ familiari: Respondit, Bene facere. Quid secundum: Bene pascere. Quid tertium: Bene vestiri. Quid quartum: Arare. Cũ quęreretur: Quid fenerari? Respondit: Quid hominem occidere? hic animam esse perpetuam existimans. Tandem tædio duplicis quartanæ semetipsum interfecit, vt meliorem vitam inueniret. Hic librum fecit de moribus, ex quo suppletus fuit: alium præterea quędam partim prosaico sermone, partim metrico, qui paruulis in scholis prælegitur, & incipit. Cum animaduerterem, &c. *Anni à cõdita vrbe.*

Eo tempore Virgilius Maro, in pago qui Andes dicitur, non procul à Mantua nascitur, & Cremonæ in studiis eruditur. Deinde sumpta toga Mediolanum proficiscitur, & postea Romam.

His temporibus Horatius Flaccus poëta Satyricus Venusii nascitur. Titus Liuius historicus, & Diodorus quoque scriptor Græcæ historiæ claruerunt.

Post victoriam Gallorum, Cæsar Romam reuertitur: sed concilio Pompeij, sicut dicebat, à Romanis non suscipitur: negataque sibi ex ærario pecunia, fractis foribus ærarium spoliauit. Inde veniens Ariminum ad legiones mox transiens Alpes, Marsiliam & inde Hispaniam contra Pompeianos processit. Inde rediens in Italiam, Pompeius contra ipsum, & ipse contra Pompeium, bellum parat. Pompeius *in suo exercitu, octoginta octo cohortes disposuit. Cæsar econtrà, octoginta cohortes tantùm. Tandem post multam pugnam inter se, Romanorũ exercitus Pompeius fugit, & in Asiam transiit. Inde per Tyrum, in Ægyptum venit: ibi per Ptolemæum regem Ægypti, ob gratiam Iulij Cæsaris victoris, occisus est. Cæsar *cum.

Anni à cõ-dita vrbe. verò Pompeium perſequens, Alexandriam venit: vrbemque inuadit: & accenſa magna parte vrbis exuſſit magnam bibliothecam 4000. libr. continentem: perlatoque ad ſe, & viſo capite & anulo Pompeij, fleuit.

Poſtea verò Cæſar Romam rediens, dictator & conſul creatus, in Hiſpaniam contra Pompeianos proceſſit: quibus expugnatis, Romam rediit, & in vrbem tandem receptus, precatu Romanorum, monarchiam ſolus ex toto mundo primus obtinuit, vnde canitur: Omnia Cæſar erat. Ibique quum poſt triennium & ſeptem menſes, principatum tenuiſſet, occiſus eſt, dolo Bruti & Caſſij.

Fuerat quippe Romæ imperatum à Romulo, ſub regibus annis ducentis, quadraginta & vno.

Poſtea, ſub conſulibus, res acta eſt annis quadringentis quadragintaquatuor, vſque ad regnum Iulij Cæſaris.

Sed ante conditionem vrbis ab origine mundi 3484. Et ab vrbe condita ad natiuitatem Chriſti anni 751. iuxta Romã regnum Latinorũ ſub Iano primo rege exortum cucurrit, temporibus 27. regum ſ. per 5. Reges Latinos, Albanos 15. Romanos 7. vſq; ad Tarquinium ſuperbum. Reges Latini cœperunt à Iano, Albani ab Aſcanio, Romani à Romulo. Tandem expulſis ab vrbe Regibus per Brutum, Conſules Rempub. tractauerunt, vſque ad hunc Iulium Cæſarem annis ferme 464. Cœpit autem Iulius Cæſar regnare anno ab origine mundi 4916. & regnauit annis 5. Is Iulius adeò inſignis fuit, vt nullus celerius ſcriberet, velocius legeret, vberius dictaret. Sed cùm ſtatum Reipublicæ contra maiorum conſuetudinem clementius inſtauraret, Bruto & Caſſio au-

ctoribus

ctoribus in curia 23. vulneribus confoſſus interiit. *Anni à cōdita vrbe.* His temporibus fuit Cicero, qui Marcus Tullius vocatur, qui multos libros compoſuit. Item Saluſtius Hiſtoriographus.

Obiit autem Cæſar, anno quinquageſimoſexto ætatis ſuæ, Corpusque eius pro roſtris combuſtum eſt. Statuit autem populus, in foro ſolidam columnam marmoream viginti fermè pedum, ſupra quam tumulatum eſt: quæ & Iulia dicta eſt. Centeſimo autem die ante mortem eius, fulmen cecidit ante ſtatuam eius in foro, & de nomine eius ſubſcripto, C literam capitalem abripuit. Nocte præcedente diem obitus, feneſtræ thalami eius cum tanto ſtrepitu apertæ ſunt, vt exiliens è ſtrato Cæſar, ruituram domum exiſtimaret. Eodem die, quum ad Capitolium iret, datæ ſunt ei literę, indices mortis imminentis: quas ſi ſtatim legiſſet, de morte cauiſſet. Nam quū mortuus efferretur, inuentæ fuerunt in manu eius litteræ adhuc clauſæ.

Tunc etiam bos aranti, & bouem ſtimulāti loquutus eſt: Cur me exagitas? in breui magis deficient homines, quàm frumenta. Menſis Quintilis Iulius dictus eſt, quia in eo Iulius natus fuit.

De Octauiano Auguſto.

CAP. XVIII.

ANNO ab vrbe condita ſeptingenteſimo decimo, Iulio Cæſare mortuo, Octauianus nepos Cæſaris, auunculo ſucceſſit in dominio. Adhuc quidem adoleſcens Romā venit, & iuuentutē ſuam ciuilibus bellis exercuit. Nam vt breuiter cōcludam, bella ciuilia quinque geſſit: Mutinenſe, Philippenſe 710 *Bella ciuilia.*

,Peruſi-

Annià cõdita vrbe. Perusinum, Siculum, *Atticum. Ex quibus primum & nouissimum, aduersus Marcum Antonium: secũdum aduersus Brutum & Cassium: tertium, aduersus Lucium Antonium: quartum, aduersus Sextum Pompeium.

*Actiacum.

725 Et anno ab Vrbe condita septingentesimo vigesimoquinto, Cæsar Augustus ab Oriente victor ad ad vrbem rediens: tunc Primũ à Romanis, eo quòd Rempublicam auxerit, Augustus dictus est: quod nomen, posteris successoribus summum apicem declarat Imperij.

Augustus vnde dictus.

Atque ab illo tempore, penes vnũ potestas cœpit Imperij, quæ Græcè dicitur Monarchia.

OCTAVIANVS autem factus Augustus, Hispaniam personaliter bello aggreditur. Alias terras & prouincias per diuersos Duces & legatos oppugnat.

Illis temporibus Pannoniam, vbi modo sunt Vngari, per Tyberium priuignum cruentissima cęde deleuit. Et continuò Germaniam, quæ à Pannonia, vsq; ad Rhenum fluuium extẽditur: sicut innuit Orosius, & etiam Solinus, qui dicit, quòd maiores fluuij Germaniæ sunt, Albis quæ fluit ex Bohëmia: & Grutales, id est Odera, quę nascitur in Morauia: & Vistula, quę nascitur in Polonia, & fluit per ipsam in Oceanũ. Quæ Germania (sicut dixi) extẽditur vsque ad Rhenum. Quam Germaniam Octauianus per Tyberiũ, cum duodecim legionibus militũ aggressus est, bellans per triennium. Quod bellum adeò fuit magnũ & formidolosum Romanis, vt Suetonius dixerit, Præter Punicum bellum, siue Carthaginense, nullũ maius & periculosius fuisse Romanis. Nam tres legiones Romanorum ibi deletæ sunt.

Anno ab Origine mundi 3903. Hic Octauianus à pa-

à patre Octauiano Senatore genitus, maternum genus ab Ænea per Iuliam familiã sortitus, adoptione verò Cai Cæsaris auunculi sui, filius Caius Cæsar dictus est, deinde ob victoriã Augustus agnominatus est. Is omnibus qui eum præcesserũt in bellis fortior, in pace moderatior fuit, adolescẽtiam suam optimis studijs educauit. Erat enim mitis moribus, gratus muneribus, toto corpore pulcherrimus. Oculis magnis, cibi ac vini multum abstinens, sed libidini seruiens, eiusq; tamen vitij in aliis sæuissimus vindicator; liberalibus studiis præsertim eloquentiæ intantum incumbens, vt nulla in promptu dies præteriret, quin legeret, scriberet, aut dictaret. Rarus ad accipiendas amicitias, ad retinendas constantissimus: erga ciues quoque extitit clementissimus. *Anni à cõdita vrbe.*

Huius Augusti anno primo Ouidius Naso nascitur in Pelignis: hic multos libros carmine conscripsit. Huius tẽpore Herodes Ascalonic dictus, à domo Regia, quàm in Ascalonia ædificauit, à Patre natione Idumeus, à matre Arabus: Ab Antipatre patre suo procuratore Iudææ à Cæsare constituto, primo præfectus est Galilææ: qui cũ natura strenuus esset, principem latronũ Ezechiã cum sequacibus suis interfecit, adeo quòd terram quietam reddiderit, vnde Herodes pater Galilææ cantabatur. Is Herodes constitutus est Rex alienigena à Romanis, super Iudæa, nihil omnino pertinens ad Iudæam. Cuius tempore quia natiuitas Christi vicina erat, regnum, & sacerdotium Iudæ, quod primo per successores maiorũ tenebatur, destructum est: Estque in hodiernum diem completa prophetia, quæ ita per Moysen loquitur: Non deficiet princeps ex Iuda, & dux de fœmoribus eius, donec veniat cui repositum est, & ipse est exspe-

Anni à cõdita vrbe. exſpectatio gentium. Ita quod Herodes Iudæam ad ſe nihil pertinentem ab Auguſto, & ſenatu accepit, & regnauit annis 35. Filij quoque eius regnauerant poſt ipſum vſque ad nouiſſimam Hieroſolymorum captionē, nequaquàm ex ſucceſſione ſacerdotalis generis conſtitutis pontificibus, perpetuitate vitæ ſecundum legem Moyſi ſeruientibus Deo. Ignobiles verò & alienigenæ, & nonnulli vnius anni, ſiue modico amplius à Romanis Imperatoribus ſacerdotium emebant. Et tunc temporis Marcus Varro prope nonagenarius moritur. Et dicit B. Auguſtinus lib. 6. cap. 2. de ciuitate Dei, quod de eo Terentianus verſiculo elegantiſſimo breuiter ait, Vir doctiſſimus vndecunque Varro, qui tam multa legit, vt aliquid ei ſcribere vacaſſe miremur. Tam multa ſcripſit, quam multa vix quenquam legere potuiſſe credamus.

MAR-

MARTINI POLONI ARCHIEPISCOPI CONSENTINI, IMPE-ratorum & Pontificum Romanorum, à Christo nato, Supputationes.

LIB. III.

De duplici regimine vrbis, temporali scilicet & spirituali.

Cap. I.

SVPRA actum est tantùm de vno regimine vrbis, scilicet tẽporali. Consequenter agẽdum est de duplici regimine vrbis, scilicet de spirituali, quod fuit per Pontifices: & de temporali, quod fuit per Imperatores. *Proœmium.*

Pontificale quidem regnum incœpit vrbis & orbis, primùm à CHRISTO, qui fuit Pontifex & futurorum & præsentium bonorum.

Imperiale verò regimen incœpit ab Octauiano, qui primus fuit Augustus Imperator vrbis & orbis.

DE AVGVSTO CÆSARE.

Cap. II.

ANNO ab vrbe condita septingentesimo quinquagesimo primo, Cęsar Augustus ab Oriente in Occidentem, à Septentrione in Meridiem, ac per totum Oceani circulum, cunctis gentibus vna pace compositis, imperauit: & quum ipsum pro Deo colere *Anni à cõdita vrbe. 751*

Anni ācō-dita vrbe. lere vellent Romani, prohibuit: nec se Dominum appellari permisit.

Et eodem tempore, natus est CHRISTVS.

TVNC concurrerunt duo regimina Romanæ vrbis, & totius orbis. Pontificale regnum, per CHRISTVM: & Imperiale, per Octauianum.

Hi sunt duo gladij, videlicet spiritualis & manualis, qui sufficiunt ad *regnum ecclesiæ: vnde postquam dicit Petrus, Domine, ecce gladij duo hîc: CHRISTVS respondit; Satis est. Hæc sunt duo luminaria magna, quæ posuit Dominus in firmamento cæli: id est, in vniuersali ecclesia: quæ sunt, Pontificalis auctoritas, & Imperialis potestas. Inter quæ luminaria, sicut luminare maius, est Sol, & luminare minus est Luna: sic etiam Spiritualis potestas est maior, & Imperialis, minor.

*regimen.

Similitudo.

Dispositio. Propterea, ego de vtraque dignitate scribere volens: primò agam de Pontificali, tanquam de luminari maiori, quod præest diebus, id est spiritualibus, in prima parte paginæ. Post de Imperiali, tanquàm de minori, quod præest noctibus, id est, temporalibus, in sequenti pagina.

Et quia primo summo Pontifici, id est, CHRISTO, in Triumphali Ecclesia, tres hierarchiæ Angelorum obsequuntur: ideo ad exemplar illius, in Militanti Ecclesia, circa vicariôs, ipsius tria genera Cardinalium obsequentium ipsis sunt instituta. De ipsis quoque quot sunt, qui sunt, & quare sunt, in primis breuiter est agendum.

Numerus verò ipsorum primordialis, est quinquaginta & vnus: qui in tria genera distinguuntur. Quidam ipsorum, sunt domino Papæ assidentes: vt Episcopi. Quidam assistentes, vt Presbyteri

byteri. Quidam insistentes, vt Diaconi. *Anni à cõdita vrbe.*

Episcopi enim in solennitatibus sunt domino Papæ assessores: vnde ipsi soli, inter alios Cardinales cathedris vtuntur. *Aßidentes.*

Presbyterorum verò Cardinalium, quilibet suam septimanam seruans, in Missis & Horis, assistit Domino Papæ. *Aßistentes.*

Diaconi verò Cardinales insistunt ministeriis: ipsi enim Papam induunt, & ei circa altare seruiunt. *Insistentes.*

Svnt autem Episcopi Cardinales septem, secundum primitiuam institutionem: videlicet,

Cardinalis	Episcopus Hostiensis, qui propter Papæ consecrationem dignior est alijs, & pallio vtitur.	1
	Episcopus Portuensis.	2
	Episcopus Albanensis.	3
	Episcopus Sabinensis.	4
	Episcopus Prænestinus.	5
	Episcopus sanctæ Ruffinæ.	6
	Episcopus Tusculanus.	7

Et isti Episcopi, tanquam vicarij domini Papæ in Dominicis diebus & festis & præcipuis solennitatibus, in altari sancti Saluatoris Lateranensis ecclesiæ debent deseruire.

Presbyteri Cardinales sunt vigintiocto: qui diuisi per numerum septenarium, residuis quatuor Patriarchalibus ecclesiis sunt intitulati ad celebrandum.

Anni à cō-dita vrbe.

Isti ſeptem, intitulati ſunt, Ad eccleſiam ſancti Petri: videlicet,

Cardinalis
- Sanctæ Mariæ trans Tyberim. 8
- Sancti Chryſogoni. 9
- Sanctæ Cæciliæ. 10
- Sanctæ Anaſtaſiæ. 11
- Sancti Laurentij, in Damaſo. 12
- Sancti Mauritij. 13
- Sancti *Martini, in monte, 14

*Martij.

Isti ſunt ſeptem alij, qui debent in altari maiori ſancti Pauli deſeruire: videlicet,

Cardinalis
- Sanctæ Sabinæ. 15
- Sanctæ Priſcæ. 16
- Sanctæ Balbinæ. 17
- Sanctorum Nerei & Achillei. 18
- Sancti Sixti. 19
- Sancti Marcelli. 20
- Sanctæ Suſannæ. 21

Isti ſunt alij ſeptem Cardinales Presbyteri, ſanctæ Mariæ Maioris: videlicet,

Cardinalis
- Sanctorum Apoſtolorum. 22
- Sancti Cyriaci in thermis. 23
- Sancti Euſebij. 24
- Sanctæ Potentianæ. 25
- Sancti Vitalis. 26
- Sanctorum Marcellini & Petri. 27
- Sancti Clementis. 28

Isti

Isti sunt septem Cardinales Presbyteri, sancti Laurentij: videlicet, *Anni à condita vrbe.*

Cardinalis
- Sanctæ Praxedis. 29
- Sancti Petri ad vincula. 30
- Sancti Laurentij in Lucina. 31
- Sanctæ Crucis in Hierusalem. 32
- Sancti Stephani, in Cælio monte. 33
- Sanctorum Iohannis & Pauli. 34
- Sanctorum Quatuor coronatorum. 35

DIACONI verò Cardinales, ad ministerium domini Papæ deputati, sunt sedecim: videlicet,

Cardinalis
- Sanctæ Mariæ, in Dominica: & ille est Archidiaconus aliorum. 36
- Sanctæ Luciæ in Circo palatij, iuxta Septisolium. 37
- Sanctæ Mariæ Nouæ. 38
- Sanctorũ Cosmæ & Damiani, palatij. 39
- Sancti Adriani, palatij. 40
- Sancti Georgij, palatij. 41
- Sancta Mariæ, in Schola Græca. 42
- Sanctæ Mariæ, in Porticu. 43
- Sancti Nicolai, in carcere Tulliano 44
- Sancti Angeli. 45
- Sancti Eustachij. 46
- Sanctæ Mariæ, in Aquario. 47
- Sanctæ Mariæ, *in via lata. 48 *inuiolatæ,
- Sanctæ Agathæ. 49
- Sanctæ Luciæ, in caput Sabinæ. 50
- Sancti Quirici. 51

Anni à cō-dita vrbe. OSTENSO igitur quòd sunt Cardinales quinquaginta & vnus, & qui sunt Episcopi Presbyteri, vel Diaconi; suisq; titulis vel ecclesiis declarati, & ad quid sunt, nempe ad seruitium domini Papæ, & ad quinq; patriarchalium Ecclesiarum ministerium: cōsequentur procedendum est ad ipsos Pontifices, quibus deseruiunt: incipiendo ab ipso summo Pontifice, videlicet IESV CHRISTO.

PON-

PONTIFICVM ROMANORVM SVPPVTATIO.

LIB. IIII.

DE CHRISTO, PONTIFICE I.

Anni à Christo nato. 1

ANno quadragesimosecundo Octauiani Augusti natùs est IESVS CRISTVS filius Dei in Bethlehem Iudæ, ex virgine Maria, nocte diei Dominicæ.

Is enim IESVS CHRISTVS, saluator noster, primus & summus Pontifex, sedit in hoc mũdo annis triginta duobus, mẽsibus tribus, iuxta illud euangelij, IESVS erat incipiẽs quasi annorum triginta, hoc est, inceperat trigesimum annum, tredecim dieb⁹ eius-
31 dem anni peractis. Quia eodem anno reuoluto, cõuertit aquam in vinum. Et in consequenti Pascha, incarceratus est beatus Ioãnes

IMPERATORVM ROMANORVM SVPPVTATIO.

LIB. IIII.

DE OCTAVIANO IMPERATORE II.

Anni à Christo nato. 1.

POST natiuitatem Domini nostri IESV CHRISTI, *Octauianus Augustus imperauit annis quatuordecim: Romanus genere, patre Octauiano senatore, maternum genus ab Aenea ducens: Iulij Cæsaris nepos, adoptione filius: totum mundum in vnam redigens Monarchiam.*

Neq; vir tantus vitijs caruit: seruiebat enim libidini: nam inter duodecim catamites, totidemq; puellas accubare solebat.

Hunc populi Romani videntes esse tantæ pulchritudinis, quòd nemo in oculis eius intueri poterat: & tantæ prosperitatis & pacis, quòd totum mundum sibi tributa-

rium

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

rium fecerat, dicebant ei: Te volumus adorare, quia Deus est in te: si hic non esset, non tibi omnia tam prosperè succederent. Qui renuens inducias postulauit, & ad se Sibyllā Tyburtinam sapientem vocauit: cui, quod Senatores sibi dixerant, recitauit. Quæ spatium trium dierum petiit, in quibus arctum ieiunium operata est. Post tertium diem respondit Imperatori hoc modo: Iudicij signum, tellus sudore madescet: E cælo Rex adueniet, per secla futurus, & cætera quæ sequuntur. Et illicò apertum est cælum, & nimius splendor irruit super eum, & vidit in cælo quandam pulcherrimā virginem stantem super altare, puerum tenentem in brachiis. Et miratus est nimis, & vocem dicentem audiuit: Hæc ara, filij Dei est. Qui statim proiiciēs se in terrā, adorauit. Quam visionem Senatoribus retulit: & ipsi mirati sunt nimis. Hæc visio fuit in camera Octauiani Imperatoris, vbi nunc est ecclesia sanctæ Mariæ in Capitolio, & hic fratres Minores

PONTIFICES.

Anni à Christo nato.

nes Baptista: & in alia Pascha sequēti, decollatus est. Chrysost. tandē dicit super Matthæum, quòd CHRISTVS vixit plenariè triginta tribus annis: & tantū supra, quantum est à Natiuitate vsq; ad Pascha. Et dicit, ipsum plenè cōpleuisse triginta annos, quando venit ad baptismū, sic dicēs: Post triginta annos venit IESVS ad baptismum, legem veterē soluturus: & postea vixit tribus annis integris, & quantum fluxit à Natali vsque ad Pascha: quod pro dimidio anno cō cōputatur. Et ita secūdum illud tempus, vixit triginta tribus annis cum dimidio.

Fuerunt ergo vsque ad natiuitatē CHRSTI, completi anni ab Adam vsque ad CHRISTVM quinq; millia, centum nonaginta-nouem. Et à conditione Romanę vrbis, anni septingenti, quinquaginta vnus; veluti ait Paulus Diaconus in historiis Romanorum.

Hec ipso die quo natus 1

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

fuit, trans Tyberim de taberna emeritoria fons olei è terra emanauit: ac per totum diem largissimo riuo fluxit.

Tunc etiam circulus ad speciem cęlestis arcus circa Solem apparuit.

Etiã statim vt Virgo peperit, illa statua aurea corruit in Romuliano palatio, quam Romulus posuerat, dicens: Non cadet, donec virgo pariat.

Anno Imperij Augusti circiter 27. nata est beata virgo Maria mater Domini nostri Iesu Christi, iuxta librum Ioachim, ad reuelationem factam sanctæ Elizabeth.

Tertia decima die à natiuitate Domini, Magi venerunt Hierosolymam.

17 Anno etiã Domini decimoseptimo, Pilatus factus est præses in Iudæa.

29 Et anno vigesimonono, Ioannes incœpit prædicare baptismum pœnitentiæ

32 Anno aũt trigesimosecũdo, Ioannes decollatus est. Eo-

IMPERATORES.

Anni à Christo nato.

nores sunt: ideo dicta est Ecclesia sanctæ Mariæ Ara cæli.

Quum autẽ Octauianus de Oriente victor reuersus, vrbẽ triplici triũpho ingressus esset, tunc primũ Augustus, eo quòd Rempublicam auxerit, est salutatus. Hic vicit prælus Dacos, & Germanorũ ingẽtes copias prostrauit: quo bello quadraginta millia captiuorũ hominum ex Germania transtulit, & supra ripam Rheni, in Gallia collocauit. Nullus eo in bellis fœlicior exiſtit. his quadragintaquatuor annis, quibus rexit solus Imperiũ, ciuilißimè vixit. Duodecim enim annis alijs, cum Antonio regnauit.

Hic est gloriatus, se vrbem lateritiam inuenisse, & marmoream reliquisse, & quàm plurimo decore ornatam.

Anno eius 20. Numacius Plancus, Ciceronis discipulus orator habetur clarus. Qui cũ Galliã comatam regeret, Lugdunum condidit.

Anno ipsius vigesimo sexto, Virgilius Brũdusii moritur, sed ossa Neapolim transferuntur.

 Et

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

Et secundo ab vrbe milliario
1 *sepeliuntur cũ tali Epitaphio: Mantua me genuit, Calabri rapuere, tenet nunc Parthenope, cecini pascua, rura, duces. Helynandus autẽ lib. 26. dicit Virgilium in porta Neapolim, quæ Cãpania dicitur, fecisse muscã æneã, quæ omnes muscas ab vrbe expellebat. In eadem vrbe dicitur macellum cõstruxisse, in quod nulla caro putresceret. Dicitur quoq; Campanile quoddã construxisse, sic vt turris ipsa eodem modo moueretur, quo cãpana cùm pulsabãtur. Sed hoc verum non videtur, cũ vsus cãpanarũ nondũ inuẽtus esset, nisi fortè vsus eorũ priꝰ fuerit apud paganos, quã apud Christianos.*

De balneis quoq; eius mirabilia narrãtur. Creditur etiã à quibusdã ab eo factũ istud miraculum, quod dicebatur saluatio Romæ, quod inter VII. *mundi miracula primum computatur: Erat Romæ consecratio omnium statuarum, quæ statuæ scripta nomina gentis in pectore, cuius imaginẽ tenebãt, gerebãt, & cuiq; statua*

erat

PONTIFICES.

Anni à Christo nato.

Eodem anno quo natus est, tulit eum Ioseph in Ægyptum: quo ingrediente, corruerunt idola Ægypti: iuxta vaticinium Esaiæ. Et sicut traditur, non fuit templum in Ægypto, in quo non corruisset idolum. 1

Et in septimo anno à na- 7
tiuitate sua, de Ægypto reuertitur in Iudæam.

Porrò de infantia Saluatoris, & de operibus eius vsque ad baptismum, non legitur in Euangelio. Nisi Lucas, qui ait, quòd duo-
dennis remansit in Hierusalem, & post triduum inuentus est à parentibus in medio doctorũ in templo. 12

Hæc apocrypha sũt de quibus vide in annot.

Legitur tamen in quo- 7
dam libro de Infantia Saluatoris, quòd Iesv fugiente in Ægyptum, cũ sub vna palma recubuissent, beata virgine matre pueri fame laborãti, ad præceptũ pueri se palma ad terrã vsque inclinauit: & post collectionem ipsius fructus, ad pristinum statũ se palma erexit. Et sitiente Ioseph ibi-

dem

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

dē ex pręcepto pueri IESV, arida terra fontem produxit. Legitur quoque ibidē, quòd cum in eodem itinere, in ore cuiuſdam ſpeluncæ, hoſpitati fuiſſent, de eadem ſpelunca, duo magni dracones ſunt egreſſi: ad quorum contuitum, dum beata Virgo & Ioſeph terrerentur, ad nutum pueri IESV dracones cū omnimā ſuetudine, inclinatis capitibus deſerta petierunt. Et etiā quòd vnus leo in ipſo itinere adueniēs vſq; in Ægyptū ipſis obſequēs fuit.

Anno Tyberij 15. Factū eſt verbum Domini ſuper Ioannem in deſerto, vt batizans, & prędicans ſolatiū redemptionis annūciaret. Et venit in regione Iordanis baptiſmo pœnitentiæ vtens: Ipſe Ioannes etiam cilicio de pilis camelorū, zona pellicea, & quodam locuſtarum veſcibili genere vtebatur, & melle ſylueſtri: Tunc vero venit Ieſus
30 à Galilæa in Iordanē, vt ab eodē Ioāne baptizaretur. Come-

IMPERATORES.

erat tintinnabulū. Eratq; ibi ſacerdotes, die ac nocte vigilātes, qui eas cuſtodiebāt. Et quæ gens in rebellionē tūc ſurgere conabatur cōtra Imperiū Romanum, ſtatua illius cōmouebatur & tintinnabulū eius mouebatur in collo eius. Et vt quidam addant, ſtatua ipſa mox digitum indicans protendebat aduerſus illam gentem, & verſus nomen illius gentis, quod in ea erat ſcriptum, quod nomē ſcriptum ſacerdos cōtinuò principibus deportabat, & mox exercitus ad ipſam gentem reprimendam mittebatur.

Auguſtinus lib. 10. de Ciuitate Dei dicit, quandam prophetiam eſſe apud Virgilium de Chriſto, videlicet:

Iam noua progenies cælo dimittitur alto. &

Te duce ſi qua manent ſceleris veſtigia noſtri,

Irrita perpetua ſoluent formidine terras.

Hic compoſuit tres libros, Bucolica, Georgica, & Aeneid.

Anno eiuſdē trigeſimoquinto, Horatius poëta moritur Romæ 75. annos habens, qui pluri-

Anni à Christo nato.

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

plurimos libros scripsit.

Tẽpore Octauiani erat taberna famosa trans Tyberim, quæ ideo dicebatur emeritoria, quia emeriti, ea quæ suis stipendiis meruerãt, in soluendo expendebant. De qua, quia in natiuitate Domini fõs olei erupit, ad honorem beatæ Mariæ virginis cõstructa fuit ecclesia ibidẽ à beato papa Calixto 1.

35 *Mortuus est autem Octauianus Augustus anno vitæ suæ septuagesimoseptimo, apud Attelam, ciuitatem Campaniæ: & sepultus est in Martio cãpo.*

Tempore Augusti, computati sunt ciuium Romanorum nonagies quadringenta milia & octoginta milia.

Octauiani tẽporibus in Asia corruerunt 14. vrbes. Herodes Ascalonita, ne forte ignobilis, ab Israelitico populo & semine argueretur extraneus, combussit omnes libros, in quibus nobilitas gentis in templo seruabatur scripta, vt iis quibus nobilitas eorum cõprobari posset, deficientibus, opinio ad hoc vsque perueniret, quod sua regio Iudæorum generi permisceri

PONTIFICES.

Anni à Christo nato.

Comestor dicit, ecclesiam seruare, quod eadem die, sed reuolutis annis, hęc terra facta sit. Aduentus Magorũ 13. die primi anni. Baptismus eadẽ die tricesimi, vel tricesimi pri- 31
mi anni. Mutatio aquæ in vinum eadẽ die reuoluto anno. Beda dicit, quod primo anno reuoluto eadem die fecit miraculũ de quinque panibus, & duobus piscibus: Vnde dies illa dici solet Epiphaniorũ pluraliter, id est, illustrationũ Christi, quia plures eadem die factę sunt, quas & quidam proprijs nominibus distinguunt, Epiphaniam vocantes illã, quæ per stellam facta est in cęlo aëreo: Theophaniã illã quæ in baptismo: Bethphaniã illam quæ in domo: Phagiphaniã illã quę in cibo. φαγεῖν enim dicitur comedere. Postea Comestor. Vidẽs ergo turbas, ascẽdit in montẽ: & cũ sedisset, vocauit ad se quos voluit ipse. & fecit ex illis 12. quos & Apostolos nomi-

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

minauit.i.miſſos.Ex gloſſa ſuper Matthæum: Secutæ ſunt turbæ multæ quadripartitæ, ſcilicet, alij propter cęleſte myſterium, vt diſcipuli, alij propter curationem infirmitatum: alij ſola fama, & curioſitate, experiri volētes ſi vera eſſent, quę de illo dicebantur, alij propter miracula panū ſequebātur eū pro cibo corporali. Dñs poſt 12. Apoſtolos, 72. Diſcipulos ab Apoſtolis deſignauit.i.ſingulariter inſtituit, vt ſicut 12. Apoſtoli 12. tribubus præfuerant, ſic & hi 72. totidem linguarum gētibus prædicarēt. Et ſicut fuit in apoſtolis forma epiſcoporū, ſic & in iſtis forma ſecūdi ordinis presbyterorū, qui miſſi bini & bini dęmones ſibi ſubiectos gauiſi ſūt.

Anno Tyberij 18. Herodes Tetrarcha Ioannē baptiſtam fecit decollari, & audiens famam Ieſu Herodes, ait: Ioānem ego decollaui, quis eſt autē iſte, de qu o audio talia? & quęrebat

IMPERATORES.

Anni à Christo nato.

ſceri poſſet: abiectaq́; Doſide, quam acceperat, copulauit ſibi Mariammē Ariſtobuli neptem Hyrcani filiam.

Herodes febrem habens nō modicam, intolerabili prurigine in omni corporis ſuperficie vexabatur, pedes eius intercutis aquæ vitio tumuerāt, putredo teſticulorū vermes generabat. Is audiēs Iudæos mortem ſuam exſpectare cū omni gaudio, ex omni Iudæa nobiliores collectos iuuenes præcepit incarcerari, præcipiens Salome ſorori ſuæ, vt cum animā efflaret, ſtatim illos occideret, vt ita omnis Iudæa, in morte ſua, & in vita ſua plangeret. Et cum tuſſi violenta diſtenderetur, circumſpiciens ne quis voluntatē eius impediret, cultello quem tenebat, ſibi dexterā amputauit: ſtatimq́; vlulatus factus eſt in domo regia talis, ac ſi rex fuiſſet mortuus. Quod audiēs Antipater filius eius quē incarcerari fecerat, exultans multa promittebat, vt eū ſoluerent. Quod cum accepiſſet Herodes, grauius tulit filij exultationē, quàm mortē ipſam,

&

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

& continuo missis satellitibus occidere eum, & ipse postero die mortuus est anno Domini 6. Salome verò quos ipse occidi præceperat, absoluit. Hic est idem Herodes, qui innocentes occidi fecerat. In istius Herodis locũ successit Archelaus, filius eius in regno, qui tandem ob insolentiam à Iudæis apud Augustum accusatus, in Viennam vrbem Galliæ in exilium relegatur. Is rexit tãtum mediam partẽ Monarchiæ patris, nam senatus aliam mediã partem in duas tetrarchias diuisit, quarum vnam tenuit Herodes tetrarcha, qui postea. B. Ioannem baptistam occidi fecit. Ioseph audiens Archelaum regere post patrem in Iudæa, noluit illuc reuerti, sed admonitus ab angelo iuit cũ paruulo & matre in Galilæã, & mansit Nazareth. His tẽporibus Ouidius poëta, & Valerius maximus claruerunt.

PONTIFICES.

Anni à Christo nato.

rebat eum videre. Quod cùm audisset Iesus, secessit in locum desertum, vt suis daret locum vitandæ temeritatis, vt etiã parceret inimicis, ne scilicet homicidium homicidio iungerẽt.

Petrus Rauennas de Lazari resurrectione dicit sic: Lazare veni foras: vbi Christus cępit inferi fores pulsare, & animam Lazari reposcere, occurrit ei tartarea tota foris potestas, pręferẽs edictum superni regis, de antiquarum pœnarum iure, & illatam tot seculis sententiam à Deo. Et videns hominẽ, sciscitabatur, quis esset, cũ solus sine tremore tremendos mortis accessus lacessere auderet. Cui responderunt ministri, videlicet angeli: Ipse est Rex glorię fortis in pręlio: Ad hoc Tartarus: Ego Regem gloriæ scio, cũctorum in cælo præsidem, cuius nutum tota creatura non potest sufferre. Hunc autem video hominem, de terreno limo concretum & mortalem, habitu quoque hominibus viliorem, cito sepeliendum, & meæ ditioni subdendum. Angelis autem persistentibus, & dicentibus:

DE

Annis Christo moto.

bus: ipse est dominus virtutum, & redemptor omniũ, ipse caput tuum calcaturus, imperium tuum contracturus, teque in iudicio suo perditurus: qui reos capere iussus, attrahis innocentes, sanctos decipis, & ipsi filio Dei comminaris: Redde ergo vnum, priusquàm multos exoluere cogaris. Ad hoc Tartarus nõ credẽs, per nũcios recurrit ad cælum, hac inuidiosa interpellatione deplorans: Ego domine creatura tua, licet tristi seruitio mãcipata præcepta tua seruo, peruigilo quoque, ne sententiæ tuæ vetustum ius quis immutet. Sed apparuit homo qui dicitur Christus, se tuũ filium iactans, sacerdotes tuos notans, & scribas arguẽs, sabbata violat, & legem soluit, tantisque quotidie procedit ausibus, & Lazarum iam subditũ iuri nostro, effractis inferi claustris, conatur eruere: aut cito subueni, aut si semel ianuas aperuerit, omnes quos tot seculis seruauimus, amittes. Ad hoc filius Dei de sinu patris respõdit: Iustum est, vt carcer pœna nocentes teneat, non innocẽtes. Quandiu propter Adam patriarchas, prophetas, virgines castas, cõiuges, & etiã paruulos bonũ & malũ ignorantes, carnifex iste crudelis ad se trahere nõ cessabit? Pater ego moriar, ne illi moriantur omnes: ego debitũ Adæ soluam, & propter sententiam tuam sanguinem meum effundam, vt ad te creatura tua redeat: sit precium chari sanguinis mei, redemptio mortuorũ. Ad hoc tota Trinitas Lazarũ præcepit exire, & Tartarus ad reddẽdum piè mortuos iussus est Christo obedire. Tunc Christus aduocatione peracta, magna voce clamauit: Lazare veni foras: Mox Tartarus Lazarum ad superna retulit, timens nedum tardius vnũ referret, omnes cogeretur reddere. Sic factus est viuorum relator, qui raptor esse consueuerat mortuorum.

Petrus

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

Petrus Comestor dicit; Creditur hoc factum fuisse eo die quo legitur in Quadragesima, hoc est, feria sexta, Antiphona, Isti sunt dies: prima scilicet die mensis primi secundum legem multi iam ascenderant ad diem festum Paschæ, vt sanctificarent se. Hoc itaq; miraculo diuulgato Pontifices & Pharisæi collegerunt consilium contra eum, timentes per ipsum amittere & gentem, & locum, eò quòd omnis turba post illum iret, eique crederet, & ipse sacra eorum vana & abolenda esse doceret. Tũc Caiphas Pontifex, licet nesciens, prophetauit, quod mors eius humano generi expediret. Iesus ergo palam apud eos ambulare desiit, & in desertum iuxta ciuitatem Effrem secessit.

Sequitur epistola Adriani ad Carolum Regem.

REVELATIONEM quidem fidelium de partibus orientis sæpe agnouimus, quod redemptio humani generis appropinquante passionis die, cuidam Abagaro nomine, Regi Edissenæ ciuitatis, desideranti eum corporaliter cernere, illumque ad se conuocanti, vt Iudæorum persecutiones vitaret, & auditas miraculorum operationes & infirmitatum curationes illi & populo suo impartiret. Respondit Iesus: Si faciem meam corporaliter cupis cernere, en tibi vultus mei speciem in linteo transformatam, dirigo, per quam desiderij tui feruorem refrigeres, & quæ de me audisti, nequaquam impossibilia esse existimes. Postquam verò cõpleuero ea, quæ de me scripta sunt, dirigam ad te vnum ex discipulis meis, qui tibi, & populo tuo sanitatem impartiat, & ad sublimitatem fidei vos perducat.

Alibi quoque legitur, quod legati Abagari regis ad eum

ad eum reuertētes cum Syndone, in qua facies Saluatoris tersa emicuit, cumque appropinquassent eius palatium, absconderunt eam subtus regulam: In qua itidem imago apparuit, & ipsa quidem syndon Romam peruenit, vbi in hodiernum diem remanet. Tegula verò in ciuitate remansit, & vsq; ad præsens ibidem honoratur. Ista reperiuntur in archiuis publicis Edissæ: Hæc vero in Abagari Regis Scriptis continebantur:

Abagarus Euchaniæ filius, Toparcha, Iesu Saluatori bono, qui apparuit in locis Hierosolymorum, Salutem. Auditum est mihi de te, & de sanitatibus tuis, quas facis sine medicamentis & herbis: & quòd verbo tantum cæcos facis videre, claudos ambulare, leprosos mundare, & immundos spiritus & dæmones eijcis: & eos qui longis ægritudinibus affliguntur, curas, mortuosque resuscitas. Quibus omnibus auditis de te, cogitaui, quod tu aut sis Deus, & de cælo descenderis: aut sis Dei filius, qui hoc facis. Propterea ego scribēs rogo te, vt digneris ad me venire, & ægritudinem qua diu laboraui, curare. Nam mihi etiam compertum est, quod Iudæi tibi minantur, & volunt tibi insidiari. Est autem mihi ciuitas parua quidem, sed honesta, quę sufficiet vtrique nostrum.

Copia rescripti IESV *per Ananiam cursorem ad Abagarum Toparcham.*

BEATVS es qui credidisti in me, cùm me ipse non videris: scriptum est enim de me, quod hi qui vident me, non credent in me: & qui non vident me, ipsi credent, & viuēt. De eo autē quod scripseris mihi, vt venirē ad te; oportet me omnia, propter quæ missus

sum,

Anni à Christo nato.

sum, hic adimplere. Et postea vbi adimpleuero, recipiam me ad eũ qui me misit. Sed vbi assumptus fuero, mittam tibi aliquem ex discipulis meis, qui curet ægritudinem tuam, & vitam tibi, atque his qui tecum sunt praestet, & ciuitati tuæ: vt nullus aduersariorum vnquam vos superare possit.

Ad hunc Abagarum missus est Thadæus Apostolus vnus ex lxxij. & curauit eum à morbo quo tenebatur, vna cum multis aliis illius vrbis ciuibus, varijs obesis incommodis.

Christus crucifigitur.

Eodem anno mense Augusto tertia die Stephanus lapidatur: vbi de Saulo Paulus efficitur.

Et vt dicit Hugo Floriacensis, Passus est Christus viij. Kalend. April. feria sexta, hora itidē sexta: ea quoq; die qua Adā formatus est. Adam præuaricatus est hora sexta, feria sexta: scilicet prima die suæ creationis præuaricatus est, & paulò post circa horā nonā eiusdē diei de paradiso deliciarum est eiectus: vnde & nouus homo Christus feriavj. viij. Kalēd. April. hora sexta crucifixus, vt dictum est, eiusdem peccati debitum soluit: & circa horam nonam expirans latroni aditum paradisi reserauit. Glossa super Matthæum dicit, quòd omnia elementa cōditori suo morienti cōpatiebantur.

Hieronymus super Psalmum 108. dicit, quod Iudas magis dominum offenderit seipsum suspendendo, quam filium Dei tradendo. Vtrum autem ea die se suspenderit, an distulerit, dubium est, sed in expositione super Psalmos habetur, quod ante resurrectionem se suspenderit. Quidam verò dicunt, quòd audita resurrectione, quam non sperabat, se suspenderit.

In cruce in qua Dominus affixus est, dicuntur quatuor

tuor ligna diuersa fuisse: lignum erectũ, transuersum, tabula superposita, & truncus quidam cui infixa erat crux, & qui in rupe erat defossus. Inuenitur lignum Dominicæ crucis ex Palmis, & Cypressis, & vt quidã dicunt, Oliua, & Cedro, extructum fuisse.

Vnus miles crucifixo Domino lancea perforauit latus, & continuo exiuit sanguis & aqua, & hoc factum est ad literam, supra virtutem naturalem, quia de corpore mortui non solet exire neque sanguis, neque aqua. Hoc autem præfiguratum est, quando facta est mulier de latere dormientis.

Comestor dicit, quod ille qui lãcea latus eius perforauit, cùm ferè (vt quidam tradunt) caligassent oculi eius, & casu tetigisset oculos suos sanguine, clarè vidit. Deinde protinus illuminatus, in Christum credidit: vnde militię cedens, instructus est ab Apostolis. Is Longinus nomine in Cæsarea Capadocię 38. annis monasticam vitam duxit, & in Dei sanctitate permanens, verbo & exemplo populos ad Christum cõuertit: tandem cùm multa miracula ostendisset, in populo, & erutis dentibus, linguaque abscissa loqueretur, confractisque idolis securi dæmones loquerentur, interrogati ab eo, Cur in idolum habitarent, Responderunt: Vbi Christus non nominatur, & eius signum non est positum, ibi habitatio nostra est. Vnde Præses Octauianus timore Cæsaris eum fecit decollari. Pręses postea toto corpore cruciatus grauissimè, cum lachrymis pœnitentiã egit, & honorificè sepeliens Longinum in fide Christi permansit.

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

DE TYBERIO. III.

15 TYBERIVS imperauit annis octodecim, vsque ad annum quo passus est Dominus noster IESVS CHRISTVS. Hic fuit Octauiani priuignus & gener, necnon & adoptione filius. Satis prudens in armis, satis fortunatus. Cui scientiis literarum multa inerat, eloquio clarior: sed ingenio pessimo, insidioso. simulans se ea velle, quæ nollet.

Hic mathematicos de vrbe expulit. Sed deprecantibus, ac se artem desituros promitentibus, mania concessit. Et cũ ei suaderetur, vt baliuos mutaret, ait: Vidit quidã muscas ægri vulneribus insidẽtes, & fugauit eas: quẽ æger culpauit, quia aliæ sitibundæ plus sugerent, quàm primæ, nã hæ tantùm locum occupabant, quia plenæ erant.

Hic militem suum Prætorianũ, ob surreptũ è viridario pauonem, capite puniuit.

PONTIFICES.

Anni à Christo nato.

DE S. PETRO. II.

POST passionem Domini, anno sequenti, beatus Petrus Apostolus, filius Ioãnis, prouinciæ Galilææ, de vico Bethsaida, frater Andreę, tenuit sacerdotalem cathedrã in partibus Orientis, annis quatuor. Vbi primã missam celebrauit, dicendo solummodo Pater noster. 34

Deinde venit Antiochiã anno trigesimooctauo natiuitatis Christi. Vbi cathedrã adeptus, sedit annis 7.

Inde venit Romã, vbi annis vigintiquinq;, mẽsibus septẽ, diebus octo, põtificatum tenuit. Hic scripsit duas Epistolas, quę Canonicæ nominantur. Et Euangeliũ Marci: quia eius auditor fuit, & filius de baptismo. Hic etiã fecit ordinationes, mẽse septembri, episcopos sex, presbyteros decem, & diaconos septẽ.

Beatã Dei genitricẽ Mariã quædã scripturæ dicũt secundo anno post ascensio-

Anni à Christo nato.

Pontifices.

sionem Domini migrasse à corpore, & iterũ resurrexisse, & in cęlum corporaliter assumptam fuisse.

Miletus dicit, cùm dominus Iesus in Cruce pẽdens, matrem Ioãni, quem præ cæteris diligebat discipulis, commendasset; ex illa hora in Ioannis cura permansit, quam diu huius vitæ incolatum transegit : & dum Apostoli in omnem terrã prædicatum Euangeliũ Christi irẽt, ipsa in domo parẽtum eius iuxta montẽ Oliueti cõsedit.

Secũdo igitur anno postquàm Christus ascendetat, dum die quadã Maria desiderio Christi accensa lachrymaretur, Ecce Angelus Domini illi astans salutauit illam, & addidit: Ecce ramum palmę de paradiso Dei tibi attuli, quẽ portari facies ante feretrũ tuum, cum in die tertia assumpta fueris à corpore: Ecce enim expectat te filius Dei cũ vniuersis virtutibus cæli. Cui Maria dixit

Imperatores.

Anni à Christo nato.

uit. Tonitrua mirum in modum timuit, & turbato cælo, nunquàm aliud, quàm lauream coronam capite gestabat, quia fulmen afflare negatur id genus frondis.

Huius tẽporibus in Asiæ partibus xiiij. vrbes terræ motu corruerunt.

Comestor dicit, quod Tyberius Valerium Græcũ miserit procuratorem in Iudæam, qui quæstum putans pietatem, palam vendebat sacerdotij principatum: & amouẽs Annam, Ismaelem pontificem declarauit. Sed & hunc nõ multo post abijciens, Eleazarũ Annæ filiũ subrogauit: Post annum & hunc arcens, Simonem instituit. Et iterum elapso anno Iosephum, qui & Caiaphas apposuit. Tũc post annos nouem relinquens Iudæam, Romam reuersus est, & missus est à Tyberio Pontius Pilatus.

Hic decimooctauo Imperij
sui anno, ætatis octuagesi- 33
mooctauo, quũ immani furore

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

rore insontes & innoxios suos, pariter & extraneos puniret, cum ingenti gaudio omnium mortuus est in Cãpania.

Is autem, vt refert Iosephus, in omnibus suis negociis morosus erat. Vnde quum statueret procuratores in prouinciis, vix alibi unquam mutabat eos.

Huius temporibus, Ouidius poëta in exilio moritur.

PONTIVS *Pilatus, à Tyberio, procurator Iudææ destinatur: quem Magister in historijs asserit, natum de Lugduno.*

Hoc in loco ponit Iosephus Iudæorum historiographus, de CHRISTO *laudabile testimonium, sic dicens: Fuit eius temporibus sapiens vir, si virum ipsum nominare fas est: erat enim mirabilium operũ effector, & doctor eorum qui libenter vera suscipiunt, & multos Iudæorum, & multos sibi de gentibus adiunxit:* CHRISTVS *hic erat. Et plura alia de eius passiõe &*

PONTIFICES.

Anni à Christo nato.

xit: Peto vt congregentur ad me omnes apostoli domini mei: quod annuens Angelus, cum magna claritate recessit.

Post resurrectionem domini electi sunt Diaconi septẽ, qui ministrarent, vel ministrantibus præessent: vt Apostoli prædicationibus & orationibus facilius vacarent: Horum primus Stephanus, Philippus, qui Simonem Magũ baptizauit; Prochorus, Nicanor, Tymon, Parmenas, Nicolaus aduena Antiochus, quibus apostoli imponentes manũ, spiritum sanctum acceperunt.

Is Stephanus à Iudæis est lapidatus, & multi ex illis ipsum occidendo se existimabát adimplere legem: & facta est persecutio magna in ecclesia quæ erat Hierosolymis, ita quod oẽs discipuli pręter Apostolos, qui vt pastores gregis, cæteris erant constantiores, dispersi sunt per regiones Iudææ, & Samariæ, &

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

& tunc multi discipulorũ leguntur exisse fines Iudææ, inter quos fuit beata Maria Magdalena, & soror eius Martha, cum beato Maximino postmodũ Aquensi Episcopo.

Cùm diuiderentur Apostoli, Petrus Romã venit, ibique crucifigitur: prius tamen Pontum, Galatiam, Bithiniã, Capadociam, cæterasq; confines prouincias circuit.

Paulus ab Hierusalem vsq; Illyricũ euãgelizauit Christi Euangeliũ, & vltimo Romę decollatur.

Andreas Achaiæ crucifigitur.

Ioãnes apud Ephesum quiescit.

Iacobus Maior Hispaniam circuiens, tandem Hierosolymis decollatur.

Thomas in India maiori lancea transfigitur.

Iacobus minor Hierosolymis pertica fullonis occiditur.

Philippus in Phrygia crucifigitur.

IMPERATORES.

& resurrectione profert.

Hũc accusatione primorum gentis nostræ, cum Pilatus in crucem adigendum decreuisset, non deseruerunt hi, qui ab initio eum dilexerunt. Apparuitq; illis tertia die iterum viues, quemadmodum prophetæ hæc & similia de illo prædixerunt, quod & vsq; in hodiernum diem Christiani, qui ab eo dicti nomen referunt & genus, credunt.

Ioannes Damascen⁹ lib. 4. dicit, vt Iosephi historia quoque innuit, dominum Iesum fuisse communiter ciliatum .i. coniuncta supercilia habentẽ, bene oculatum, longo vultu. Idẽ Iosephus 18. libro antiquitatum manifestè fatetur, propter magnitudinẽ signorum Christum à Pharizeis interfectum: Et Ioannem baptistam verè prophetam fuisse, & propter interfectionem Iacobi Hierusalem dirutam esse:

Post passionem Domini dictus Tyberius imperauit annis quinque.

Anni à Christo nato.

Anni à Christo nato.	IMPERATORES.	PONTIFICES.	Anni à Christo nato.
	Eusebius dicit quod anno Domini xxxvj. *Pilato dogmate ad Tyberium referente, Tyberius retulit ad Senatum, rogans, vt inter cætera Christi nomẽ reciperetur. Quæ omnia spreuit Senatus, quia nõ prius manifestus fuisset illis hui⁹ euẽtus, sed quod sententiã maiorũ vulgi sententia præuenisset: lex enim erat antiquitus designata, ne quis apud Romanos haberetur Deus, nisi senatus decreto & sentẽtia designaretur. Verũ cũ ex consulto Patrũ Christianos vrbe placuisset expelli: Tyberius, per edictum accusationibus Christianorum comminatus est mortem, multos postea senatorũ interfecit.* *Epistola Pilati ad Tyberiũ: Põtius Pilatus Claudio salutem. Nuper accidit, quod ipse probaui, aliquos in domo Iudæ per inuidiã se suósq; posteros crudeli damnatione peremisse. Cùm enim promissum haberẽt patres eorũ, quod Deus eorũ mitteret illis per virginẽ sanctum suũ,*	Bartholomęus in maiori India excoriatur, deinde decollatur. Mathæus in Æthyopia ante altare lancea perforatur. Simon & Iudas in Perside regione occiduntur. Matthias in Iudæa occiditur. Lucas in Bithynia obijt. Marcus Alexandriæ trahitur. Barnabas in Tyro crematur. Martha verò & Maria Magdalena sorores cum B. Maximino Aquen. Episcopo nauigantes peruenerunt ad portum Marsiliæ. Martha autẽ dies aliquot apud Tarasconẽ interfecto ingente Dracone, permansit: ibique labores, angustias, & persecutiones multas sustinuit, nã in primis vij. annis glãdibus, & radicibus, herbis crudis pomisq; syluestrib⁹ corpusculum sustentauit: Postea coadunato fratrum & sororum conuentu, &	

qui ... ædi-

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

ædificata in nomine Domini nostri Iesu Christi, & beatæ Mariæ virginis maxima Basilica, satis ibidem duram & Austerã vitam duxit: vbi in tantum Deo & hominibus placuit, vt per eius conuersationem, & sanctam prædicationẽ multa millia hominum fidem Christianam susciperent: & tandem anno ætatis suæ lxx. post mortẽ sororis suæ die viij. dormiuit in Domino.

Beata Maria Magdalena, monente Domino, ad heremum asperrimum se contulit, & in loco angelicis manibus sibi præparato per triginta annos omnibus hominibus incognita, & cælestibus tantũ fomentis refecta, in Dei laudibus, & orationibus permãsit. Erat autem spelunca super montẽ asperrimum vbi manebat, & qualibet die septies Canonicis horis, angelorum manibus in æthera leuabatur, & cælestiũ agminũ cantus dul-

IMPERATORES.

Anni à Christo nato.

qui rex eorum merito diceretur. Hunc me præsente misit in Iudæam, quem cùm vidissent cæcos illuminasse, leprosos mundasse, paralyticos curasse, dæmones effugasse, mortuos suscitasse, ventis imperasse, pedibus siccis vndas maris ambulasse, & alia miracula fecisse: & omnis populus Iudæorũ diceret eum esse filium Dei, principes sacerdotum in Iudæa inuidia moti in ipsum, & eũdem mihi tradiderũt, & mẽdacijs mẽdacia accumulantes, eũ magũ esse & cõtra eorũ legem agere asserebãt. Ego verò ita esse credidi, ipsumq́ flagellatum tradidi eorũ arbitrio, qui ipsum crucifixerũt, & postea ei⁹ sepulchro custodes adhibuerunt. At ille militibus meis custodiẽtibus, die tertia resurrexit. In tantũ Iudæorũ nequitia contra eum exarsit, vt ipsis custodibus pecuniã darent, quaten⁹ discipulos eius corpus suũ rapuisse dicerẽt. Verum illi, quod factũ fuerat, tacere non valẽtes, te-

stati

Anni à Christo nato. IMPERATORES.

stati sunt eum resurrexisse, seq́; visionẽ angelorum vidisse, & à Iudæis pecuniam accepisse. Hoc autem ideo scripsi, ne quis alienigena existimet mendaciis Iudæorum credendum esse.

Comestor dicit, quòd Pilatus, cùm esset procurator Iudææ, accusatus est à Iudæis, de violenta interfectione innocentum, accusatus est etiam, Iudæis reclamantibus, quia ponebat imagines gentilium in templo, & pecuniam repositam in corbonã, redegit in vsus proprios, ex ea faciẽs aquæductum in domum suã. His omnibus auditis, missus est à Tyberio in exilium in propria patria Vienna, vnde oriundus erat, vt in opprobriũ generis sui moreretur. Itaque Pontius Pilatus in multas incidẽs calamitates, propria manu seipsũ interfecit.

Herodes, qui Ioannem Baptistam occiderat, & sub quo passus est CHRISTVS, cum Herodiade vxore sua, apud Viennã in exiliũ mittitur

PONTIFICES. Anni à Christo nato.

dulcissimos corporalibus auribus audiebat. His itaq; suauissimis dapibus satiata, per manus angelicas itidem ad eundem reportata locum, in Dei laudibus persistens, non indigebat corporeis alimentis, & die Iouis secũdum quosdam xj. Kal. Augusti migrauit ad Dominum.

Anno etiã Domini quadragesimo, Matthęus Euangelium CHRISTI scripsit. 40

Anno quadragesimo-quarto, Marcus Euangelium addidit. 44

Fames valida fuit.

Nec multo pòst, apostolus Petrus Apollinarem Rauennã mittit: quæ tunc in Italia, magnitudine & frequentia populi, post Romã, famosior erat.

Syrum mittit Papiam. Marcum verò interpretẽ suum postquàm in Italia Aquileiæ scripserat Euangelium, ad Ægyptum destinauit: qui Alexandrinã postea fundauit Ecclesiã.

Misit

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

Misit etiam in Gallias ad plures ciuitates, plures discipulos: veluti sanctum Sauinianum, Potētianum, Altinum & Martialē: qui dicuntur fuisse de septuaginta duob' discipulis domini: & alios per diuersa Galliæ loca & ciuitates misit.

Cùm B. Paulus Athenas veniret, cū Epicureis, & Stoicis disputabat. Epicurei ponebant fœlicitatē hominis in sola corporis voluptate. Stoici in sola virtute. Itaque dissentientes cum Apostolo venerunt Areopagum: Erat autem Areopagus vicus, in quo erat curia migrantiū, & scholæ liberalium artium. Præteriens autem Paulus simulachra eorū, inter cætera inuenit aram, cuius superscriptio erat hæc: Ignoto Deo. Singulis autē aris superponebatur titulus indicans, cui esset dedicata. Hūc inquit Paulus, ignotum Deum ego annuncio vobis, hic est Deus

Anni a Christo nato.

IMPERATOR.

tur, ibiq; ambo miserabiliter moriuntur.

Alibi tamē dicitur, quod per Caium Herodes tetrarcha missus est apud Lugdunum in exilium, data potestate vxori suæ, quæ erat soror Herodis Agrippæ, possidendi terram suam. Ipsa tamen comitata virum suum in exilium, dicens: quod non dimitteret illum in aduersis, cui communicauerat in prosperis.

CALIGVLA. IIII.

39 CAIVS, *qui & Caligula, imperauit annis tribus, mensibus decem, diebus octo. Hic sceleratissimus fuit. Duabus sororibus stuprum intulit. Ex vna, etiam natam filiam cognouit. Fuit nepos Tyberij Cæsaris.*

Hieronymus super Matthæū: A primo Caio Cæsare omnes Romani reges, Cæsares dicūtur. Hoc dictum tamen nō de hoc Cæsare Caio Caligula, sed de Caio Iulio Cæsare intelligitur.

Hic Caius, quum aduersus cunctos, ingenti auaritia,

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

tia, libidine, ac crudelitate sæuiret, Roma in palatio occisus est.

Hic post relegationẽ Herodis tetrarchæ, Galileam, quam tenuerat, dedit Herodi Agrippæ: dederat autem illi duas tetrarchias, scilicet tetrarchiam Philippi, & tetrarchiam Lysaniæ, & sublimauit eum in regẽ, & ita habuit tres tetrarchias. Is Herodes Agrippa erat nepos Herodis Tetrarchæ, & frater vxoris suæ. Erat autem vir Magnanimus, bellicosus, & largus, sed pauperrimus: Ita quod Herodes tetrarcha ad preces suæ vxoris assignaret illi domum, & daret illi necessaria vitæ. Sed postea improperauit illi, quod illum à peste famis liberasset, doluitq́; Agrippa mirum in modum, & accessit Tyberium Cæsarem, qui eum incarcerauit, quia mortem Tyberij optauerat, & Caiũ in proximo regnaturum. Et cùm Agrippa staret quadam die innixus arbori, cuius frondibus

PONTIFICES.

Anni à Christo nato.

Deus qui fecit mundũ, & omnia quæ in eo sunt, in quo viuimus, mouemur, & sumus. Quomodo ara hæc illi Ignoto Deo consecrata sit, dicendum est.

Die enim Dominicæ passionis, videntes philosophi, qui Athenis erant, tenebras factas super vniuersas facies terræ, non potuerunt causam inuenire: & naturalibus causis tandem ad hoc inducti sunt, vt dicerent. Quia Deus naturæ patiebatur. Et dixerunt Athenienses: Constituamus aram illi Deo; & dedicata est ara, & superpositus est titulus, Ignoto Deo: & cùm offerre vellent holocausta & victimas illi igno to Deo, dixerũt Philosophi: Bonorum vestrorum non eget, sed facietis genuflexiões ante ipsius arã, & supplicabitis ei, quia nõ quęrit oblationes pecorũ, sed deuotiones animarũ. Hunc Deum ignotũ Paulus prædicabat eis, & quidam

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

dam irridebant eum, alij verò crediderũt. Inter hos fuit Dionysius Areopagita: Nam cùm adhuc cum Apostolo disceptarẽt philosophi fortiter, transiit cęcus coram eis, & ait Dionysius Paulo: Si dixeris in nomine Dei tui, Vide, & viderit; statim credã. Sed ne vtaris verbis magicis, ego præscribam tibi formam verborum, hanc videlicet: In nomine Iesu Christi nati de virgine, mortui, qui resurrexit, & ascendit in cælum, vide. Vt autẽ tolleretur omnis suspicio, præcepit Paulus Dionysio, vt ipse eadem verba proferret: quòd cũ fecisset, statim cæcus vidit, & Dionysius se credere cõfessus est, & Paulus ipsum Atheniẽsium episcopũ ordinauit. Hic scripsit librũ de cælesti hierarchia cum alijs tribus libris.

Paulus vero, sicut cõtinetur in Actis Apostolorũ, propter appellationem, à Iudæa Romam veniens, extra

IMPERATORES.

Anni à Christo nato.

dibus insidebat bubo: accessit ad eum vnus de concaptiuis, peritus in Augurio, qui dixit ei: Cito liberaberis, & iterum sublimaberis, quod omnes inimici tui inuidebunt: & in hac prosperitate morieris, relinquens omnia bona filijs tuis. Et si quamprimũ aliam huius generis auẽ supra te videris, scito quod quinta die morieris.

Hic autem Herodes Petrum incarcerauit, & Iacobum fratrem Ioannis occidit gladio.

Comestor dicit, quod Caius in initio imperij sui satis mansuetus fuit: postea vero cor eius eleuatum est, & in tantam delapsus est vesaniam, vt ab omnibus hominibus imperij sui vellet coli tanquam Deus, & dicebat se fratrem Iouis, vnde & vnicam filiam quã habebat, ponebat inter filios Iouis, vt ita quasi vterque videretur Deus. Et Caius in Castoris & Pollucis æde sæpè consistens, inter duos fratres medium se adorandum

Anni à Christo nato.	IMPERATORES.	PONTIFICES.	Anni à Christo nato.
	dum adeuntibus exhibebat. Et dicit Comestor, quod Caius miserit imaginẽ suam per vniuersum imperiũ suũ, vt omnes eandem adorarẽt, quod omnes fecerunt, exceptis Iudæis. Caius verò hoc sciẽs, mãdauit Petronio Præsidi Syriæ, vt statuam suã poneret in templo Hierusalẽ: si fortè reclamarent Iudæi, collectis Romanis copijs, intraret Iudæã, & nemini parceret. Collecto ergo exercitu intrauit Iudæam: Et dixerũt Iudæi Petronio, quod potius permitterẽt sese occidi, iugulosq́ue proferre paratos, asserẽtes quod terrã amplius nõ colerẽt, si odio tali affligerẽtur. Petronius verò misit hãc epistolã Caio, vt ab hoc mãdato desisteret. Nuncij has literas deferẽtes, accesserunt etiam Herodẽ Agrippã, vt & ipse pro Iudæis intercederet. Hoc audiens Herodes, inuitauit Caiũ in crastinum, vt cũ illo comederet. Et Caius admiratus delitias cõuiuij, præcepit illi vt peteret quicquid vellet. Herodes verò petijt, ne poneret	extra vrbem horreum publicum conduxit: vbi cum fratribus de verbo vitę tractauit. Et satis innotuit vrbi, de signis & prodigijs, & de sanctitate ipsius. Cõcursus ergo magnus fiebat ad ipsum de domo Cæsaris. Nam & Neronis instructor Seneca, sibi valde familiaris extitit: ita vt quũ ore ad os sibi loqui non possent, se epistolis visitarent. Sed quia Paulus corã Nerone dixerat, figuram mundi per ignem dissoluẽdam, iussit omnes qui per ipsum crediderũt, igne cremari: Paulũ verò tãquam maiestatis reum, secundum humanas leges, capite truncari. Fuerunt & discipuli beati Pauli Apostoli, viri egregij & illustres, sicut Timotheus, Titus, Trophimus, Onesimus, & multi alij, quos ad diuersas partes mundi prædicationis causa direxit. Beatus Petrus apostolus, primus instituit ante pascha	

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

pascha Domini, quadragesimale ieiunium:& ante Natale, tres hebdomades: & quartam imperfectam, ab omni Christiano populo instituit venerari, in cõmemoratione primi & secundi aduentus Domini nostri IESV CHRISTI. De quorum pontificatu, & morte ipsorum, scribit Gelasius Papa, sic dicens: Sancta Romana Ecclesia, nullis synodis constitutis, cęteris ecclesiis pręlata est. Sed euangelica voce Domini & Saluatoris nostri primatum tenuit, dicẽtis: Tu es Petrus, & super hãc petram ædificabo ecclesiã. Cui data est societas beatissimi Pauli, qui nõ diuerso, vt hæretici garriũt, sed vno tempore, eodemque die, in vrbe Roma, cum Petro, sub Cęsare Nerone agonizans, coronatus est. Et pariter dictam Romanam ecclesiam Christo Domino cõsecrauit: ac cæteris vrbibus, in vniuerso mũdo, sua *coronali præsentia ac veneran-

*corporali.

IMPERATORES.

neret statuã suam in tẽplo Hierusalẽ. Et iratus Caius illi cõcessit: statimq; Cai⁹ scribit Petronio, quod si statua nondũ posita esset in tẽplo, nõ erat necesse vt poneretur.

Caius cum Romæ esset, & à ludis Circensibus rediret, interfectus est cõsilio Senatorum, vxori eius & filiæ concessa est libertas. Pridie quàm periret, somniauerat se consistere in cælo, iuxta solium Iouis, impulsumq; ab eo dextero pede in terram præcipitatum.

Caio occiso, orta est dissentio inter curiam, milites, & populum. Curiæ Senatores & viri consulares videntes Imperatorum seuitiã, & incommoda, quæ inde cõtingebant Reip. volebant penitus extirpare imperiũ ab vrbe, cupiẽtes vrbẽ ad pristinum statũ redigere, in quo erat ante Iuliũ Cæsarem, vt esset regnũ vrbis sub arbitrio consulum & Senatorũ. Ecõtra milites & populi timẽtes auaritiã Senatorũ, quia munera amabant Imperatorum

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

torum,conſtituerunt Imperatorem Claudiũ auunculũ Caij,virum manſuetũ. Et perſuaſione Herodis Agrippæ omnes, qui conſenſerant morti Caij,occiſi ſunt.Et ad inſtãtiam Herodis petierũt, vt epiſtolæ reuocationis de Caij ſtatua adorãda per ſingulas ciuitates Iudææ poneretur in loco eminẽti,vt videretur ab omnibus,&factũ eſt ita.

CLAVDIVS. V.

43 CLAVDIVS *imperauit annis quatuordecim,menſibus ſeptẽ, diebus vigintinouem. Hic fuit patruus Caligulæ. Britãnis intulit bellũ. Quaſdã etiam inſulas vltra Britanniã poſitas in Oceano, imperio Romano addidit, quæ appellantur Orcades. Hic quàm plurimũ ciuilis erat. Vixit annis quadragĩta quatuor. Cõſecratus eſt poſt mortẽ & diuus appellatus. Hic memoriæ nullius fuit. Nam occiſa vxore ſua,paulò pòſt in triclinio recumbẽs, requiſiuit, cur domina non veniret. Cibo vinoq́, omni tempore & loco*

PONTIFICES.

Anni à Christo nato.

nerando triumpho prętulerunt. Ob id, Romana ſedes prior eſt dignitate: licet Antiochena,prior ſit tempore.

Paſſi ſunt autẽ Petrus & Paulus, vltimo anno Neronis. Petrus quidem in via aurea,ibiq; ſepultus, iuxta Palatiũ Neronianũ, in Vaticano,vbi crucifixus eſt. Paulus verò ad aquas Saluias, in via Hoſtienſi.

Tempore quo Petrus & Paulus fidẽ Romæ prędicabant, Simon Magus diuerſis illuſionibus dæmonum Neronis animũ ſic obtinuerat, vt eum ſalutis ſuæ præſulem,& vitæ ſuæ cuſtodem eſſe confiteretur: Nã & bellorũ victorias,& ſubiectionẽ gentiũ,& proſperitatẽ rerũ ſe per eum in omnibus habiturũ eſſe credebat. Sed Petrus vniuerſas eius vanitates, & flagitia detexit, vt qui in Iudæa per ipſum Petrũ de his quæ gerebat ſceleribus confutatus, tranſmarinã aggreſſus eſt fugã.

Cum-

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

Cumque maxima populi pars iam Simoni crederet, Simō in cælum exaltatus, dicebat Petrum eſſe magum & ſeductorē,cui credebāt, & eius ſigna admirabātur: faciebat enim ſerpentem æneum ſe mouere, & lapideas ſtatuas ridere,&mouere,&ſeipſum currere,& ſubitò videri in aëre. Cumq; quadam die volare ſe diceret ad cælū, cōuocato populo, Petrus orat, Simon corruit: nec tūc exanimatus eſt,ſed fracto ac debilitato crure Aretiā ſeceſſit, atq; ibi mortuus eſt. Vnde Nero dolens,credens, & aſſerēs illum virum vtilē, indignatus eſt contra Petrum, & præcepit eum crucifigi. Cumq; ad locum perueniſſet,vbi parata erat crux, ait: Implete carnifices, quod vobis iuſſum eſt: Exuite me mortali tunica, vt Dño ſpiritu adhæream. Item ait: Precor vos boni ſalutis meæ miniſtri,vt crucifigentes me,caput deorſum

IMPERATORES.

loco intemperatiſsimus fuit. Meditatus eſt edictum, quo veniam daret, flatum crepitumq; ventris emittendi: quum ex continentia, præ pudore quendam periclitatum reperiſſet. Huius vxor Meſſalina (ſicut ſcribit Iuuenalis) tātæ libidinis fuit, vt in proſtibulis primū clàm, deinde publicè omnibus ſe exponebat: non ſatiata, ſed laſſata recedens. Nobiles etiā mulieres,ad hoc ipſum trahebat. Hic quum deficeret, Britānicum filium ſuū, vxoris perſuaſionibus,exortem Romani Imperij faciēs, Neronem filiæ ſuæ maritum deſignauit Imperatorem. Sicque prælatus eſt gener filio,ordine præpoſtero.

Hic Herodi Agrippæ quartam dedit tetrarchiam,ſcilicet Iudæam,cum ab eo recederet,& poſtea ab eo ſublimatus, & honorificè ſepultus eſt à Iudæis.

Hic Herodes ante diem azymorum occidit Iacobum fratrem Ioannis in Hieruſalem gladio. Qui cū miſſus eſſet

Anni à Christo nato.

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

esset in carcerē, nocte conuertit ad fidē custodē suū, simulq; truncati sunt. Hic Iacobus Apostolus conuertit Hermogenem magum, & Philetum eius discipulum, Iosiam Herodis dapiferum, cum quampluribus alijs.

Petrus ab Herode missus est in carcerē diebus azymorum, quia illis diebus non licebat aliquē occidere. Cùm autem in crastinum producendus esset Petrus coram Herode, ipsa eadē nocte liberatus est per Angelum à domino, & venit ad fratres, & narrauit, quomodo liberauerit eum Dominus. Sequenti die sedens pro tribunali Herodes, apud Tyrios, & Sydones, quibus iratus fuerat: qui exhibebant ei laudes Deo debitas, & non homini: & dum fauoribus demulceretur adulatorijs, & oblatos sibi diuinos honores nō respueret, respiciens supra se vidit imminentem & insistentem capiti suo in funiculo bubonē, id est, angelum mortis suæ nun-

PONTIFICES.

sum ponatis, & pedes sursum, non enim decet me seruū ita crucifigi, vt Dominum vniuersitatis, qui passus est pro salute mundi, quod & ministri concesserunt.

Paulum verò Nero ministris tradidit, vt eū extra vrbem ducerent, & populo spectaculū de eius occisione prębērēt: Quibus ille sine intermissione verbum crucis prædicabat. Nero verò per omnē regionem circumquaq; direxit nuncios, qui & latitantes scrutarētur, & manifestos similiter Christianos interficerent. Vnde tam multiplex occisa est Christianorū multitudo, vt Romanus populus palatium vi irrūperet, & seditionem contra Cęsarem excitaret, clamantes: Pone Cæsar modū iniustissimæ iussioni, tempera furorem irrationabilem, nostrates sunt homines, quos perdis, Romanum tuentur imperium. Tūc clamores populi

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

puli expauescens, edicto proposuit, vt nemo auderet Christianis quicquam molestiæ inferre, donec deferretur ad Cæsarem. Vnde factum est, vt Paulus iterum offerretur eius conspectibus: quem Nero vt vidit, vehementissimè exclamauit: Tollite, tollite maleficum, perdite alienatorũ seruum. Et cùm caput sibi præcissum fuisset, nomen Iesu Christi clara voce personuit. Et statim de corpore eius vnda lactis in eius vestimenta exilijt, & postea sanguis effluxit: tanta enim lucis immẽsitas, & odoris suauitas in momẽto decollationis cælitus ibi emicuit, vt mortalium oculi splendorem illũ sufferre, & humana lingua narrare odorem non posset: quod videntes qui aderãt, laudabant Deum, quem Paulus prædicauerat.

Tempore autẽ Cornelij Papæ, Græci furati corpora apostolorum, vt ea in Græ-

IMPERATORES.

Anni à Christo nato.

nuncium: Et tunc (vt dicit Iosephus) inclinauit se ad eos, qui sibi applaudebant, & dixit eis: En ego Deus vester morior: Sciebat enim iuxta quod dixerat ei augur, dum esset in carcere, se infra quinque dies post visionem bubonis moriturũ: & confestim (vt habet historia) percussit eum Angelus Domini, id est, facta est super eũ Domini vindicta, quia per dies 5. est nimio vẽtris dolore cruciat⁹: corrodebãt enim vermes viscera eius, & ita paulatim cõsumptus à vermibus exspirauit.

Huius Claudij tempore, Petrus & Paulus venerunt Romam: & ibi Petrus Apostolus vigintiquinque annis rexit Ecclesiam: & salutarem fidem prædicans, potentissimis virtutibus ipsam comprobauit.

His tẽporibus phœnix, auis vnica, apparuit in Aegypto, quæ ante sexcẽtos annos in Arabia apparuerat: quæ ad quingẽtos annos viuere dicitur, & postea seipsam cremam-

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

mando, in suo nido, renascitur. Est autẽ ad modũ aquilæ magna, cristato capite, circa collum fulgore aureo, postera parte purpureo, præter caudam, cuius nitor roseus ac ceruleus esse describitur. His temporibus in solẽnitate paschæ tãta Hierosolymis Iudæis perturbatio accidit, seditione commota, vt illi soli qui in foribus templi constipatione populi necati sunt, triginta millia virorum numerarentur, & conuersus est dies festus eorum in luctum, vt dicit Iosephus.

NERO. VI.

57 NERO *imperauit annis tredecim, mẽsibus septem, diebus viginti nouem. Hic Romanum imperium deformauit & minuit. Piscabatur retibus aureis, quæ sericis funibus extendebantur. Infinitã Senatus partẽ interfecit. Bonis hominibus hostis fuit. Citharœdico habitu vel tragico paricidia multa cõmisit. Fratre, vxore, matre, & magistro interfectis, vrbem Romæ incendit. Christianis primùm persequutionem Nero intulit. Proptcrea, à Romanis*

PONTIFICES.

Anni à Christo nato.

Græciã deferẽtes asportarent. Sed dæmones in idolis habitãtes, diuina coacti virtute clamabãt: Viri Romani, succurrite: quia dij vestri auferuntur. Fideles aũt hęc audiẽtes, intelligebãt dę apostolis: infideles verò, de suis diis. Sic multitudo adunata est fideliũ & infideliũ, persequẽtes illos. Quod vidẽtes Gręci, apud Catatũbas, apostolorũ corpora in puteũ proiecerũt. Sed à beato Cornelio papa, sunt inde extracta. Sed quũ in dubiũ verterentur, quę essent ossa beati Petri vel Pauli, orãtibus fidelib⁹ & ieiunãtibus diuinit⁹ responsũm habuerunt, quòd maiora ossa sũt prędicatoris, minora verò piscatoris. Quæ tamẽ postea Syluester cum* laude æqualiter põderasse dicitur: & consecrando vtriusque ecclesiam, in vtraque vtriusque ossa collocasse. LINVS

*lance.

Anni à Christo nato.

Romanis omnibus destitutus, simul & à Senatu hostis iudicatur. Matris concubitum appetijt, qua non consentiente, meretricem quandam (vt fama erat) matri simillimam inter concubinas recepit. Domum fecit, cuius porticus tria miliaria haberet, & stagnum ad instar maris circumseptum ædificijs, ad vrbium speciem.

Anno sexto Neronis, Paulus Apostolus, prædicãs verbũ Christi à Iudæis captus est, & Festo Præsidi præsentatus. Paulus verò ad Cæsarẽ appellãs, traditus est Iulio Cẽturioni, vt eũ ad Cæsarem Romæ adduceret. Cũ autẽ venisset Romæ, audiens Nero controuersiã de lege Christianorum, & Iudæorum, vilipendit, & permissus est Paulus liberè ire per ciuitatẽ, manẽs toto biennio in hospitio, quod ipse cõduxerat in libera custodia, & suscipiebat omnes, qui ingrediebantur ad eũ, prædicans cũ omni fiducia sine prohibitione: & post decennium liberè prædicabat, habens liberam licentiam à Nerone deambulandi & circumeundi per partem Occidentis & prædicandi.

Cum Paulus propter Apollinem, iuisset Romam, Iudæi vertunt nequitiam suam versus Iacobum fratrem Domini, qui episcopatum tenuit in Ierusalem: hic cognominatus est Iustus, & ex vtero matris sanctus fuit. Hic ingrediebatur templum; & fixis genubus orabat pro indulgẽtia populi: ita vt orãdo callos faceret in genubus ad modũ cameli. Cùm autem per eum multi in Hierusalem crederent de populo Iudæorum, perturbati Pharisæi & Scribæ, rogauerunt eum vt in festo Paschæ ascenderet in excelsum locum pinnæ templi, & suaderet populo, ne in Iesum crederet, dicentes, quòd omnes obedirent ei tanquàm iustissimo virorũ. Iacobus verò ascendens clamauit ad populum, ostendens Iesum Dei filium ante tẽpora de patre natum esse, ex virgine carnẽ sumpsisse, crucem sustinuisse, resurrexisse, ascendisse, Spiritum sanctum misisse: quod libenti animo plebs audijt. Scribæ autem & Pharisæi dixerunt

Anni à Christo nato. IMPERATORES. Anni à Christo nato.

ei: Nos te rogauimus, vt errorem tolleres populo de Iesu, tu autem ampliasti: & ascendentes præcipitauerunt eũ ex alto, ceperuntq́ eum vrgere lapidibus. Ipse verò procumbens super genua sua, orabat pro eis. Exclamans verò vnus sacerdotum, ait illis: Parcite quæso parcite, pro vobis orat hic iustus, quem vos lapidatis. Tunc iratus vnus ex Pharizæis, perticam fullonis arripuit, & eum percutiens excerebrauit, & in eodem loco prope templum est sepultus.

Huius Imperij anno sexto, Iacobus frater Domini, qui ab omnibus iustus appellatur, primò à Iudæis lapidatus, postea pertica fullonis excerebratus, occubuit. Seneca Cordubensis, patruus Lucani poëtæ, præceptor Neronis, vita & scientia præclarus, incisione venæ & haustu veneni, iussu istius Neronis perijt.

Hoc tempore, Iudæa Romanis rebellis efficitur: & à Nerone contra ipsam Vespasianus mittitur.

Nero etiam omnibus flagitiis suis hoc addidit, vt sanctos Dei Apostolos Petrum & Paulum trucidaret.

Hic propter vrbis incensionem, & alia sua maleficia, quum quæreretur ad pœnã, è palatio fugit: & in suburbio, quod fuit inter Salariam & Numentanam, ad quartum vrbis miliarium, seipsum interfecit: & à lupis dicitur comestus. De ipso refert Suetonius, quòd quum esset sceleratissimus, nullum hominem ex aliqua parte corporis pudicum vel purum iudicabat. Ideoq́ suis obscœnitatem, cæteraq́ delicta liberè concedebat: nullamq́ vestem bis induit: soleas argenteas mulis fecit. In nulla re tamen damnosior, quàm in ædificando. Nam palatij ipsius largitas, structura, ornatus ex auro, argento, gemmis, & ebore, breui sermone comprehendi non potest.

Huius temporibus, Coliseus siue Colossus Romæ erigitur, habens altitudinis pedes centum quadraginta. Tempore Senecæ leguntur fuisse poëtæ, Persius, Iuuenalis & Lucanus.

GALBA.

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

LINVS. III.

71 LINVS, Italicus, de
*57 regione Tusciæ, patre
Etculano, sedit annis vndecim, mensibus tribus, diebus tredecim.

Hic, ex præcepto beati Petri Apostoli constituit, vt mulier in Ecclesiam velato capite intret.

Hic, martyrio coronatus est: sepultus in Vaticano iuxta corpus beati Petri, nono Kalend. Octobris.

Dicunt, qui de cathedra Romanæ Ecclesiæ diligentiùs perscrutati sunt, quòd Linus & Cletus nō sederunt, vt Pontifices, sed vt summi Pontificis coadiutores: quibus in vita sua beatus Petrus, vnam tradidit Ecclesiasticarum rerum dispensationem. Ipse tamē orationibus & prædicationibus vacabat: propter quod tanta auctoritate dotati, meruerunt in Catalogo Pontificū poni.

CLEMENTEM verò, ipse beatus Petrus successo-

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

GALBA. VII.

GALBA, mensibus septem. In Hybernia, 70
Vitellius: in Germania, Otto, Romanum regentes Imperium, sese interfecerunt.

Galba in Hispania, Nerone adhuc superstite, creatus est: & post obitū Neronis Romā veniēs, imperauit. Hic à suis fuit iugulatus. Cui Gregorius miles caput amputauit, & mox inserto per os pollice detulit ad Ottonem, qui post eum Romanum imperium inuasit. Hic Galba Marcum Fabium Quintilianum ab Hispania Romā perduxit, qui & primus illic scholā publicam tenuit, & à fisco salarium accepit.

Otto post Galbam inter tumultus & cædes inuasit Romanum imperium, & imperauit mēsibus tribus. Hic à prima adolescētia sua fuit prodigus, & à plebe infima Nero appellatus. Contra hūc bellauit Vitellius: & cū animaduertisset Otto suos vinci in prælio, seipsum interfecit.

Anni à Christo nato. IMPERATORES.

Vitellus Romam victor veniens, imperauit mensibus octo: interea Vespasianus debellabat Iudæam: & percepto rumore in exercitu, de Galba & Ottonis nece, & imperio Vitelli, qui alijs nequior erat: rogatu militum Vespasianus inuitus sumit curam imperij, & iuit Romam contra Vitellum, quod cùm Vitellus percepisset, cuidam Iudici suo commisit exercitum suum. Ipse verò luxuria marcidus tabescebat, vinoq; sepultus, nihil aliud exspectabat, nisi cùm hostis aduenirct, ebrius periret sine sensu doloris. Et occisis Vitellianis, cùm Vitellus in proximam palacij columnam se intrusisset, turpiter inde protractus & excruciatus in forum deducitur, & ibidem occiditur.

VESPASIANVS. VIII.

71 VESPASIANVS *imperauit annis nouem, mensibus decem, & diebus duodecim (aliâs viginti-*

PONTIFICES. Anni à Christo nato.

cessorem sibi constituit.

Hic beatus Pontifex Linus, quum dæmones effugaret, mortuos suscitaret, & innumerabilia alia miracula faceret, & multos baptizaret: & quum etiã Saturnini consulis (qui ipsum captiuauerat) filiam à dęmone liberasset: Saturninus consul credens hoc magicis artibus fieri, ipsum diuersis pœnis afflictũ decollauit. Et licet corpus eius fuerit primò in Vaticano sepultum, postea tamen à Gregorio Hostiensi episcopo, cum multa solemnitate cleri, est in Hostiam deportatũ, & in ecclesia maiori, scilicet sancti Laurentij, reconditum

CLETVS. IIII.

CLETVS, natione Romanus, de regione Vico patritio, patre Æmiliano, sedit annis vndecim. 82 *77

Hic, ex præcepto beati Petri, viginti & vnũ presbyteros ordinauit in vrbe Roma mense Decembri.

Sepul-

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

Sepultus est iuxta corpus beati Petri in Vaticano, martyrio coronatus, sexto Calend. Maij. *Et cessauit episcopatus diebus triginta quinque. Hic Pontifex primus inuenitur in literis suis posuisse, Salutē & Apostolicā benedictionē. Hic etiā Pontifex omnibus populis scribens approbat & commendat peregrinationes ad sanctos, & maximè ad limina sancti Petri, asserens, quòd validior est ad salutē, sancti Petri visitatio, quàm duorū annorū ieiuniū: & illos anathemate execratur, qui visitationem Apostolorum impediunt vel dissuadent.

Huius rei fides penes lectorem esto, qui videat annotationes.

Tēpore quo Vespasianus per Titum filiū suum Hierusalem obsederat, erat quædam femina Mara nomine, locuples, de regione trans Iordanem, quæ belli terrore oborto, Hierusalem se contulerat, vt esset tutior. Huius opes principes factionū certatim inuaserunt: alimentorū etiā si quid

IMPERATORES.

Anni à Christo nato.

gintiduobus.) Hic factus est Imperator apud Palæstinā, obscuro loco natus, sed optimis comparandus. Sub hoc Iudæa Romano cessit Imperio. Hic cum filio suo Tito, de Hierosolymis triumphauit. Propter hoc, Senatui & Populo Romano extitit amabilis & iocūdus. Profluxu ventris periit: & quum morte vrgeretur, se erexit: &, stantem (inquit) decet Imperatorem excedere terris.

Hic à Claudio in Germaniam & Britanniā missus, trigesies & bis cum hoste conflixit, & validissimas gentes Imperio Romano adiecit.

Huic Vespasiano scriptor Iosephus Historicus Iudæorum, cū à Romanis interficiendus esset, prænunciauit de morte Neronis & eius imperio. Ipse Iosephus Matthai filius Hierosolymitanus sacerdos, à Vespasiano captus cum Tito filio eius relictus est. Hic multos libros composuit: & Romam

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

ductus, ob ingentem gloriã statuã Romæ meruit. Hic multa laudabilia dixit de Domino nostro Iesu Christo, de quibus vide suprà, vbi de Domino nostro Iesu Christo tractatur. Hæc prodigia futuram Iudæorum solitudinem pronunciantia præcesserunt. Supra ciuitatem stetit sydus gladio simile, & per annum perseuerauit cometes: Octauoq; die Aprilis ad festum azymorum populo conueniẽte, nona hora noctis circa aram & circa tẽplum tantum lumẽ effulsit, vt clarissimus dies putaretur, & hoc vsq; ad dimidiã horam permansit.

Eodem quoque die festo cùm ad hostiam duceretur bos, in medio phano agnum peperit. Sed & Orientalis porta templi, cùm esset ænea atque grauissima, & post meridiẽ vix à viginti hominib⁹ clauderetur, ferro vinculisq; obseraretur, pessulosq; altos haberet in stipeum limen dimissos, vno perpetuo lapide fabricatũ: visa hora noctis

PONTIFICES.

Anni à Christo nato.

si quid precio quæsierat, de manibus eruebatur; defecerantque iam omnia, & delicijs assueta, præ nimia fame mortem exagitauit. Habebat autẽ infantẽ, cuius vagitu excitata, affectũ amisit, ad paruulũ sic dicens: Quid tibi faciã paruule, sæua tibi circumstãt omnia, bella, fames, incẽdia, latrones, ruinæ. Cui moritura te credã, aut vitæ tãtillum relinquam? Sperraueram, si adoleuisses, quod me pasceres matrẽ, aut sepelires defunctam. Quid agã misera? Si euadire tibi liceat, mihi nullũ video subsidium, cui te reseruabo, vel quo te condã sepulcro, ne canibus, auibus, vel feris præda sis. O suauia mihi viscera, artus iucundi, priusquã vos penitus cõsumat fames, reddite mihi matri, quod accepistis: redi in id naturale secretum, in quo sumpsisti spiritum, domiciliũ in eo tibi paratur, tumulus defuncto. Exosculabor ergo te, &

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

te, & quod non habet patientia amoris, habeat vis necessitatis, vt ipsa deuorem meos partus, non simulatis, sed impressis morsibus, quod pietatis fuit, faciamus quod suadet fames: tua tum causa melior est, & quædam pietatis species: quia tolerabilius est, quod mater dederit cibum visceribus tuis, quàm quòd te mater aut occidere potest, aut deuorare. Hoc dicens auerso vultu gladium dimisit, & in frusta filium secans igni imposuit, partemque comedit, alterá verò operuit, ne quis superueniret. Sed odor incensi per vicũ ad principes seditionis deuenit: qui eundem continuo sequentes introierũt mulieris hospitium, minãtes necem, quòd ausa esset, ipsis ieiunantibus edere, & exortes facere cibi quẽ reperisset. At illa partem (inquit) vestram seruaui, nolite indignari, ex meis visceribus vobis cibum preparaui,

IMPERATORES.

noctis sponte aperta est. His autem per custodes templi magistratui nunciatis, ascẽdit ille, vixq; claudere eã potuit. Sed hæc mõstra imperitis boni augurium esse videbantur: prudentibus verò futuri mali. Præter hæc ante solis ortum visi sunt permanere ferrei currus totis regionibus, & armatæ acies circũfusæ. Die autem festo Pentecostes, nocte sequenti sacerdotes intimum templi more suo ad diuinas res celebrandas ingressi, primum quidem motumquendam ac strepitum senserunt, postea verò subitam vocem audierunt, quæ diceret, transeamus ab his sedibus, migremus hinc. Item Iesus quidam filius Ananiæ, plebeius & rusticus, quatuor annis antequam bellum gereretur in summa pace ciuitatis atq; opulentia, cùm ad diem festũ peruenisset, exclamare cœpit: Væ ab occidente, væ à quatuor ventis, væ in Hierusalem & in templum, væ & in

Anni à Christo nato.

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

in omnem populum hunc. Et hoc interdiu noctuq; per omnes vicos ciuitatis clamitans circuibat. Nõnulli verò hoc indignè ferẽtes, hominem illum corripiẽtes, multis verberibus affecerunt. Ille autem eadem quæ prius vociferans, perseuerauit, & ductus ad præfectũ Romanum plagis miserè cruciatus, nec supplex fuit, nec lamentabatur: sed vt poterat inclinans maximè flebilem vocem, ad singulos ictus respondit. Væ, væ Hierosolymis. Præfecto autẽ interrogãti, quis esset, aut vnde esset, aut cur talia diceret, nihil retulit, nec desiit ciuitatis miserabilem futurum statum deplorare: donec præfectus eum furore captũ iudicaret, sicq; dimitteret. Ille autem vsq; ad belli tempus vociferans, nec interpretatus est cuiquã, cùm in dies singulos conculcaretur: nec verberanti conuitiabatur, nec victum offerentibus benedicebat: sed sola responsio omnibus erat triste præsagium.

PONTIFICES.

Anni à Christo nato.

paraui, comedite omnes, vobis mensam apponam, & hæc dicens, attulit adusta membra, & epulanda obtulit, cum adhortatione dicens, venite ad prandiũ meum, hæc vestra portio, videte diligentius, an vos fraudamini: Ecce paruuli manus vna, ecce pes, ecce dimidium reliquum corporis, & ne alienum putetis, filius meus est. nunquã fuisti mihi dulcior fili mi, tibi debeo quod adhuc viuo, tua suauitas animam meam tenuit, & produxit matri tuæ miserę diem mortis. Venerunt necaturi, conuiuæ facti sunt: idipsum & ipsi sibi debent, cùm epulas meas sumpserint. Sed quid suspiratis animo, cur nõ epulamini? quod mater fecit, gustate, & videte, suauis est filius meus: nolite fieri molliores matre, infirmiores muliere. Ego quidẽ tales paraui epulas: sed vos sic matrem epulari fecistis: & me quidẽ tenebat passio, sed vicit

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

vicit necessitas. Et cõtinuo repleuit totam vrbem tanti nephas sceleris, & vnusquisque parricidialis conuiuij ministerium exhorrescebat.

Peruenit itaque ad Romanos huius facti immanitas, nam plerique terrore perterriti, ad hostẽ confugerunt. Quo comperto, Cæsar, execratus infelicis terræ contagium, manus ad cælũ eleuans, talia protestatur: Ad bellum quidem venimus, sed non cũ hominibus, quin potius aduersus rabiem plusquã beluarum dimicamus, nã & fœtus suos ferę diligũt, quos & in fame nutriunt, & alienis pascũtur corporibus, & consimilium cadauerum abstinent à cadaueribꝰ. Hoc vltra omnẽ acerbitatem est, vt membra quæ mater genuit, deuoret. Mũdus ego ab hoc contagio me totum absoluo. Quęcũq; potestas in cęlo es, scis profectò quòd intimo affectu pacem frequen-

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

sagium. Maximè autem festis diebus vociferabatur, idq́; per annos septem, & menses quinque continuè faciens, in voce rauciorfuit, in qua laborauit, donec obsidionis tempore, ipse præscriptis augurijs irrequieuit, super murum enim circuiens, item væ, væ, ciuitati & populo, & phano magna voce clamabat. Cùm autem ad extremum addidisset, væ & mihi, lapis missus tonitruo statim eum percussit, animámque adhuc omnia illa lugentem dimisit.

Anno primo Vespasiani Iudæa bellis asperis, & seditionibus domesticis lacerabatur, internóque prælio ciuitas Hierusalem intra se laborabat: nulla requies, nullæ induciæ, momentis omnibus dimicabatur, illorum qui iugulabantur, sanguis vniuersa repleuit, & quasi fluuius per interiores templi recessus decurrebat: ita sanguine, incendio, ruina, fame totius

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

totius vrbis visus formaq́ obscurabātur, deturpabanturq́. Nullus locus periculo vacabat, nulla fugiendi copia erat: pallor vbiq́, clamor morientium, gemitus desperatorum viuētium, vt miserabiles dixisses, qui remanserant; beatos qui obierant.

Quomodo decepta es ciuitas, proprijs tuis expugnata armis vinceris sine prælio, cùm pro te angeli dimicarent, & militarēt contra fluctus maris, hiatus terræ, & cæli fragores. Ecce habes quod petisti: agnosce ergo hodie Barrabam viuere, Iesum autem moriturū esse. In te regnat seditio, pax verò sepulta est, vt crudelius à tuis pereas, quàm si perires ab alienis.

In templo ergo ipso pro vnguentis bene olentibus, pro timiamatibus bene spirantibus, pro diuersorū florum odoribus grauis erat insepultorum cadauerum fætor, quos fames dissoluerat, quos flamma combusserat, quosq́ sol calefecerat: neq́ enim humare cuiquam corpora vocabat eorum quæ vel in templo, vel circa plateas necabantur, quia bellum eos inter se occupabat, feriendiq́ magis quàm humandi cura vniuersos

PONTIFICES.

Anni à Christo nato.

quenter obruli, & quod non pudet dicere victori, quia parcere eis volui. Sed quid facerem repugnantibus, & aduersus suos furentibus: nam & ipsi nos de muris hortati sunt, se dimicare, ne grauius à suis perirent: & ego positis plerunque armis, quia illi à suorum cędibus non desinebant, imbellis redij, vt liberarem obsessos, non parcerem.

Deinde comburitur tēplum, & seditionis auctores occiduntur.

Tēpore Vespasiani, B. Apollinaris, B. Petri discipulus apud Rauēnam tribunū ciuitatis, cuius vxorem sanauerat, prædicando ad fidem conuertit, & cum magna eius familia baptizauit.

CLE-

Anni à Christo nato.

uersos tenebat, nihilq́; magis in tantis calamitibus quàm misericordia perierat, quæ sola solet alleuiare miserias, solari ærumnas. Quidam enim latrones in alios sæuientes, fœtorem occisorum grauiter ferentes, reliquias interfectorum in profunda præcipitia proijciebant.

Itaq; Titus Vespasiani filius, qui bellum à patre susceperat, videns horribiles hos in inuicem impetus, omnia cadaueribus repleta, fameq́; ita immaniter dilacerata viscera; altè ingemuit, & manus ad cælum eleuans testabatur, nequaquam illud sibi adscribendum, qui veniam dare voluisset, si deditio præcessisset: expectasse etiam se, vt pacem rogarent; paratum præterea incolumes seruare, si bellum deposuissent. Maneus quoque Lazari asserebat, per vnam partem sibi creditam 15. millia mortuorum elata cadauera: additis ad hæc 881. funeribus, atque ex illorum numero illos collectos, qui mercede publica inseruire solent, præter etiam eos quos sepelierant. Pleriq; non ignobiles viri confugientes ad Titum, sexcenta millia defunctorum, qui per portas elati numerati essent, commemorabant. Eorum quoque qui propter magnitudinem infinitam efferre cadauera nequiuerunt, numerum fuisse inæstimabilem. Illorum præterea, qui ad Romanos confugerant, accepto cibo, dum aluum purgarent, egerebant aurum quod sorbuerãt, cùm fugam peterent. Comperit hoc quidam Assyrius, ac ab vno in omnes orta est suspicio, quod absorbuissent Iudæi aurum. Diripiunt ergo illi, quoscunque potuerunt, aduenientésque emunt, licet contra promissum Cæsaris, & occidunt viuentes, cruentisq́; manibus euiscerant, secreta ventris, aluumq́; scrutantur, & aurum inquirunt. Deniq; vna nocte duo millia virorum sunt discisa tali flagitio. Alia quoque ærumna grauis his qui ad Romanos transfugerant, accidit: nam dissuetus edendi officijs, vbi data est alimenti copia, cœpit esse cibus oneri, qui prius erat vsui: nulla vis erat den-

Anni à Christo nato.

dentium, ne cibum manderent, obriguerant: interiora viscera obstructa erant, ruebant super cibos, inualidos morsus more infantium meditabantur. Plurimi visis alimentis, ipso gaudio deficiebant, atque inter exoptatos cibos moriebātur: Erátque pompa lachrymabilis, cùm plebs à cibo ad periculum surgeret potius quàm ad salutem: inflabantur enim insolito cibo, & si supra modū sumebant, interiora dirumpebantur. Quidam tamen euaserunt planè comedentes.

Igitur destructis & adustis ædificijs templo finitimis, & portis, partim à Romanis, partim ab ipsis; nuda erat iam templi facies, & sæua hominum fames: insidiabantur enim sibi inuicem, quis cui raperet cibum; vbi alimenti suspicio, ibi bellum. Necabantur etiam charissimi, discutiebantur defuncti, ne quis intra eorum amicos cibus lateat: aperto ore sicut rabidi canes aurarum captantes spiramina, huc & illuc circumferebantur duce inopia: & cùm alia fames solacia non reperiret, distrahebant coria scutis, vt cibo sibi essent, quæ præsidio non essent: mandebant calceamenta, nec pudor solutis pedibus ore suscipere, & lingua lambere, vetustaq; palea, quæ olim porcis reseruari solent, non mediocri studio requirebantur, etsi reperiri potuissent, grandi precio mercabantur. Quædam mulier præ nimia fame proprium filium comedit, de quo vide plenè sub Papa Cleto.

Et tandem facta protestatione per Titum, eleuatis in cælum manibus, quod ipsis libenter pepercisset, si veniam petijssent, seditionum auctoribus profligatis: Templum exuritur, & Romani posuerunt signa in circuitu eius, Imperatorem Titum summis vocibus prædicantes. Sacerdotes quoq; (qui cùm ipsis aquæ copia esset, sitientibus tamen & præ æstu deficientibus potum denegarant) cùm veniam peterent, Titus iussit occidere, degeneris animi eos esse respondens, qui tēplo & numini inseruirent. Ioanni quoque, & Symoni, cæteris-

risq;

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

risq; seditionum principibus indulgentiã postulantibus respondit: Serum nequissimi tempus ad misericordiam, cùm quod iam reseruetur nihil relictum sit: pacem offerebam, non recepistis: pacem volebam, non sinebatis: prelia suspendebam, & vos irruebatis: & nunc populus extinctus, & templum ardet. Quid adhuc statis armati? deponite arma, quia victi, viuere vobis donabo, etiam si non meremini. Titus ergo quamuis ad iracundiam prouocatus, propositum non soluit, contuitu regalis fastigij, sed confugientes recepit solius pietatis intuitu. Hoc Romani, iam multa cæde fessi abnuebant, vitæ indulgentia, & studio captiua mancipia vendendi, promptiores erant ad reseruandam gloriam: plurimi venales, sed pauci emptores, quia Romani iudæos habere dedignabantur, & nec Iudæi superarant qui redimeret. Octauo igitur die Gorpiæi mensis, concremata est ciuitas. Cæsa autẽ per omne tẽpus obsidionis asserunt decies centena milia: capti quoque adducti sunt Iudæorum ad nonaginta septẽ milia. Fessi demq; multa cæde Romani, quærebant si possent captiua mancipia vendere: sed quia plurimi venales & pauci emptores inueniebantur; non fuerũt qui triginta mancipia vno numismate mercarentur. Ex tunc regnum Iudæorum defecit.

Colliguntur autem ab anno Darij sub quo rursus templum ædificatum est, vsq; ad hunc annum Vespasiani, in quo nouissimè Ierusalem subuersa est, anni nongenti.

PONTIFICES.	IMPERATORES.
CLEMENS. V.	TITVS. IX.
94 *68 CLEMENS, de regione Cælio mõte Romanus natione, ex patre Faustino, sedit annis noué, men-	TITVS, *annos tres. Hic Hierusalem cum patre Vespasiano subuertit, & ab eis omnia ornamenta tem-* Anni à Christo nato. 80 *81

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

templi delata sunt Romæ: & iuxta id quòd Hieronymus in expositione Iohëlis refert, in templo Pacis reposita fuerunt. Hic enim fuit vir mirabilis, omnium virtutum, adeo vt deliciæ humani generis diceretur. Hic cõuictos aduersum se de coniuratione, dimisit, in eadem familiaritate quàm ante habuerat, permanendo. Liberalitatis tantæ fuit, vt nulli quicquam negaret: Dicens, Nullum tristem ab Imperatore debere discedere: asserens, se illum diem perdidisse, quo nihil dederat.

In ea, qua pater, villa sepultus est, apud Sabinos. Tantus luctus eo mortuo in vrbe fuit, vt omnes ferè suã mortem deflerent. Et licet pater eius, magnarum virtutũ fuerit: filius tamẽ, qui excessit patrẽ virtute, præponitur patri in scriptis & in communi loquutione.

DOMITIANVS. X.

83 DOMITIANVS, *annis tribus, mensibus quinque imperauit, Hic*

PONTIFICES.

Anni à Christo nato.

mensibus duobus, diebus decem.

Hic quũ multos libros Christianæ scriberet religionis, martyrio coronatus est. Hic fecit septẽ regiones diuidi notariis, qui gesta martyrũ, vnusquisq; per regionẽ suã diligenter perquireret. Hic quãuis à beato Petro esset electus, tamen coëgit Linũ & Cletum ante se pontificari. Et ita est ipse primus post Petrum per electionem, tertius verò per gradũ. Vnde ipse scribit in Epistola ad Iacobum Hierosolymitanum, dicẽs: Simõ Petrus, tẽpore quo finem vitæ suæ sibi imminere præsensit, in conuentum fratrũ positus, apprehensa manu mea sic dixit: Fratres hunc Clementem, episcopum vrbis ordino, qui mihi ab initio vsque ad finem, comes in omnibus fuit. Quumque ego ad pedes eius procidens declinarem cathedræ honorem, respondit. Tu peccati periculum timens, fugis

Anno à Christo nato.

PONTIFICES.

fugis cathedram: certus esto, quòd amplius peccas, quum populum Dei, veluti in fluctibus positū quem possis iuuare, subterfugis: tui tantùm considerationem habens, & nō quod in commune expedit, prouidens.

Huius corpus circa Corsonam vbi exilio relegatus fuerat, in mare Ponticum proiectum diu iacuit: sed post multorum annorum curricula, mari ab illo loco recedente, à beato Cyrillo Morauorum episcopo, & penè omnium Sclauorum Apostolo diuinitùs repertum delatum est: tempore primi Nicolai Papæ, Romæ in ecclesia sancti Clementis per Papam & populum honorificè est reconditum. In qua ecclesia, Cyrillus post paucos dies diem claudēs extremum, intumulatur, miraculis coruscando.

Hic Clemens statuit, vt cathedra episcopalis in eminentiori loco deberet statui

IMPERATORES.

Hic frater fuit Titi. Fuit primis annis moderatus Imperio: at mox ad ingentia vitia progrediens tantum effecit, vt merita fratris & patris aboleret. Interfecit nobilissimos è Senatu. Dominum & Deum primùm se appellari iussit. Nullam nisi argenteam vel auream statuam, in Capitolio passus est poni. Consobrinos interfecit.

Ioannes Euangelista, in Pathmos relegatur.

Secundam post Neronē intulit Christianis persequutionem.

Hic licet Vespasiani filius & frater Titi fuerit, in nullo tamē ipsis, sed potius Neroni vel Caligulæ similis fuit. Verùm quū ob scelera vniuersis exosus fuisset, interfectus est à suis in palatio, anno ætatis trigesimo sexto: & cū dedecore sepultus.

Huius tempore passus est Dionysius Areopagita cum sociis suis: & sanctus Lucianus, beati Petri apostoli discipulus, quos sanctus

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

Clemens coniũxerat in Gallias mittendo.

Istius tempore ædificatũ est templũ Pantheon: quod nunc sancta Maria Rotunda dicitur.

Factum est autem hoc modo, Senatores percipientes Persas rebellasse, quum Marcum Agrippam vrbis præfectum illuc mittere voluissent, & ille renueret, petens trium dierum deliberationem: quum quadam nocte super hoc cogitando obdormiuisset, apparuit ei quædã fœmina dicens: quòd si promitteret se facturum vnum templum ad honorẽ ipsius, sicut ipsa doceret, vinceret Persas, ipsius auxilio, asserens se vocari Cybelem, matrem omniũ deorũ. Agrippa, quum hoc promisisset, & mane consurgens, hãc visionẽ Senatui retulisset: missus cũ magno apparatu nauiũ, & quinq; legionibus militũ Persas debellauit.

NERVA. XI.

98 NERVA *anno vno, mensibus quatuor.*

Iste

PONTIFICES.

Anni à Christo nato.

statui, in qua residens episcopus, omnes possit circunspicere, & ab omnibus possit circunspici.

Hic etiam statuit, vt baptisatus prout citius potest, confirmetur: quia aliter nõ esset perfectus Christianus, qui confirmationem, non necessitate, sed incuria aut volenter omitteret.

Tẽpore Traiani B. Clemens post multorum cõuersionẽ missus est in exilium, multo clero & populo eum comitantibus: & venit in locum vbi inuenit plusquàm duo millia Christianorum iam dudum ad secanda marmora damnatorum: qui videntes sanctum Clementem, in fletũ & lachrymas prorumpũt. Et audiens illos ad sex miliaria aquam deferre, orauit Deum, vt fontem suis confessoribus aperiret: Et finita oratione circumspiciẽs vidit agnũ stantem, & erecto pede dextero quasi locum fontis ei ostendentem.

Anni à Christo natis.

PONTIFICES.

tem, ipse accepto sarculo bis locum sub pede agni percussit, statimque fons erupit. Hac audita fama, & sancti viri doctrina, vna die quingenti & amplius sunt baptizati, & infra vnũ annum lxxv. ecclesias construxerũt. Post tres annos, ex relatione gẽtilium quidam ducẽ illuc misit, qui dum omnes mori velle cõspiceret, multitudini pepercit: & solum Clementẽ ligata ad collũ eius anchora, præcepit in mari submergi: quod cũ factũ esset, populus Christianus cum Cornelio & Fabio eius discipulis orauerunt in littore, vt dominus corpus sui martyris demonstraret. Statimq; mari per tria miliaria recedente, ingressi per siccum, inueniunt in modum templi marmorei habitaculũ à Deo paratũ, & in arca corpus S. Clementis, & anchorã iuxta eum. Reuelatũ est autem discipulis eius, ne eum tollerẽt. Singulis quippe annis

IMPERATORES.

Anni à Christo nato.

Iste omnia quæ Domitianus fecerat, damnauit: vnde Ioannes Euangelista de exilio Ephesum rediit.

Dicit Eusebius: Ioannem quidam tradunt vsque ad vltimum penè vitæ suæ tempus absq; alicuius scripturæ indicijs Euangelium prædicasse: sed cùm trium Euangeliorum ad ipsum notitia peruenisset, prob esse dicitur fidem & veritatem doctorum. Decreto Senatus Nerua inter Deos relatus est.

TRAIANVS. XII.

TRAIANVS *Imperauit annis nouemdecim.* 100

Iste Asia & Babylonia capta, ad Indiæ fines, post Alexandrum accessit.

Hic non per se, sed per suos consiliarios, tertiã Christianis iussit inferri persequutionem.

Hic ex famula Hispana natus in Italia, apud Agrippinam in Galliis Imperator factus est.

Hic post Augustum, fines

Anni à Christo nato.	IMPERATORES.	PONTIFICES.	Anni à Christo nato.
	nes Romani Imperij latè longeq; ampliauit: & vsq; ad fines Indiæ accessit. *In mari rubro classem instituit, vt per eam fines Indiæ vastaret.* *Romæ, & per prouincias, omnibus se æqualē exhibens, amicos suos salutādi causa frequentans, vel ægrotātes: liberalis cunctis.* *Hic post ingentem belli gloriam, à Perside rediens, apud Seleuciam, profluuio ventris extinctus est. Ossa verò ipsius collecta in vrna aurea Romæ delata: & in foro quod ipse ædificauit, sub columna posita sunt: cuius altitudo cētum quadraginta pedes continet. Hic solus omnium intra vrbē sepultus est, & inter diuos relatus.* *Huius hoc insigne memoriæ est, vt Senatu principibus non aliter adamaretur, nisi felicior Augusto, melior tyranno.* *Sub eo passus est sanctus Ignatius, discipulus sancti Ioannis Euangelistæ, episcopus*	nis, passionis eius die recedit mare septem diebus, & aduenientibus vij. diebus, præbet iter siccum per tria miliaria, & expleto festo regreditur. In vno festo accidit, vt mulier quędā oblita infantem suum iuxta tumulū, anno reuoluto eundē inuenerit dormientem, & interrogatus puer vbi fuisset, se tantū vna nocte dormisse suauiter existimabat. Beatus Clemens S. Dionysium Areopagitam, quē B. Paulus Episcopū Atheniensem fecerat, Romam venientem cum alijs sociis in Franciā misit, & peruenit Parisios. Ibique post multorum conuersionem fabricata ecclesia, à præfecto Fescenino ibidē à Domiciano misso, post varia mirabilia tormenta decollatur: statimque se erigēs, caput suum inter brachia portauit angelo duce à loco qui vocatur mons Martyrum, vsque ad locū, vbi nunc Dei prouidentia requiescit	

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

quiescit, & à suo nomine oppidum nominatur.

Sanctus quoq; Yon cũ B. Dionysio in Galliã veniens, peruenit ad mõtem, qui dicitur nunc Yon, vbi vnus militũ eũ decollauit, & se erigens vno miliari caput abscissum deportauit.

Sanctus Lucianus, qui etiam cum B. Dionysio in Galliam venerat, cum ibi multos conuertisset, tandem pro Christo decollatus, qui per tria miliaria caput deportauit, ad locũ.s. vbi se sepeliendum elegerat, ab vrbe Beluacensi vno miliari.

ANACLETVS. VI.

103 *84 ANACLETVS, natione Grecus, de regione Atheniensium, patre Antiocho, sedit annis nouem, mẽsibus duobus, diebus decem. Et cessauit episcopatus diebus tredecim.

Hic memoriã beati Petri construxit & cõposuit: seu alia loca, vbi Episcopi trade-

IMPERATORES.

Anni à Christo nato.

pus Antiochiæ: qui Traiano de victoria redeunti, & mortẽ Christianis comminanti occurrit: & se Christianũ confitens, ferro vinctus Romam ducitur.

Huius cor quum minutatim diuisus esset, nomen Christi in singulis particulis aureis literis scriptum, inuentum est.

Eo tempore floruit Eustathius, cognomẽto Placidus, magister militiæ Traiani Imperatoris: cui in venatione Christus in cruce apparuit, & postea cũ vxore & filiis baptizatus, sicut Christus prædixerat: multa cum vxore & filijs aduersa sustinuit.

Pantheon, Romæ fulmine concrematur, denuoq; reparatur

Plinius orator & historicus floruit: qui mitigauit tyrannum Imperatorẽ, sæuientem in Christianos, à persequutione ipsorum: scribens Imperatori, nil mali reperiri in eis, præterquàm quòd idolis nõ sacrificabãt,

 &

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

& CHRISTVM *ante lucem surgentes, velut Dominum laudarent,*

Huius tempore Simon Cleophas consobrinus Iacobi Apostoli, qui ei in episcopatu successerat, Hierosolymis martyrio coronatur.

Cum Traianus quadam die profecturus esset in bellum, & iam equum ascendisset, vidua quadam apprehenso pede illius, miserabiliter lugens, iustitiam sibi fieri de his qui filium suum iustissimum & innocentissimũ occiderant, poscebat. Tu (inquiens) Auguste imperas, & ego tam acerbam iniuriam patior. Ego, ait ille, satisfaciam cũ rediero. Quod si non redieris, ait illa. Successor (inquit ille) meus satisfaciet. At illa: quomodo hoc sciã: quod etsi facturus est, quid tibi hoc proderit, si alius benefecerit. Tu mihi debitor es, & operum tuorum mercedem recepturus es: fraus est, nolle reddere quod debetur. Successor iniuriam patientibus

PONTIFICES.

Anni à Christo nato.

derentur sepulturæ.

Sepult⁹ est iuxta corpus beati Petri, tertio id⁹ Iulij.

Hic constituit, vt clericus nec comam nutriret, nec barbam.

De isto tacet Eusebi⁹ in Chronicis: & dicit quòd Anacletus ipse est, qui & Cletus. Sed Damasus Papa in Chronica Romanorum Põtificum quam scribit Hieronymo, ponit eos diuersos: & dicit, quòd Cletus fuit natiõe Romanus, & Anacletus natione Græcus: non solùm autem in hoc, sed etiam in pluribus aliis, Chronica Eusebij dissẽtit ab alijs Chronicis.

Hic aũt põtifex, omnes monuit fideles per epistolam, vt presbyteri prę cæteris honorentur: dicens, quòd Deo sacrificãtes nõ debent vexari, sed portari, & ab omnibus venerari. Et quòd Presbyteri quando sacrificãt, testes secum habeãt, maximè Episcopi, vt Domino perfectè sacrificare probentur.

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

EVARISTVS. VII.

112 *96 EVARISTVS, natione Græcus, ex Patre Iudæo, nomine Iuda, de ciuitate Bethlehé, sedit annis tredecim, mensibus septem, diebus duobus. Et cessauit episcopatus diebus octodecim.

Hic titulos in vrbe Romæ diuisit presbyteris: & septé Diaconos cóstituit, qui custodirent episcopú prædicanté, propter stylú erroris, qui possit imponi episcopo ab æmulis: & sic infamaretur episcopus, & verbo diuino detraheretur ab insidiatoribus. Constituit etiam, vt coniugium à parentibus publicè sponsetur, & demú à sacerdote benedicatur solenniter.

Hic martyrio coronatur sub persequutione Traiani. Qui sepultus est iuxta corpus beati Petri, in Vaticano.

ALEXANDER VIII.

125 *109 ALEXANDER primus natione Romanus, de Patre Alexandro, de

IMPERATORES. Anni à Christo nato.

tibus vel passuris pro se tuebitur, te non liberabit iustitia aliena: bene agetur cum successore tuo, si liberet se ipsum. His verbis motus Traianus, descēdit ex equo, & causam viduæ præsentialiter examinauit, & condigna satisfactione viduam consolatus est.

Statua Traiani in foro est, repræsentās quomodo in expeditione viduā liberauit. Quod quidem B. Gregoriū pòst mouit ad compassionē, vnde & pro eo tantum plorasse dicitur, vt anima eius ab inferno obtinuerit. Dicunt quidam, quod B. Gregorius cùm corpus Traiani per singula membra putrefactum & vsque in puluerem redactū inspiceret, solam linguam inuenisse illæsam, hocq; factum esse propter iustitiam. Vnde motus Beatus Gregorius pietate, & eum suis precibus dominus suscitauit: sed vtrum prius vixerit, vel animam tantum ab inferis reuocauerit, non inueni.

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

ADRIANVS. XIII.

119 ADRIANVS *imperauit annis viginti & vno.*

Iste Iudaos rebelles secundò subiugauit, vrbemq́; Hierosolymam restaurauit: non Iudaos, sed aliàs gentes ibi ponendo.

Iste fuit in omnibus gloriosus, leges multas fecit & condidit: & columnam suo nomine in vrbe, sibi fecit. Qui licet Traiani nepos fuit, tamen gloriæ Traiani inuidens, statim tres prouincias, videlicet Syriam, Mesopotamiam & Armeniam, quas Traianus addiderat, reliquit. Idem de Dacia conantem facere, amici deterruerũt eũ: quia Traianus deuicta Dacia, ex toto orbe Romano infinitam hominum multitudinem ad agros & vrbes colendas transtulerat.

Pacem tamen omni tẽpore Imperij sui habuit. Facundissimus Latino sermone, & Graco eruditissimus fuit

PONTIFICES.

Anni à Christo nato.

de regione Caput tauri sedit annis septem, mẽsibus quinque, & diebus duobus. Et cessauit episcopatus, diebus triginta quinque.

Hic cõstituit aquã aspersionis cum sale benedici, & in habitaculis hominum aspergi.

Hic sub Adriano Imperatore, missus est in carcerem: & Hermes, pręfectus vrbis, qui per eum crediderat: atq; Euentius presbyter, & Theodolus diaconus: qui cũ Papa Alexandro, & cum pluribus alijs diuersis pœnis afflicti, martyrio coronantur.

Alexander verò Papa, tunc via Numẽtana sepultus, postea verò in ecclesia sanctæ Sabinæ translatus est. Hic ob memoriã Passionis Christi, in canone addidit, Qui pridiè quàm pateretur. Hic etiã statuit, vt vino aqua misceretur in missa, ad designandam vnionem Christi cum ecclesia; & vt oblatio fieret

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

ex azymo, & in modica quãtitate, dicens. Hęc oblatio quanto potior, tanto rarior.

Alexandrum Papã Aurelianus comes prius tortum in equuleo, eũ in furnum accensum iussit immitti triduo, de quo illęsus exiuit: deinde iussit vna cum S. Theodolo in aliũ furnũ ardentissimũ mitti: tuncque audiens Aurelianus B. Theodolum cum Alexandro loquẽtem, iratus iussit eos in clybanum ardentem iactari, vbi ambo gaudẽtes emiserũt spiritum. Et postea Aurelianus fecit proiici Euentiũ in medio sanctorũ, & antequàm ignis accenderetur, orans emisit spiritum. Hos tres Seuerina vxor Aureliani cum sepeliisset, rediens inuenit maritum suum linguam suam masticantem, & subito expirantem.

Dicit Hugo Floriacensis, quod Traiani tempoporibus Ioannes Apostolus

IMPERATORES.

Anni à Christo nato.

fuit. Diligentissimus circa ærarium fuit, & militum disciplinam.

Obijt in Campania, Imperij sui anno vigesimoprimo. Senatus voluit ei tribuere diuinos honores: tamen successor ipsius vix potuit obtinere apud Senatores multo conatu.

Adrianus etiam restaurata Hierosolyma præcepit, ne cui Iudæorum daretur licentia intrandi, sed tãtùm Christianis. Et illo tempore factum est, vt locus passionis CHRISTI *esset intra muros, qui prius fuit extrà. Et quia vocabatur Aelius Adrianus, voluit vt Hierosolyma vocaretur nomine suo, Aelia.*

Sub Adriano isto, passa est Romæ beata virgo Seraphia, Antiochena genere, manens in domo nobilissimæ fœminæ Sabinæ, quam sua doctrina conuerterat. Inde sancta Sabina, quia collegisset ossa sanctæ Seraphiæ, accusatur, ac demũ ipsa martyrio coronatur. Floruit

Anni à Christo nato. IMPERATORES.

etiam his temporibus secundus Philosophus, qui philosophatus est omni tempore silentium seruans. Cau*sa autem silentij, in suo libro demonstratur.*

Hæc autem fuit causa: cùm ipse Secundus in studio iuuenis fuisset, audiuit quod omnis mulier esset fornicatrix. Tandem cū ipse in philosophia perfectus esset, iam barbatus, quasiq́; peregrinus veniens ad propriam domum, vt hospes ignotus, promisissetq́; ancillæ domus decem aureos, vt matri suæ suaderet concubitum eius: quæ promisit, & mater consensit. Ita Secundus tota nocte inter matris vbera dormiuit, ipsa vt matre amplexata. Et facto manè, cū recedere voluisset, ait illa: vt me temptares, hoc fecisti. Qui dixit: nequaquam domina mater, non enim dignum duxi, me vas illud maculare, vnde exiui. Illa autem sciscitante quis esset: respondit: Ego sum Secundus filius tuus. Illa autem re-

PONTIFICES. Anni à Christo nato.

lus, qui quasi vnus de paradisi fluminibus, verba sancti euāgelij in toto orbe terrarum diffudit, cùm esset annorum lxxxix. migrauit ad Dominum.

Cassianus lib. vij. dicit: Refert sanctus Abraham, quod beatissimus Ioānes Euangelista cùm perdicē molliter demulceret, quēdam habitu venatoris venientem ad se cōspexit subitò, & miratus est, quòd vir tantæ opinionis & famæ, ad tā parua & humilia oblectamenta sese submitteret. Túne es ille (inquit) Ioannes, cuius fama insignis ac celeberrima me summo desiderio ad agnitionē tui allexit? cur ergo oblectamētis tam vilibus occuparis? Cui B. Ioannes ait: Quid (inquit) est, quod manu tua geris? At ille: arcus est, inquit. Et cur (ait B. Ioannes) illum nō semper tensum vbiq; circumfers? Cui ille respōdit: Nō oportet, ne iugi curuamine rigoris fortitudo laxata mol-

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

lescat, ac depereat: sed vbi opus erit, vt fortiora in feram aliquam spicula dirigantur, ne per nimietatem continuæ tensionis amissa violētia fortiter ictus non posset emitti. Nec nostri (inquit B. Ioannes) animi te offendat remissio, ô iuuenis, tam parua tamq; breuis laxatio, qua rigorem intensionis suæ interdum remissione quadam releuet ac relaxet.

SIXTVS. IX.

133 SIXTVS primus natione Romanus, ex patre pa
117 store, regiōe Via lata, sedit annis decem, mensibus tribus, diebus viginti vno.

Hic cōstituit, vt diceretur in Missa, Sanct⁹, sanctus, sanct⁹, dn̄s Deus Sabaoth. Et mysteria sancta non tāgerentur, nisi à ministris.

Iste foris portam Appiā decollatur: vbi Dominus apparuit Petro, Domine quò vadis. Sepultus est in Vaticano, iuxta corpus beati Petri.

His temporibus, dum

IMPERATORES.

recogitans in semetipsa, & non ferens confusionē, exanimata est. Secundus sciēs, quod per loquelā mors matri contigisset, hanc à se in posterum exegit pœnam, ne amplius loqueretur, & sic tacuit vsque ad mortē. Hoc audiens Adrianus Imperator: & adductus corā eo Secundus Athenis, minitātiq; sibi mortē nisi loqueretur, vt ab eo quicquam addisceret, loqui noluit, & extensa ceruice, à spiculatore per gladium exspectauit decollari: & vt Adrianus mandauerat, coram eo reducitur, & admirans Imperator continentiā philosophi, dixit ei: quia lex ista silentij, quam seruas, solui nequit: Sume tabulam istā, scribe, & saltem manu tua loquere. Accipiens Secundus tabulam, scripsit in hunc modum: Ego quidem ô Adriane, nihil te timeo, quia princeps huius temporis videris existere: me quidē occidere potes. Et postea Adrianus plura problemata proposuit,

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

fuit, & ad ipsa semper scribendo respondit. Eo tempore Aquila, genere Ponticus, secundus interpres legis Mosaicæ, floret. Hic Adrianus præcepit per Epistolam, vt nemini liceret Christianos, sine obiectu criminis aut probatione, damnare.

Hic postquàm Rempublicã iustissimis legibus ordinauit, Bibliothecam Athenis miri operis construxit,

Obijt in Campania.

Huius tempore, Græco more, tunc primùm in Orientali ecclesia, Christianorum mysteria celebrata sunt, quæ prius Hebraicè celebrata fuerunt.

ANTONINVS PIVS. XIIII.

140 ANTONINVS *Pius imperauit cum filijs, annis viginti duobus, mensibus tribus. Iste, ob hoc tale cognomentum accepit, quia in omni regno cautionibus retentis, creditorum debita relaxauit.*

Iste

PONTIFICES.

Anni à Christo nato.

sæuiente vbiq; persequutione Christianorũ paucissimi inuenirẽtur qui se dicerent Christianos. Christianis in Gallia poscentibus, vt ipsis aliquẽ virum dirigeret, qui pœnè iã extinctam lucernam fidei reaccenderet: misit Peregrinum episcopum, genere Romanũ, ipsi plures alios associando. Qui Peregrinus, multis ad fidem conuersis, ibidẽ martyrio coronatur. Hic constituit, vt corporale non fieret ex serico, sed de purissimo lino cõtexto, non tincto. Et, vt mulier, sacra vasa altaris & pallas nõ tangeret. Hic etiam constituit, vt quicũque episcoporum vocatus ad sedem Apostolicã fuisset, rediens ad ecclesiã suã non susciperetur, nisi cũ literis papalibus. Hic sepultus est prope altare sancti Petri in sepulchro, in quo requiescunt Linus & Cletus, Anacletus & Euaristus. Et tantorum martyrum altare, quod est super

eos,

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

cos, solius sancti Sixti nuncupatur.

TELESPHORVS. X.

143 *128 TELESPHORVS natus ex Anachoreta, sedit annis vndecim, mésibus tribus, & diebus viginti duobus. Et cessauit episcopatus diebus septem

Hic cõstituit, vt missam ante tertiam nullus præsumat canere : item hymnũ Angelicum ante sacrificiũ cantare: & in natali Domini tres missas cũ Gloria in excelsis. Septẽ hebdomadarũ ieiunium ante pascha plenè ieiunandum, maximè clericis præcepit, dicẽs: Sicut discreta debet esse vita clericorũ à laicorum conuersatione, ita & ieiunij debet esse discretio. Has ergo septẽ hebdomadas, omnes clerici à carne & delicijs ieiunent. Tres autem missas in natali Christi instituit: primam, in pullorum cantu, circa mediã noctem, quando Christus in Bethlehem nasci dignatus

IMPERATORES.

Iste gener Adriani erat erga Christianos pius: & adeò tranquillè regnauit, vt meritò Pius & Pater dictus fuerit. Aerarium opulẽtum reliquit, & Rempublicam ampliauit. Post mortẽ verò eius, tanquam Romulus colebatur.

Obiit autem apud Ortam villam suam, miliario ab vrbe duodecimo: & inter diuos relatus est, & meritò consecratus.

Hoc tẽpore Galenus medicus Pergamo oriũdus, Romæ claret. Eo tempore floruit Pompeius Trogus, natione Hispanus, qui totius orbis historias, à tempore Nini Regis Assyriorũ, vsq; ad monarchiã Cæsaris, Latino sermone deduxit, distinguẽs per libros quadraginta quatuor. Quorũ abbreuiationẽ fecit Iustinus, eius discipulus. Qui Iustinus, philosophus, Antonino Pio librũ de Christiana religione cõpositum tradidit, & benignum eum Christianis fecit.

His

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

Hic Antoninus adeò pius
160 *fuit, vt nulli acerbus fuerit, quærens bonis honorē. Qui dicitur tale verbum dixisse: Malo exēplo Scipionis, vnū ciuem seruare, quàm mille hostes occidere.*

Huius Antonini filia, Faustina nomine, quum vidisset duos gladiatores pugnantes, exarsit in vnū: propter quod, quum languere cœpisset, viro suo Marco Antonino causam languoris manifestauit. Qui per consilium medicorū Chaldæorum, ipsum gladiatorē fecit interfici, & sanguine illius, corpus Faustinæ perungi. Quo facto, cessauit tentatio, & etiam infirmitas.

Huius Antonini tempore floruit Ptolemæus, vir mirabilis in Mathematicis: qui plus addidit in Astronomia, quàm antea ante se scriptū inuenit. Fuit autem educatus Alexandriæ. Et cum instrumētis Astronomicis obseruauit astra, tempore prædicti Imperatoris, in Alexandria & in Rhodo. Fuit insta-

PONTIFICES. Anni à Christo nato.

tus est: secundā, circa auroram, quando Christus in cunabulis est adoratus à pastoribus: tertiam, in hora diei tertia, quādo illuxit nobis dies redēptionis nostræ.

Hic martyrio coronatur, & sepultus est apud S. Petrum, in Vaticano.

IGINVS. XI.

IGINVS, natione Græcus, Atheniēsis scilicet, 154 *159
cuius Genealogia non inuenitur, sedit annis quatuor, mensibus quatuor, diebus sex. Et cessauit episcopatus diebus tribus. Hic clerum composuit, & gradus distribuit. Hic sepultus est in Ecclesia beati Petri. Hic constituit, vt vnus patrinus vel patrina suscipiat leuatum à fonte baptismi: similiter & in cōfirmatione & catechizatione. Hic martyrio coronatur. Scripsit omnibus fidelibus generalem epistolam de Deo trino & vno, & de Dei filij incarnatiōe, ple-

Anno à Christo nato.

PONTIFICES.

plenam fidem Catholicam continentem.

Insuper statuit, quòd excepto Romano pontifice, nullus Metropolitanꝰ audiat causam sui episcopi suæ prouinciæ: nec eum condemnet, nisi causa in conspectu episcoporũ cõprouincialiũ suorũ fuerit diligentissimè ventilata.

PIVS. XII.

158 PIVS, natione Italicus, de ciuitate Aquileia, ex
*150 patre Ruffino, sedit annis vigintiduobus (aliàs vndecim) mẽsibus quatuor, diebus vigintiuno. Et cessauit episcopatus diebus quatuordecim. Sub cuius episcopatu Hermes scripsit librum, in quo mandatum continetur, vt Resurrectio Dominica non celebretur nisi in die Dominica. Hic cõstituit, hæreticũ venientem ex Iudæorum hæresi, suscipi & baptizari. Hic fecit ordinationes quinque. Et martyrio coronatus, sepultus est iuxta corpus

IMPERATORES.

in statura moderatus, colore albus, fortis iræ, pauci cibi, redolentem anhelitum habẽs, & indumẽta nitida. Cõposuit etiã libros multos, videlicet Almagesti, & Perspectiuã, & in iudicijs Quadripartitũ, & Centiloquiũ & plures alios. Vixit autẽ annis septuaginta octo. De prouerbiis suis hoc insigne est:

Inter homines altior existit, qui non curat in cuius manu sit mundus. Et hoc: Qui per alios non corrigitur, alij per ipsum corrigentur. Item: Vltimæ hominis promissiones, cani sunt.

ANTONINVS VERVS. XV.

162 MARCVS *Antoninus Verus, cum fratre Lucio Aurelio Cõmodo, imperauit annis nouẽdecim.*

Ab isto, Roma incœpit duos Imperatores habere. Iste optimus fuit. Tamen à suis, mota est Christianis persequutio quarta.

Horum tẽpore, primùm Respublica æquo iure Imperium

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

perium administrātibus paruit. Mortuo tamen altero, solus Antoninus Rempublicam rexit: & tam in Oriēte, & Asia, quàm in Occidente & Gallijs, multi martyrio coronati sunt. In Asia, sanctus Polycarpus, & alij cum eo duodecim, ex Philadelphia. In Gallia, sanctus Iustus, Viennēsis episcopus: & Photinus, Lugdunensis episcopus, cū innumerabili multitudine, martyrio coronantur. Quem Marcū Antoninū, quis dignè laudare posit? A principio enim vitæ suæ, trāquillissimus fuit.

Hic ad nullū euentū elatus, prouincias ingenti benignitate & moderamine tractauit. In datione munerū, post victoriam magnificus.

Hic in Pannonia mortuus, ab omnibus conclamātibus certatim inter diuos relatus est. Per idē tempus floruit Egesippus scriptor historiographus. Huius tempore floruit beata virgo Praxedis, quæ iugiter martyrum corpora sepeliendo

PONTIFICES.

pus beati Petri in Vaticano.

Huius tempore Polycarpus, episcopus Ephesinus, Ioannis Apostoli discipulus, Romam veniens, multos ab hæretica labe reuocauit: qui Valētini & Cerdonij fuerāt doctrina corrupti.

His temporibus fuerāt Romæ duæ sanctissimæ virgines, Potentiana scilicet, & Praxedis.

Quis autem fuerit prędictus Hermes, idem papa in epistola sua demōstrat, dicēs: Istis tēporibus Hermes doctor fidei & scripturarū effulsit inter nos: & licet Pascha Domini, die Dominica celebraremus, & quidā inde dubitarent: ad corroborandas animas eorum, eidē Hermeti angelus domini in habitu pastoris apparuit: & præcepit, vt Pascha domini, dominica die ab omnibus celebraretur: quod & nos auctoritate apostolica sancimus.

AN-

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

ANICETVS. XIII.

169 ANICETVS, natiõe
*154 Syrus, ex patre Ioãne de Vico myrrha, ſedit annis nouẽ, menſibus tribus, diebus quatuor. Et ceſſauit epiſcopatus diebus quindecim.

Hic conſtituit, vt clericus non nutriret comã vel barbam: & vt haberet coronam in modum ſpærulæ. Hic conſtituit, vt epiſcopus conſecrari non debeat, niſi ad minus à tribus epiſcopis: nam & Apoſtoli (ſicut ipſe aſſerit) hoc ſeruauerũt. Si autem archiepiſcopus eſt conſecrãdus, oẽs comprouinciales epiſcopi debent adeſſe, ſicut omnes tenentur ei obedire. Item ſtatuit, vt ſi aliquis epiſcopus habet aliquid erga ſuum archiepiſcopũ, non aliàs eſt deferendum, niſi ad primatẽ, vel ad ſedem Apoſtolicam.

Hic ſepultus eſt in via Appia, in cœmiterio Calixti. Hic etiam ſtatuit, vt nulli

IMPERATORES. Anni à Christo nato.

liendo, orante vt tranſiret ex hoc mundo poſt eos ad Dominum, mox exauditus fuit migrando in pace ad Chriſtum.

Hic poſt bellum quod habuit contra Germanos, Sclauos, Giauocos & Sarmatas, quũ iam ærario exhauſto, non haberet quod militibus daret: nulli volens eſſe moleſtus, magis elegit vaſa ſua aurea, & ornatum vxoris, & multa alia ornamenta alienare, quàm Senatũ vel prouincias grauare. Sed victoria habita, non ſolùm illa recuperauit, verùm etiã omnibus prouinciis tributa relaxauit.

COMMODVS. XVI.

COMMODVS *poſt* 181
Antoninum imperauit annis tredecim, cum Lucio Antonino. Hic alibi vocatur Aurelius Commodus.

Theodotiõ interpres tertius habetur. Atq; Irenæus, Lugdunenſis epiſcopus, in doctrina habetur inſignis.

Hic Commodus, Antonini

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

nini filius, nihil paternũ habuit, nisi quòd contra Germanos feliciter pugnauit.

Septembrem mensem ad nomen suum reducere conatus est, vt Cōmodius diceretur. Vxoris obscœnitate deprauatus, in amphiteatro cum huiusmodi hominibus dimicabat.

Obijt morte subita, cum tanta execratione hominũ, vt hostis generis humani etiã iudicaretur. Propter flagitia eius vrbē pœna persecuta est. Nam Capitoliũ fulmine ictum est, ex quo inflammatio facta Romanam Bibliothecam rapaci turbine concremauit.

Iste dictus Commodus, cunctis incommodus, in domo Vestali strangulatus interijt. Hic Philippum illustrem Romanum in Aegyptum, vt præfectus Alexandriæ esset, direxit. Cuius filia Eugenia, cũ duobus suis eunuchis Protho & Hyacintho clàm à Patre Gentili, in virili habitu recedēs, Eugenium se vocans, bapti-
za-

PONTIFICES.

Anni à Christo nato.

nulli, Archiepiscopi, Primates vocentur, nisi illi qui primas tenent ciuitates: quarum Episcopos, Apostoli vel successores eorum regulariter patriarchas esse constituerũt: sed Metropolitani nominentur.

Eodem tempore Irenæus, doctor eximius, natione Grecus, Lugdunensem gubernat Ecclesiam.

SOTHER. XIIII.

SOTHER, natione Cãpanus, ex patre Cōcordio, de ciuitate Fundana, sedit annis nouem, mensibus tribus, diebus vigintiuno. Et cessauit Episcopatus diebus vigintiduobus. Hic constituit, vt nulla monacha pallas sacratas tangeret: nec incensum poneret in sancta Ecclesia: & vt velum portet. Constituit etiam, vt legitima non habeatur vxor, nisi quæ per sacerdotem fuerit benedicta, & à parētibus solenniter fuerit tradita, & à para-

178
*163

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

paranymphis custodita. Cauens multis periculis, quæ solent circa matrimonium contingere.

Hic martyrio coronatus, sepultus est in Vaticano, in Ecclesia sancti Petri.

Huius temporibus, Cataphrygæ hæretici exorti sunt: qui à Phrygia prouincia, vnde originem habuerunt, nominati sunt. Hi spiritum sanctum nec Apostolis, nec alijs datum asserunt, nisi tantùm ipsis. Quorum auctores fuerũt Montanus, Prisca & Maximilla.

ELEVTHERVS. XV.

188 ELEVTHERVS, natione Græcus, ex patre
*171 Habundio, de oppido Nicopoli, sedit annis quindecim, mensibus sex, diebus sex. Et cessauit episcopatus diebus sex. Hic accepit epistolã à Lucio Rege Britãno, vt Christianus per eius mandatum fieret. Et hic iterũ firmauit, vt nulla esca, quæ fieret vsualis, Chri-

IMPERATORES.

Anni à Christo nato.

zatur, & monachi effecti sunt in monasterio. Quum Eugenius, mortuo abbate, prælatus efficeretur, per quandam fœminam, Melanthiã nomine, quæ in ipsum oculos iniecerat, quia sibi non consenserat, tanquã oppressor infamatur cũ omnibus monachis. Et dum captus ad tormẽta duceretur, coram præfecto laniatis vestibus, se ostẽdit ipsius esse filiã Eugeniã, & Eunuchos Protũ & Hyacinthũ adesse. Tũc magnũ fit gaudiũ. Pater cũ omnibus baptizatur. Melãthia infamatrix, ictu fulminis crematur.

PERTINAX. XVII.

ÆLIVS *Pertinax & Seuer⁹ imperauit annis octodecim.* 194

Hic Aelius supplicante Senatu, vt vxorẽ Augustã, & filiã Cæsarẽ faceret; renuens ait: Sufficere sibi debere, quòd ipse regnaret inuitus. Tandẽ seditiõe prætorianorũ militũ & Saluij scelere vulnerib⁹ obtrũcatur.

 Sym-

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

Symmachus, quartus interpres habetur. Narciscus episcopus Hierosolymis virtutibus plurimis celebratur.

184 *Tertullianus Apher, in Ecclesia insignis inuenitur. Origenes Alexandriæ in studijs eruditur.*

Hic AElius Pertinax, vir grandæuus, & omnibus æquus: nunquā accepit munera, nunquam ad vlciscendum seductus est: qui sexto mense quo regnare cœperat, interemptus est.

Iulianus imperauit mensibus vij. Iste inuasor fuit imperij, non Imperator. Sicqúe inter pertinacem, & Iulianum eius successerem vnus annus assumptus est. Eo tempore erat insignis Clemens Alexandrinus philosophus, Panthenus Stoicus, Africanus historicus, & Mißianus huius Pantheni discipulus. Clemens Alexandriæ Ecclesiæ presbyter, & Clementis discipulus Origines.

SEVERVS *verò genere Apher, imperauit annis*

PONTIFICES.

Anni à Christo nato.

Christianis repudiaretur, maximè fidelibus, quę rationabilis & humana esset. Tunc Papa misit duos religiosos viros, videlicet Fuganum, & Damianum, qui Regem prædictum & populum baptizarēt. Erāt tunc in Britannia, vigintiocto pontifices idolorum, quos Flamines vocabant: inter quos tres Archiflamines erant. Sed prædicti sancti, de mādato Apostolico, vbi erātFlamines, instituerūt Episcopos: vbi Archiflamines, Archiepiscopos. Hic, quod Apostoli firmauerunt, suo decreto confirmauit, & renouauit, vt videlicet à Christianis nulla esca repudiaretur, quæ rationabilis esset & humana.

Hic martyrio coronatus, sepultus est in Vaticano, apud sanctum Petrū.

Huius tēpore, Apollinaris Hierapolim, & Dionysius Corynthi, clarissimi habentur episcopi.

Hic etiam beatus pontifex

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

tifex statuit, vt nullus à suo officio deijceretur, nisi primùm esset accusatus: asserens, quòd Dominus noster Iesus Christus Iudam furem esse sciebat: sed quia non esset accusatus, ideo nec etiã deiectus: & quicquid interim inter Apostolos egit, pro dignitate ministerij ratum mãsit. Prohibuit etiam, vt absente cuius causa ventilaretur, sententia nullatenus proferatur.

VICTOR, XVI.

203 *186 VICTOR, natione Apher, ex patre Felice, annis decem, mẽsibus duobus, diebus decem. Et cessauit episcopatus diebus duodecim.

Hic constituit sanctum Pascha die Dominica celebrari.

Hic ad sacerdotum interrogationem de termino paschali celebrauit Cõcilium.

Celebratum est autem propter hoc concilium in Ale-

IMPERATORES.

Anni à Christo nato.

nis septemdecim. Hic bellicosissimus fuit, & Græcis & Latinis literis eruditissimus: ad quærendum, diligens: ad dandum, liberalis.

Seuerus etiam quintam in Christianos exercuit persequutionem: in qua multi sancti per diuersas prouincias passi sunt. Inter quos fuit Leõtius pater Origenis, capite cæsus, Origenem adhuc teneræ ætatis cum sex fratribus, & matrem ipsorum viduã relinquens. Sed prædictus Origenes decimũseptimum agens annum, sic peritus erat in Grammatica, quod in ipsa docẽdo matrem & fratres alebat.

Passus etiam tunc Irenæus est, cum magna multitudine populi.

Seuerus verò moritur in Britannia, quæ modò dicitur Anglia, Eboraci.

Hic Seuerus admodum fuit parcus, natura sæuus. Bella multa feliciter gessit: Parthos vicit, & Arabes. Multaq; toto orbe Romano Imperio recuperauit. Quin-

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

etiam præter bellicam gloriam ciuilibus studijs & sciẽtia philosophiæ clarus fuit. Nouissimum bellum in Britannia habuit. Et vt prouincias acquisitas omni securitate muniret, vallum per centum trigintaduo millia à mari vsq; ad mare perduxit. Hic primùm fisci aduocatus, demum per diuersa officia ascendendo peruenit ad imperium.

Hic primus & vltimus ex Aphrica Imperator fuit.

CARACALLA. XVIII.

212 ANTONIVS Caracalla *imperauit annis vij. et Seuerinus fili⁹ eius. Iste fuit Seueri imperatoris filius, & pessimus homo. Hic cognomine Bassianus vocabatur.*

In Hiericho quinta editio scripturarum inuenta est: cuius auctor nõ apparet.

Hic morum paternorũ fuit asperior. Libidinis fuit impatientissimus: adeò vt nouercam suam duxerit in vxo-

PONTIFICES.

Alexandria Palæstinæ: cui interfuit ipse papa Victor, Narcissus patriarcha Hierosolymitanorum, Theophilus quoq; Cęsareę episcopus, & Irenęus Lugdunensis episcopus. Vbi statutum est, vt semper die Dominica pascha celebretur: obseruata decimaquarta luna mẽsis Aprilis, vsq; ad vigesimam primam. Multi enim tunc episcopi Asiæ & Orientis cũ Iudęis Pascha celebrabant.

Hic cõstituit, vt necessitate vrgẽte, quicunq; hominũ siue in flumine, siue in fonte, siue in mari, tãtùm Christiana cõfessione credulitatis clarificata, baptizaretur.

Hic sub Seuero principe, martyrio coronatus, sepultus est apud sanctũ Petrum in Vaticano. Cuius festum agitur quinto calendis Augusti.

ZEPHERINVS. XVII.

ZEpherinus, natione Romanus, ex patre 213 *198

Abundo, sedit annis octo, mensibus septẽ, diebus x. Et

Anni à Chriſto nato.

PONTIFICES.

Et ceſſauit epiſcopatꝰ diebus duodecim. Hic cõſtituit in præſentia omniũ clericorũ & laicorũ fideliũ, vt omnes Chriſtiani, annorũ duodecim, euchariſtiã in die Paſchæ accipere deberent. Et fecit ſtatutũ in eccleſia, vt omnia vaſa altaris eſſent vitrea vel ſtannea.

Sepultus eſt in cœmiterio Calixti, via Appia.

Eo tempore, Alexander epiſcopus Cappadociæ, quum cauſa deuotionis Hieroſolymam veniſſet, viuente adhuc Narciſſo, eiuſdẽ vrbis epiſcopo, in ætate ſenili: ipſo tunc moriente idẽ Alexander in epiſcopum per reuelationem ibidem eligitur. Hic etiam Zepherinus ſtatuit, vt Patriarcha vel Primas vel Metropolitanus cõtra accuſatum epiſcopum ſententiam non proferãt, niſi prius fulti auctoritate Apoſtolica: & vt ordinationes Presbyterorum aut Leuitarum tempore ſtatuto, & multis corãm aſtantibus, ſo-

IMPERATORES. Anni à Chriſto nato.

vxorem nomine Iuliam. Hic quũ aduerſus Parthos bellum parat, mortuus eſt apud Ediſſam ciuitatẽ, anno Imperij ſui ſeptimo.

MACRINVS. XIX.

MACRINVS *anno vno imperauit.* 219 *Hic cum filio ſuo, ob inuidiam detrũcatur. Hic præfectus Palatij, & mortuo Caracalla inuaſit imperiũ, & contra voluntatẽ Senatus imperauit, & inuaſor fuit Imperij, nõ Imperator.*

MARCVS ANTONINVS. XX.

ANTONIVS, *alias* 220 *Marcus Aurelius, Antoninus Heliogabalus imperauit annis iiij.*

Sexta editio inuenta eſt Nicopoli. Sabellius oritur.

Hic Antoninus impudiciſſimè vixit: adeò vt nullum genus luxuriæ eſſet, quod non exerceret.

Interfectus eſt Romæ à tumultu militari cum matre ſua.

Anni à Christo naio. IMPERATORES.

ALEXANDER. XXI.

213 *224 *ALEXANDER annis imperauit tredecim. Hic ab exercitu, Cæsar: à Senatu, Augustus dictus est. Persas in bello vicit. Hic disciplinam militarem seuerissimè rexit.*

Assessorem, Vlpianum Iuris conditorem habuit.

Romæ quoque fauorabilis fuit.

Periit in Gallia: militari tumultu in Maguntia decollatus.

Eo tēpore Origenes post Apostolos super omnes in ecclesia Dei, scientia & eloquentia, & vita floruit. Tunc enim incœpit diuersos libros componere: habens præter alios scriptores, septem iuuenes & septem puellas, quæ ex ore ipsius, diuersorum librorum materias conscribebant. Et tanta scripsit, quòd beatus Hieronymus fatetur, se legisse sex milia voluminum

PONTIFICES. Anni à Christo nato.

solenniter fierēt de approbatis & doctis viris.

CALIXTVS. XVIII.

CALIXTVS, natione Romanus, ex patre Demetrio, de regione vrbis Rauēnatæ, sedit annis quinq;, mēsibus duobus, diebus decem. Et cessauit episcopatus diebus sex. 221 *218

Hic fecit ecclesiam sanctæ Mariæ trans Tyberim, & constituit ieiunia quatuor temporum. Hic fecit cœmiterium in via Appia, quod modò vocatur cœmiteriū Calixti: vbi quàm plurima martyrum multitudo est sepulta. Et martyrio coronatus, sepultus est in cœmiterio suo.

Huius tēpore pars Capitolij, diuino incendio cō cremata est, & sinistra manus Iouis aurea, fulmine liquefacta est.

VRBANVS. XIX.

VRBANVS, primus natione Romanus, ex patre Pōtiano, sedit annis 226 *224

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

nis octo(aliâs quatuor)mẽ sibus vndecim,dieb⁹duodecim. Et cessauit episcopatus diebus triginta. Hic de regione Via lata, fecit ministeria sacrata, omnia argentea vel aurea vel stannea: & conuertit multos ad baptismum, & etiã Valerianum, nobilissimum sponsum sanctæ Ceciliæ, & Tiburtiũ, fratrẽ eiusdẽ Valeriani, quos vsque ad Martyrij palmam perduxit. Hic Vrbanus, genere nobilis, ab infantia Christianus, virtute abstinẽtiæ & castitatis ornatus, persequutione adhuc sæuiente successit Calixto papę, qui dignitatis officium, virtutum studijs adornans, multoties ex vrbe proscribitur. Sed à fidelibus clàm reuocatus, dum prædicationi & baptizationi fidelium insisteret, capitur: & post carceris squalorẽ decollatur: & sub eodem altari cum Cecilia, Tiburtio, Valeriano & Maximiano sepelitur.

Huius

IMPERATORES.

num, exceptis Epistolis, quas diuersis scripsit. De ipso erat prouerbium. quòd qualis erat vita eius, talis & doctrina. Nam super lectum numquam iacuit, calceos nunquam induit: carnes nunquam comedit, vinum nunquam bibit: sicut legitur in Ecclesiastica historia. Et quum sanctißima vita fuerit & doctrina mirabilis, accusant ipsum magni doctores, de erroribus qui sibi imponuntur: sicut Eusebius Cæsariẽsis, & Ruffinus presbyter Aquiliensis, scribens ad Hieronymum. Et multi alij dicunt, quòd post mortem suam hæretici ad obfuscandum præclarum nomen suum, libris suis hæretica interseruerunt.

Mammea, mater Imperatoris, Christiana, etiam audiuit Origenem & alios Christianos doctores: & ob id à filio occiditur.

Sanctus Hippolytus, Portuensis Episcopus claret.

Hoc tẽpore rogatu ciuium

 Edissa

Anni à Christo nato.

Anni à Christo nato. IMPERATORES.

Edissæ ciuitatis ad Alexandrum iussu Alexandri corpus B. Thomæ Apostoli de India ad Edissam translatũ est. Hic quintã in Christianos exercuit persecutionẽ. Hic Imperator cum beatã Martinam virginem nobilẽ Senatorũ progenie procreatam, post varia & dira supplicia fecisset decollari, & visis ab ea multis miraculis, eadem die percussus est dolore cordis, & carnes suas comedebat gemẽs & dicẽs: Miserere mei Deus Christianorum, quia nomen tuũ persecutus sum, sicut feci, mihi reddidisti. Factusq́; est terra motus magnus, & crediderunt in illa die animæ 300000. *Completumq́ue est martyrium B. Martinæ, die prima Ianuarij.*

MAXIMINVS. XXII.

237 MAXIMINVS, *imperauit annis tribus. Iste primus, ex militari corpore, absque decreto Senatus,*

Anni à Christo nato. PONTIFICES.

Huius tempore cœpit primùm Romana ecclesia, prædia possidere: de quibus sanctus Vrbanus clericis & notariis, qui gesta martyrũ conscribebát, sumptus deputabat. Antea enim Ecclesia viuebat ad instar Apostolorum, pecunias tantummodo recipiens pro egenis.

Tempore Seueri accenso persecutionis incendio, & multis ea tempestate coronatis, in tantum ardorẽ capessendi martyriũ Origenes adhuc paruulus exarserat, vt spõte se periculis ingereret, nisi mater impediuisset. Hic pauper propter insigne literarũ & religionis studiũ, à quadam nobili & ditissima fœmina liberaliter est nutritus. Dialecticam etiã & Geometriam, Arithmeticam, Musicam, Grammaticam, Rhetoricam, omniumq́ue Philosophorum sectas didicit, & vixit vsque ad 79. annos, & mortuus est Tyri. Hieronymus ad desideriũ dicit.

Annis à Christo nato.

PONTIFICES.

dicit. Origenes melior in omnibus, peior in malis fuit. Origenes ſcripſit Apologiam pro ſe, in qua ſic loquitur: Quidam eorum qui libenter calumniantur in proximos, aſſcribunt nobis & doctrinæ noſtræ carmen blaſphemiæ, quod à nobis nunquam audierunt: dicẽtes me patrem malitiæ ac perditionis, & eorum qui de regno eijciũtur, id eſt, diabolum dicere eſſe ſaluandum: quod ne alius quidem manifeſtè inſaniẽs diceret: Sed non mirum mihi videtur, ſi ab inimicis literarũ doctrina adulterata ſit, cùm & epiſtola Pauli corrupta ſit. Quidã enim ſub eius nomine ſcripſerunt epiſtolam falſam, vt Eccleſiam Theſſalonicenſem exuperarent, quaſi inſtaret dies Dñi, & eos ſeducerent, quod & nobis video accidere. Nam quidam auctor hereſeos, cùm in præſentia multorũ habita fuiſſet inter nos diſputa-

IMPERATORES.

Annis à Christo nato.

tus, Imperator efficitur.

Christianos perſequitur.

Germanicos & Parthos vicit.

Tandem deſerentibus eũ ſuis militibus, Aquileiæ, cum filio ſuo adhuc puero, eſt occiſus, à Pupoieno tyranno. Moxq; Pupoienus & Bralbinus frater eius vſurpauerunt Romanum imperium, & in palacio mox caduntur

GORDIANVS. XXIII.

GORDIANVS, *annis ſex imperauit.* 240

Fabianus reuelatur teſtimonio ſpiritus ſancti, in ſpecie columbæ ſuper caput illius dicentis, Romæ epiſcopus ordinaberis.

Iſte Gordianus, poſtquàm de Perſis triumphauit, veniens Romam, prope vrbem fraude Philippi interemptus eſt.

Floruit autem his temporibus Aphricanus, inter ſcriptores eccleſiaſticos nominatiſſimus.

PHI-

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

PHILIPPVS. XXIIII.

246 PHILIPPVS, *cum filio suo Philippo, annis septem. Hic Primus fuit Imperator Christianus. Cuius etiam primo anno, Millesimus ann⁹ vrbis Romæ fuisse docetur expletus. Quapropter Romani, mirabilem solennitatem fecerũt, quam tribus diebus, & tribus noctibus, in multo gaudio protraxerunt.*

Hic fuit baptizatus à beato Pontio martyre, in Nicia, ciuitate Prouinciæ.

Ambo isti ab exercitu sunt interfecti: pater, Romæ: filius, Veronæ. Qui filius adeò seueri animi fuit, vt nullius cuiusquam commẽto ad ridendum solui potuisset.

Isti duo Imperatores, thesauros suos beato Sixto & Ecclesiæ dimiserunt. Quos Decius iunior, qui nõ imperator, sed Cæsar fuit, à beato Laurentio requirebat: sicut in Legenda bea-

PONTIFICES.

Anni à Christo nato.

putatio, & descripta accipiens ab his qui scripserũt codicem: quæ voluit, addidit; & quę voluit, abstulit; & quod visum est ei, permutauit, & circumfert tanquam ex nomine nostro insultans, & ostendẽs ea quę ipse scripsit. Si quis ergo vult credere, mihi in conspectu Dei loquenti credat: sin autem quis nõ credit; sed vult de me male loqui, mihi quidem nihil dãni inferet: erit enim ipse falsus testis apud Deũ, & apud proximũ falsum testimonium vel dicens, vel dicentibus credẽs: timeat autem quod dictum est: Maledicti regnum Dei non possidebunt. Pœnitẽtiam autẽ de lapsu suo legitur scripsisse Origenes. Hieronymus ad Pammachium & Oceanum dicit Origenes mille & amplius tractatus, quos in Ecclesia locutus est, edidit, & innumerabiles scripturæ tomos: quis tam ardentem animum in scriptis nõ miretur?

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

retur? & cùm in cæteris libris omnes vicit, in Cantico Câticorum ipse se vicit: quòd si quis nobis eius errores opposuerit, audiat libenter: Interdũ magnus dormitat Homerus, Verũ opere in longo fas est obrepere somnum. Item dicit Hieronymus ad eosdẽ: Si mihi creditis, Origenista nunquam fui: si nõ creditis, nunc esse cessaui: malè sensit Origenes de filio, peius de spiritu sãcto, animarum de cælo ruinã impiè protulit, veram carnis resurrectionem negauit. Post multa autem secula de omnibus vnam ante secula fore restitutionem, alias resurrectionẽ, asseruit.

PONTIANVS. XX.

233 *232 PONTIANVS sedit annis quinq;, mẽsibus duobus, diebus duobus. Et cessauit episcopatus diebus decem.

Hic natione Romanus, ex patre Calphurnio, portatus fuit in exilium. In insulam

IMPERATORES.

Anni à Christo nato.

beati Laurentij legitur.

Iste Philippus senior, adeò in fide Christi profecerat, vt promptè peccata sua confitens, in festo Paschæ communicaret coram omni multitudine. Sed cum Philippus interesse vellet vigiliis Pascha, & communicare cum ministris, restitit Fabianus, nec permisit, donec cõfiteretur peccata sua, & staret inter pœnitentes.

DECIVS. XXV.

DECIVS *imperauit annis duobus, mensibus quatuor.* 253 *251

Iste in omnibus malus fuit: tamen in armis prudens.

Odio habuit pauperes.

Et septimam dedit Christianis persequutionem.

Hic de inferiori Pannonia natus, in bello Barbarico est occisus.

GALLVS. XXVI.

GALLVS *Hostilianus cum filio suo Volusiano, annis duobus, mensibus* 255 *253

Anni à Christo nato. IMPERATORES.

sibus quatuor imperauerũt. Ventris ingluuie perijt.

Cyprianus episcopus in Carthagine floret. Hũc Gallum Helmãdus dicit esse Deciũ, & sic binomius fuisset.

VALERIANVS. XXVII.

257 *255 VALERIANVS, *cũ filio suo Galieno, qui & Decius dicitur annis* 15. *Sed Valeriano septẽ annis regnante, & eo mortuo solus Decius imperauit annis* viij. *Valerianus iste Gothiã, Graciã, Macedoniã, Asiãq́; depopulauit.*

Iste in Hierosolyma & Mesopotamia bellum gerẽs, à Sapore Rege Persarũ victus est, & in ignobilẽ seruitutem est redactus. Nam quamdiu vixit rex eiusdem prouinciæ, pedem ceruicibus eius imponere solitus erat, dum ascẽdere volebat equũ.

Hic in sui Imperij principio Christianos multum persequutus est, & multus sanctorum sanguis tunc effusus est.

Passus

PONTIFICES. Anni à Christo nato.

sulam Sardiniæ martyrio coronatur: quẽ beatus Fabianus adduxit per nauim Romã, & sepeliuit in cœmiterio Calixti, via Appia.

PONTIANO dicitur successisse Cyriacus anno vno, mensibus tribus. Sed quia cõtra voluntaté cleri cessit de papatu, Antheros substituendo, & cum vndecim milibus virginum, quas Romæ baptizauerat, Agrippinã tendendo, non est positus in catalogo Põtificum. Credebant enim Cardinales, ipsum nõ propter deuotionem, sed propter oblectamẽta virginũ, Papatũ dimisisse. Quũ tamen ipse virgo existẽs, cũ virginibus martyrio fuerit coronatus: prout legitur in Legẽda Virginum. Cyriacus. 238

ANTHEROS. XXI.

ANTHEROS, natione Græcus, sedit annis tribus, mense vno, diebus quindecim. 239 *236

Hic cõstituit, vt episcopi possent de sede trãsferri, & vt gesta martyrũ scriberentur. Hic

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

Hic martyrio coronatus est, & sepultus in cœmiterio Calixti.

FABIANVS. XXII.

241 *237 Fabianus, natione Romanus, de regiōe Cęlij mōtis, ex patre Fabio, sedit annis xiij. mēsibus xj. diebus duodecim. Et cessauit episcopat⁹ diebus septem.

Iste diuisit regiones diaconis, & fecit septē subdiaconos, qui septē notarijs imminerēt, vt gesta martyrū in integrū colligerētur. Et vt omni anno in cœna dñi, cōsecraretur chrisma.

Martyrio coronatus est tertio Calendis Febr. sub Decio. Sepultus est in cœmiterio Calixti, via Appia.

Fabianus iste, quum de quodam loco reuerteretur cum amicis suis, papa defuncto: & quum de futuri Papę electione populus loqueretur, adfuit inter ipsos, exitum rei expectans: & subitò, candida columba super caput eius descendit de cælo dicens: Romæ episcopus ordinaberis.

IMPERATORES. Anni à Christo nato.

Passus est tunc Cyprianus martyr, & Lucius papa.

GALENVS *verò primùm laudabiliter Rempublicam gerens: pòst, in lasciuiam resolutus, deteriorata Republica, fraude Aurelij Ducis sui, occisus est.*

A VALERIANO *& Galieno, quidam Decius in Cæsarem creatus est, qui non fuit Imperator, & dictus est Decius iunior.*

Ab his sanctus Sixtus, & sanctus Laurentius martyrizati sunt. Nam sanctus Sixtus in Hispaniam profectus, duos iuuenes, scilicet Laurentium & Vincentiū, cognatos, moribus compositos inspiciens, secum Romā duxit: & Laurentio remanente, Vincentius in Hispaniā rediit, & sub Diocletiano martyrizatus est.

CLAVDIVS. XXVIII.

CLAVDIVS, *imperauit anno vno, mensibus octo. Iste Gotthos Illyricum Macedoniam deuastan-* 262 *270

Anni à Christo nato. IMPERATORES.

stantes, exuperat: & victis Alemannis, morbo interiit.

Lunicillus frater Claudij Imperatoris, eo defuncto ab exercitu est electus, & in solio sublimatus. Qui septima die imperij sui occubuit.

AVRELIANVS.
XXIX.

263 *272 AVRELIANVS, *annis quinq; imperauit.*

Iste persequutionem faciens Christianis, fulmine corripitur, sed non moritur. Hic de via Ripensi oriũdus, in bello potẽs, Gotthos vbique strenuissimè vicit. Hic primus apud Romanos diadema capitis inuexit gemmũ. Hic muris valioribus Vrbem cinxit. Templum solis ædificauit, in quo infinitum auri gemmarũq; pondus posuit.

Porcinæ carnis vsum populo instituit.

Hic Aurelianus Imperator ad Gallias veniens, crudelia edicta emisit contra Christianos.

Se-

PONTIFICES. Anni à Christo nato.

beris. Qui sic diuinitùs electus, post laudabilẽ vitam, à Decio pro fide decollatus est.

Nouatianus hæreticus, presbyter ecclesiæ Romanæ ambiens episcopatum, hæreticus factus est, tempore Decij. Contra quem, Concilum in vrbe Romana celebratũ est, sexaginta episcoporũ. Hic enim hæreticus, spem veniæ lapsis denegabat. Vnde in concilio hoc hũc reprobãdo statuerũt, vt lapsis misericorditer venia promitteretur, dummodo per pœnitentiam reuertantur.

In septima persecutiõe sub Decio secundũ quosdam, sancta Agatha virgo in vrbe Catanensi, nobili genere, pulchra corpore, Dominum coluit in omni sanctitate. Quam Quirtianus Senescallus Siciliæ tradidit meretrici, quę habebat nouem filias consimilis officij, vt eius animũ immutarent. Quam nolẽtem Christum abnegare iussit

Anni à Christo nato. PONTIFICES.

iussit Quincianus suspendi, & in eculeo torqueri, post iussit eam in mamilla torqueri, & diu tortam abscindi: ex hinc iussit testas fractas spargi, & carbones ignitos submitti, & ibi Agatham nudam volutari: post quæ missa in carcerem orans, migrauit ad Dominum. Angelus verò attulit tabulam marmoreã, ad caput eius eam ponens: eratq; in ea scriptum: Mentem sanctam, spõtaneã, honorẽ Deo, & patriæ liberationẽ. Quod sic exponitur: Mentẽ sanctam habuit, spontaneam se obtulit, honorem Deo dedit, & patriæ liberationem fecit. Quincianus pergens inuestigare diuitias eius, est submersus.

CORNELIVS. XXIII.

252 *251 CORNELIVS, natione Romanus, ex patre Iustino, sedit annis tribus, mẽsibus duobus, diebus decem. Hic constituit, vt sacerdotes, si vellent

IMPERATORES. Anni à Christo nato.

Senonas veniens, sanctã Columbam & omnes Christianos interfecit. Altisiodori, multos martyrio coronauit.

Ciuitatem Galliæ, quæ Genabum dicebatur, nomine suo Aurelianum vocauit.

Occiditur serui sui fraude: & inter diuos relatus est.

TACITVS. XXX.

TACITVS *imperauit mẽsibus septẽ. Hic natione fuit Narbonensis.* 268

Iste prudens fuit, & largus. Nihil tamen potuit ostẽdere; subita morte præoccupatus.

GLORIANVS. XXXI.

GLORIANVS, *imperauit diebus triginta nouẽ, aliâs annis duobus, secundum quosdam.* 628

Iste incisis venis mori fertur. Nil dignum memoria egit.

PROBVS. XXXII.

PROBVS, *imperauit annis sex, mẽsibus tribus.* 269 *278

Anni à Christo n.110. PONTIFICES.

lent, pro iusta causa possent iurare.

Hic rogatus à sancta Lucina, corpora beatorum Petri & Pauli, de Catatumbis leuauit. Et Lucina corpus beati Pauli posuit in prædio suo, via Hostiensi. Beati autem Petri corpus beatus Cornelius posuit in loco, vbi crucifixus est, in templo Apollinis, in Vaticano, Palatio Neronis.

Post hoc, iubente Decio, Martyrio coronatur.

LVCIVS. XXIIII.

LVCIVS, natione Romanus, ex patre Porphyrio,
255 *253 sedit annis tribus, mēsibus tribus, diebus tribus.
Hic constituit, vt duo Presbyteri & tres Diaconi, semper sint cum episcopo, propter stylum erroris.

Hic primùm in exiliū fuit relegatus, demum ad suam ecclesiam reuersus, à Valeriano capite truncatus est.

STEPHANVS. XXV.

257 STEPHANVS, natione Romanus, ex patre Iulia-
*255 no, sedit annis quatuor, mensibus duobus, diebus quindecim. Hic constituit sacerdotes & Leuitas, veste sacrata quotidiano vsu non vti. Hic quum multos Gentilium conuertisset, & multa corpora martyrum sepelisset, comprehensus: post templi idolorum ruinam, quam impetrauit, euadens: demum Missam celebrantem, in sua sede decollauerunt.

SIXTVS. XXVI.

262 SIXTVS natione Græcus, ex patre Sophronio, se-
*258 dit annis tribus, mensibus vndecim, diebus sex. Et cessauit episcopatus, duobus diebus. Hic constituit, vt Missa celebraretur super altare. Quod antè non fiebat.

Hic

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

Hic cum Feliciſſimo & Agapito Decio præſentati, capite truncati ſunt. Quos beatus Laurentius & Hippolytus, cum multis aliis, per martyrium ſequuti ſunt.

DIONYSIVS. XXVII.

DIONYSIVS, ex monacho (cuius genus non 257
inuenitur) ſedit annis duobus, menſibus tri- *258
bus. Et ceſſauit epiſcopatus diebus octo. Hic parœchias & cœmiteria diuiſit, & vnicuique ius propriũ ſtatuit: mandans, vt ſingulis terminis ſuis, contenti eſſent, & alienos non vſurparent. Hic in Vrbe diuiſit parœchias, ſingulis ſingulos dans presbyteros. Et hic martyrio coronatus, ſepultus eſt cum aliis Pontificibus.

FELIX. XXVIII.

FELIX, natione Romanus, ex patre Conſtantio, 267
de regione Capritauri ſedit annis duobus, men- *270
ſibus decem.

Hic conſtituit ſuper memorias martyrum Miſſas celebrari.

Hic fecit baſilicam in via Aurelia, miliario ab Vrbe, ibique ſepultus eſt.

EVTYCHIANVS XXIX.

EVTYCHIANVS, natione Thuſcus, de ciuitate 270
Luna, ex patre Marino, ſedit annis octo, menſi- *274
bus decem, diebus quatuor. Et ceſſauit epiſcopatus diebus viginti.

Hic conſtituit, vt fabæ, prunæ, & fruges ſuper altare benedicerentur.

Hic ſanctus papa, per diuerſa loca trecentos quadraginta duos martyres, manu ſua ſepeliuit. Et hic cõſtituit, vt quicũque ex fidelibus martyrem ſepeliret

 ſine

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

Iste duos reges vicit.

Manichæus hæreticus surrexit. Hic fuit Persa genere, acer ingenio, moribus Barbarus. Manes primò dictus: sed per adiectionem, Manichæum se dixit.

Hic asserebat, esse duo principia: vnum, boni: alterum, mali. Vnum, lucis: & alterum, tenebrarum. Et tamen multos erroris sui reliquit successores.

Porrò Probus imperator, apud Sutrinum, militari tumultu obtruncatus est.

CARVS. XXXIII.

CARVS *Narbonẽsis*
286 *cum filiis suis Carino*
*284 *& Numeriano, annis duobus.*

Iste in omnibus malus, in paruo flumine periit.

Filij etiam ipsius ambo, interempti sunt.

DIOCLETIANVS. XXXIIII.

286 *Diocletianus & Maximianus, annis vi-*
*287 *ginti imperant.*

Hic

PONTIFICES.

Anni à Christo nato.

sine Dalmatica & collobio purpurato, nullatenus sepeliret.

Hic martyrio coronatus, sepultus est in via Appia in cœmiterio Calixti, octauo Calendis Augusti.

CAIVS. XXX.

CAIVS, natione Dal- 278
mata, de genere Dio- *285
cletiani, ex patre Gallio, sedit annis vndecim, mensibus quatuor, diebus nouem. Et cessauit episcopatus diebus decem. Hic cõstituit, vt omnes ordines sic in ecclesia ascenderẽt: vt si aliquis dignus esset, primò Hostiarius, Lector, Exorcista, Acolytus, Subdiaconus, Diaconꝰ, Presbyter, deinde Episcopus ordinaretur. Martyrio coronatur, & in via Appia in cœmiterio Calixti sepelitur.

Hic cõstituit, paganos & hæreticos non posse accusare Christianos, aut vocem infamationis inferre. Item, vt nemo episcopum aut reliquos cleri-

cos

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

cos apud iudices seculares accusare præsumat.

Hic fugiens persecutionem Diocletiani, in cryptis habitando, martyrio coronatur. Hic Romæ regiones diuisit Diaconibus, vt gesta martyrũ requirerẽt & conscriberẽt, ac etiam alia negotia pertractarent. Hoc ipsum statuit fieri in omnibus vrbibus populosis: ita tamen, vt quæcunque difficiles quæstiones per singulas prouincias exortæ fuissent, semper ad sedem Apostolicam referrentur. Hic etiam contra hæreticos epistolam edidit, de verbi Dei incarnatione, plenam fidem Catholicam continentem.

MARCELLINVS.

XXXI.

289 *286 MARCELLINVS, natione Romanus, ex patre Proiecto, de regiõe Capritauri, sedit annis septẽ, mẽsibus duobus (aliâs sex) diebus viginti quinque, & cessauit episcopa-

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

Hic Diocletianus obscurè natus, Diuinis libris adustis, Christianos toto orbe persequitur decem annis.

Ipse primus gẽmas vestibus, calceamentisq; inseri iussit: quum omnes retrò Principes sola purpura vterentur.

Tandem veneno periit.

Hic origine Dalmata, Maximianumquendã, Cæsarem fecit, mittens in Gallias contra populum Rusticorum: qui manu graui collecta, Romano se opposuerant Imperio: quos idem cõpescuit. Sed & in ipso itinere, Thebea legio, cui beatus Mauritius præerat, cùm sacrificare idolis noluisset, à præfato Maximiano, Seduno Galliæ loco Agauno, pro Christo libenter occubuit.

Eo tempore apud Bonnę Veronam vrbem Reni fluminis sanctus Cassius & Florentius cum suis sociis decollantur. Inde persecutores venerunt ad campos Coloniæ, & sanctum Gereonem cum cccxviij. sociis interce-

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

ptum in puteum proiecerunt. Post sanctus Victor cum cccxxx. sociis occisus in locis palustribus est submersus.

Interim Diocletianus in Oriēte, Maximianus in Occidente, vastari ecclesias, & interfici Christianos fecerunt. Quæ persequutio ferè omnibus anterioribus durior fuit: nam per decennium durauit. Varijs edictis iubebantur Diuinæ legis libri exuri, Ecclesiæ vbique dirui, & ecclesiarum prælati trucidari. Et generaliter nulla ætas, nullus sexus, nulla conditio excipitur: quin non sacrificantes truciden tur.

Tunc in Vrbe, Caio papa martyrio coronato, Marcellinus eligitur. Cuius tempore tanta vis persequutionis efferbuit, vt intra triginta dies, viginti duo millia promiscui sexus, per diuersas prouincias martyrio coronarentur. Ita vt & ipse Marcellinus papa, timore ductus, idolis immolaret.

Sed

PONTIFICES.

Anni à Christo nato.

scopatus annis 7. mensibus 6. & diebus 25.

Hic à Diocletiano Imperatore cōpulsus, incensum posuit idolis. Postea synodo facta in Campania, proprio ore penituit coram centum octoginta episcopis, & cinere aspersus capite, necnon & cilicio indutus pœnitentiam egit, dicens, se peccasse. Tunc iratus Diocletianus Imperator, fecit eum decollari: qui sepultus est in cœmiterio Priscillę, via Salaria, martyrio coronatus. Coniurauerat autem beatus Marcellinus Marcellum presbyterum (qui consequenter post ipsum factus est papa) vt præceptū Diocletiani de immolatione non adimpleret.

Postquàm autem beatus Marcellinus decollatus fuisset, & corp⁹ ipsius per triginta dies iacuerat in platea, in exemplū Christianis: Marcellus presbyter nocte cum presbyteris

&

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

& diaconis, cũ hymnis & lucerna, ſepelierunt illud. Sed hoc de eo inuenitur, quia quum ſe in Concilio epiſcopis iudicandum ſuppoſuiſſet, dicens ſe paratum eſſe ad omnia obedire, quicquid ſibi imponerent: illi reſponderunt, Abſit vt ſummus Pontifex ab aliquo alio iudicetur. Negaſti tu? Negauit & Petrus, magiſter tuus. Et quis Apoſtolorum auſus fuit eum iudicare? Egreſſus enim foras, fleuit amarè. Tu igitur collige in teipſo cauſam tuam, & ore proprio teipſum iudica. Ad hoc Marcellinus: Ob ſcelus (inquit) idololatriæ, iudico me deponendum. Anathematizo etiam quicunque corpus meum tradiderit ſepulturæ. Sed & flés dixit: Heu me, auarum me corrupit aurum: & ideo non poſſum in ſacerdotio remanere. Sicque pergens ad Diocletianum, confitens ſe Chriſtianũ, cum Claudio

IMPERATORES.

Anni à Christo nato.

Sed poſtea per pœnitẽtiam rediens ſententiam contra ſeipſum dãs de papatus ceſſione, à Diocletiano martyrio eſt coronatus.

Eadem perſequutione paſſa eſt in Vrbe, Anaſtaſia virgo, Sebaſtianus, Agnes: Lucia, Mediolani: Geruaſius & Protaſius, Agatha virgo, Gorgonius, Quintinus & Chryſogonus.

Eodẽ tẽpore apud Aegeã paſſi ſunt Coſmas & Damianus, vna die geniti, carne & ſpiritu gemelli.

Apud Phrygiã vna ciuitas tota Chriſtianorum, ne effugere poſſent, circumdata cũ omnibus cremata eſt. In Britannia quoq; & Anglia tunc pene tota Chriſtianitas deleta eſt.

Tunc etiam paſſus eſt Gregorius martyr.

Diocletianus Dalmatæ ſcribæ filius fuit, & primus ſe vt Deum adorari fecit, & gemmas veſtibus, calceamentisq; inſeri iuſſit, cũ omnes Imperatores in modum Iudicum ſalutarentur.

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

& non nisi chlamidē purpuream pro priuato habitu haberent. Karinum Numerianum fratrem apud Dalmatiam flagitiose degētem difficillimo bello superauit, & extinxit. Diocletianus Maximianum Herculinum quondam commilitonē suū Cæsarem fecit, & cōtra populum Rusticorum in Gallias destinauit: qui facilè agrestium hominum imperitam multitudinem & confusam, virtute compescuit militari. Diocletianus verò imperio rebellantibus, hunc Maximianū Herculinū ex Cæsare fecit Augustum, & regni consortem. Constantium verò & Maximianum Galerium Cæsares, legionibus tradens: Constantio Theodoram, Maximiano Herculij priuignam, & Maximino Galerio suā filiam Vasiā tradidit. Quorum Constantius ex Theodora vij. libros habuit, Constantij magni fratres. Hic Constantinus Cæsar in Gallia primo prælio ab Alemanis pro-

PONTIFICES.

dio & Quirino capitalem accepit sentētiam. Et quū corpus eius per triginta dies iacuisset inhumatum, nocte apparuit in visione beatus Petrus Marcello, qui in papatum successit, sibi dicens: Marcelle, dormis? Et ille quum dixisset: Quis es, Domine? respondit: Ego sum princeps Apostolorū. sed quare corpus meum inhumatū nō sepelis? Dans ei intelligere, hoc dictum de corpore Marcellini. Et addidit: Non legisti, quòd omnis qui se humiliat, exaltabitur? Denique, multum se humiliauit, qui se indignū sepultura iudicauit. Vade ergo, & sepeli eum iuxta me: vt quos iustificauit gratia, non diuidat sepultura.

Sub hoc tempore, in Hispania, apud Valentiā, passus est, sanctus vincentius Leuita: cuius corpus postea, propter impetum Saracenorum inde transportatum fuit in Prouinciam,

Anni à Christo nato.

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

ciam, in locum qui dicitur Castris: quam nunc ecclesiam, cum prædicti Sancti corpore, habēt fratres Prædicatores: sicut ab ipsis fratribus est veraciter compertum.

MARCELLVS. XXXII.

304 MARCELLVS, natione Romanus, ex patre Benedicto, de regione Via lata, sedit annis quinque, diebus viginti-duobus. Et cessauit episcopatus diebus viginti-quinque.

Hic constituit quindecim Cardinalatus in vrbe Roma, propter baptismū & sepulturas hominum.

Huic præceptum fuit à Maxētio Imperatore, propterea quòd dijs sacrificare nollet, vt iumēta & animalia custodiret. Noctu verò eius clerici eduxerūt eum de stabulo. Sed quū cōsecraret domum Lucinæ in ecclesiā, in Via lata Maxentius turbatus, de Ecclesia stabulum faciēs, ipsum

IMPERATORES. Anni à Christo nato.

profugato exercitu suo vix ipse subreptus est. Secundo autem satis fortunata secuta est victoria: nam paucis horis cæsa referuntur lxx^m. Alemanorum, ac Maximianus Augustus quinque generationes in Africa perdomuit. Diocletianus autem immediata victoria vsus, Alexandriam direptioni dedit, & Aegyptum totā direptione fœdauit. Hoc tempore dum prosperis incrementis ecclesia vbiq; per orbē dilataretur & cresceret, subito turba persecutionis increpuit. Anno ergo xix. Diocletiani, propositū est eius edictum, vt cuncta quæ in orbe erant Ecclesiæ, vsque ad solum dißiparentur, & sacræ scripturæ vbiq; igne comburerētur, omnesque qui Ecclesiis praerāt, in vinculis ponerentur, ac demum exquisitis supplicijs immolare cogerentur. Rapiebantur tunc omnes Ecclesiarū Principes, & sancti clerici, nec non & cum eis nobiles & ignobiles, viri,

 fæ-

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

fœminæ & paruuli, ita vt præ compenditorum multitudine carceres æstuarent. De morte Diocletiani & Maximiniani vide sub Marcello papa.

GALERIVS.

XXXV.

GALERIVS, *annis*
307 *duobus imperauit, cũ*
*319 *Constantino & Licinio.*

Iste Constantinus Hispaniam sib subegit: & filiam regis Britãniæ, nomine Helenam, accepit in concubinam, de qua genuit Constantinum Magnũ. Qui tandem Eboraci in Britannia obiit: & Constantinum filium suum de concubina procreatum, Imperatorem Galliarum reliquit. Qui factus Imperator, ciuibus & exercitui, & aliis acceptus fuit. Veniensq; Romam, cõtra Maxentium, quem Romani fecerãt Imperatorem (qui adeò plenus fuit vitiis, quod nullum ipsum effugeret) in signo Crucis, quod sibi ostensum est, vicit.

Hic Galerius Maximinus

PONTIFICES.

Anni à Christo nato.

ipsum sub custodia publica, vt custodiret inde animalia intus reclusit. Ibique postmodum est defunctus, & in cœmiterio Priscillæ via Salaria sepelitur.

Pręterea Diocletianus & Maximinianus post stragem innumerabilium, ad humanitatem & clementiam se conuertunt: edictúmque publicum proponunt, vt nullus Christianorum subiret interitum: sed omnes se Christianos confitẽtes, dextris oculis ferro priuarentur, vel cauterio adurerentur, vel inciso poplite debilitarentur, iisque malis affecti per omnes prouincias conquisiti, quasi pœnæ nomine in opus metalli deportarentur. Deniq; Diocletian⁹ ab inuito exegit Maximiniano, vt simul purpuram, imperiúq; deponerent: & cũ iunioribus in Republica constitutis, ipsi in priuato habitu cum eis senescerent: & sic

Anni à Christo nato. PONTIFICES.

ſic vna die Diocletianus apud Nicomediam: Maximinianus verò Mediolanum depoſuerunt imperium. Sed poſtmodũ Maximinianus cum Cõſtantino nõ potuit imperare, propter inſidias quas ei moliebatur. Marſilij eſt deprehẽſus & extinctus. Diocletianus verò Salonæ eſt defunctus.

EVSEBIVS. XXXIII.

310 *309 EVSEBIVS, natione Græcus, ex medico, ſedit annis duobus, menſibus duobus, diebus viginti quinque. Et ceſſauit epiſcopatus diebus ſeptẽ.

Huius tempore, ſicut ipſe in Epiſtola ſua ſcribit, inuenta eſt Sancta Crux Hieroſolymis. Et ideo ipſe inſtituit Inuentionẽ Sanctæ Crucis ſolenniter celebrari.

Hic hæreticos inuenit in vrbe Romana, quos per manus impoſitionem reconciliauit. Rufinus lib. x. dicit. Helena diuinis admo-

IMPERATORES. Anni à Christo nato.

minus, & Conſtantius Auguſtus pater Magni Cõſtantini in duas partes Orientis & Occidẽtis primi Romanum Imperium diuiſerunt, & Galerius Maximinus Illyricum, Aſiam & partem Orientis tenuit. Cõſtãtius verò vir ſummæ manſuetudinis & ciuilitatis, Gallia tantum, Hiſpaniaq́ contentus, Galerio ceteris partibus ceſſit. hic Galerius poſt ſe duos Cæſares elegit, Maximinum, quem in Oriente poſuit, & Seuerum. quem in Italia conſtituit. Ipſe in Illyrico conſtitutus, ſolus biennio tenuit imperium. Iſte in Orientis & Ægypti partibus maxima crudelitate & veſania tyrannidem exercebat, & ſolutus luxu, atque omnium diſſolutionũ genere fluitans, turpiſſima ſuis militibus præbebat exempla, ita vt nullum vel breue oppidum abſque adulterio nobilium matronarum, quæ per loca fuiſſent repertæ, vel corruptione virginum præteriret. Qui cùm per

Anni à Christo nato.	IMPERATORES.	PONTIFICES.	Anni à Christo nato.
	per decem annos erga nostros tam crudelis extitisset, ipsum auctorem scelerũ, vltio diuina corripuit: & ille qui letis & saginatis carnibus incedebat superbus, subito in prælatis visceribus supinatusq́; descendit in profundioribus. Deinde vulnus acceptum totos intrinsecus viscerum secessus tabe serpente depascitur. Sed cùm medici morbum non possent curare, eos iussit interfici. Quorum vnus ait ei: O Imperator, non humanus est morbus iste, nec à medicis curabitur. Sed recordare, quanta in seruos Dei egeris, & quàm prophanus Christianis extiteris, & intelliges, vnde tibi poscenda sint remedia: nã & ego quidẽ, si vis, cum cæteris mori potero, tu autem à medicis nõ curaberis. Tũc Galerius scelerum suorum immanitatẽ recordatus, se errasse confitetur, & legem scribit, vt non solũ à Christianis desinat persecutio, & arceatur omnis iniuria, verum readificari	monita visionibus, Hierosolymam petijt, atq; ibi locum, in quo sacrũ corpus Christi in patibulo affixum pepẽderat, ab incolis perquirit: qui idcirco inuentu difficilis fuit, quia ab antiquis persecutoribus simulachrũ in eo Veneris fuerat defixum, vt si quis Christianorum in illo loco Christũ adorare voluisset, Venerẽ adorare videretur: & ob hoc, infrequens, & penè obliuioni datus erat locus. Regina inuẽta Cruce, tẽplum mirificum eo loco construxit. Clauos quoq; quibus Dominicum corpus fuerat affixum, portauit ad filium. Ex quibus ille frena cõposuit, vnde vterentur ad bellum: & ex alijs galeam, bellicis vsibus aptam. Ligni verò ipsius saluatoris partẽ detulit filio, reliquam verò partem thecis argẽteis conditã reliquit in loco. Qualiter verò inuẽtũ fuit, in eius historia reperitur.	

MIL-

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

MILTIADES. XXXIIII.

312. *311. MILTIADES, natione Apher, sedit annis tribus, mẽsibus sex, diebus octo. Et cessauit episcopatus diebus septẽ. Hic constituit, vt nulla ratione ageretur ieiuniũ die Dñica, vel die Iouis: quia eos dies Pagani, quasi sacrum ieiuniũ celebrabãt.

Hugo lib. 5. Cum Cõstantinus iam vij. sui imperij annum ageret, aduersus Maxentium pessimis moribus adornatum, nõdum baptizatus, conspirante secum collega Licinio, parauit bellum. Et dum illuc pergeret, multaq; secum de munimentis belli necessitati pugnæ proximis pertractaret, vidit per soporem in cælo signum sanctæ Crucis flãmeo nitore rutilare, & Angelos sibi assistẽtes, & dicentes: Constãtine in hoc vinces. Constãtinus ergo signum quod viderat, in vexillo militari depinxit, & sic armatus cum magna spe

IMPERATORES.

ficari permittantur eorum Ecclesiæ, vt solitis cultibus & orationibus vacãtes, pro ipsius salute excelso supplicent Deo. Sed tamen instigante diabolo, non est passus per sex menses nostros in pace persistere. & protinus, quanquam potuit, noluit de Ecclesiæ perturbatione desistere. Et inter cætera quæ in nostros egerat, contingebãt acta quædam, velut apud Pilatum de saluatore nostro habita, in quibus aduersus Christũ omnis blasphemia cõscribitur: quæ acta per omnes regni prouincias edicto mitti iussit, & per vrbes singulas, per vicos, per agros proponi iubet, & tradi doctoribus puerorum, vt diutius memoriæ commendentur, dictans aduersus nos leges sculptas in tabulis æreis, quas exponi iussit singulis ciuitatibus in æternum mansuras. In his enim superbè scripsit, quod ex quo Christiani vrbibus expellerentur, & aëris leta esset temperies, abundantiæ &

Anni à Christo nato.

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

& fecunditas terræ. Nec mora, nutu Dei arescunt omnia, & non solum hominibus fructus, verum etiam pecudibus pabulũ denegatur: & tanta pestilẽtia inter homines oborta est, vt infiniti & maximè paruuli cateruatim morerẽtur. Sed tamen nostris reuera tunc temporis per Dei gratiam quã maximè omnibus mirabile fuit: nec fames in aliquo, nec lues dominabatur, & aduersarios nostros quãtum poterant, reficiebant. Tandem Galerius cum contra Licinium semel victus & à suis derelictus, exercitum reparasset, digna vltione diuina interiorum viscerũ correptus, vehementer exagitari cepit, ita vt nec in stratis recumbere posset. Tandem orbatus luminibus, est extinctus. Constantius verò piorum sanguine nunquàm est maculatus, & cultores Dei venerationi habuit & honori. Huius filius Constantinus nutu Dei constitutus est Imperator in Britan-

PONTIFICES.

Anni à Christo nato.

spe victoriç aduersus Maxentium dimicaturus, iter accelerauit. Cui Maxentius per põtem nauigans in oppositũ egressus, hostiliter occurrit. Iusserat quoq; nauibus inanibus ad decipulam compositis per fluuium sterni, & suppositis tabulis exæquari, & cùm vtrinque pugnaretur, & exercitus Maxẽtij sanctæ Crucis virtute prosterneretur, ad vrbem fugiendo remeare volens Maxentius, pontẽ, vt dixi, nauigijs compositũ offendit, & subito supersedêre naues, & ipse lapsu equi in profundũ aluei demersus: sicq; belli futuras cædes sui nefandi capitis redemit interitu. Tunc Cõstantinus vrbem Romanã triumphans ingreditur: & ita totius Occidentis imperium vsq; ad Oceanũ, venit tam ad Constantinum, quàm ad Licinium. Constantino verò in vrbe recepto, ob honorẽ triũphi, Senatus illi imagines erexit,

Anni à Christo nato. PONTIFICES.

erexit, vexillumq; sanctæ Crucis in dextra manu fecit depingi, & subtus adscribi : *Hoc est inuincibile signum Crucis Dei viui.*

Eusebius dicit, per idē tēpus, exspirante Licinio, nondum in illud vesaniæ inciderat, quo postmodū est delapsus : & profitentes sibi auctorē omnium bonorum dominum, vnā & tanquam suam legem statuunt, in qua Dominū Christianorum plenissimis laudibus prosequuntur, & ipsum totius virtutis atque boni operis auctorē profitentur, ipsumque contra tyrannum eis præstitisse victoriam, & ideo ab vniuersis eum venerandum & colendum.

SYLVESTER. XXXV.

315 SYLVESTER primus
*314 natione Romanus, ex patre Ruffino, sedit annis vigintitribus, mēsibus decem, diebus vndecim. Et cessauit episcopatus diebus

IMPERATORES. Anni à Christo nato.

Britannia, adhuc regnante Maximiano Galerio in partibus Orientis.

MAXENTIVS *Maximiani Herculij filius Romæ à Prætorianis militibus Imperator erat cōstitutus, cū adhuc in Oriētis partibus regnaret Maximianus Galerius: hic in tanta flagitiorum & scelerum versabatur fece, vt nihil facinorum pessimorum ab eius actibus esset alienū. Sub hoc passa est B. Katherina & alij plures sancti.*

CONSTANTINVS. XXXVI.

CONstātinus Imperator, imperauit annis 309
*312 *triginta, mensibus decem, diebus vndecim. Hic Magnus dictus, Christianus effectus, & licentiā dedit Christianis liberè congregari, & basilicas in honore* IESV CHRISTI *cōstrui fecit.*

His temporibus hæresis Arianorum oritur. Nicenumq; concilium à Constātino

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

*tino ad condemnandam hæresim congregatur, trecentenorum & *octo episcoporum. In quo concilio, beatus Nicolaus Mirrheorum episcopus legitur fuisse.*

*octodecim.

Donatistarũ schisma oritur, à quodã Donato Aphro, qui gradus minoritatis in personis ponebat.

Iste deuictis Maxentio, Licinio & Seuero Imperatoribus, à Syluestro papa, causa mundandi à lepra, baptizatus est. Vnde omnes Imperiales dignitates Papæ contulit: & ipse Constantinopolim transiit.

Constantinum autem in extremo vitæ suæ, ab Eusebio Nicomediensi episcopo rebaptizatum, & in Arianum dogma cõuersum esse, quidam retulerũt. Sed hoc de Cõstantino mendosè dictum est: quoniam beatus Gregorius in Registro, quũ loquitur Mauritio, eum bonæ memoriæ appellat: & In Tripartita historia, eius exitus atque acta, bona inueniũtur. Et super Psal. 14. dicit

PONTIFICES.

Anni à Christo nato.

bus quindecim. Huius præcepto, in Nicena Bithiniæ cõgregati sunt trecẽti octodecim episcopi: qui exposuerunt fidẽ Catholicã integrã. Et multa alia decreta cõstituit. Hic baptizauit Constantinũ Imperatorẽ, valida squaloris lepra perfusum, qui statim à lepra mundatus est.

Eodem tempore Constantinus Augustus fecit basilicam beato Laurẽtio martyri, via Tiburtina, in agro Verano, super arenarium cryptæ. Et vsque ad corpus beati Laurentij fecit gradus ascẽsionis & descensionis: in quo loco construxit capsulã, & exornauit eam marmoribus porphyreticis, & desuper inclusit argẽto purissimo: ornauit & cancellũ, quod põderauit* libris ducẽtis: & ante ipsum locum, in crypta posuit lucernã ex auro purissimo factã: & ante corpus beati Laurẽtij fecit Pharatantarum argenteum cum delphinis. 315

*pensetur.

Con-

Anni a Christo nato.

PONTIFICES.

Construxit etiam intra palatium Lateranense Saluatoris nostri ecclesiam, duodecim cophinos terræ propriis humeris ad fundamenta deportando. Quam ecclesiam censuit esse in toto orbe matrem Ecclesiarum.

Et etiam construxit Ecclesias beatorum Apostolorum Petri & Pauli, quas auro argentoq; locupletauit, in thecis preciosissimis ipsorum corpora recondendo.

Syluester verò post cõuersionẽ Constantini Magni, magnum conflictum à Iudæis, procurante Helena Constantini matre, Iudaizante perpessus est. In quo cõflictu, post multorum verborum altercationem: & post Tauri à beato Syluestro resuscitationem, Helena cũ omnibus Iudæis, ad Christum conuersa fuit.

Fides huius penes lectorẽ esto, qui videat annotationes.

Posteaquàm à draconis pestilentia Romam liberauit, maxima pars Vrbis bapti-

IMPERATORES.

Anni à Christo nato.

dicit ipsum beatus Ambrosius magni meriti apud Deum: quia primus Imperator viam fidei & deuotionis Principibus dereliquit. Isidorus etiã in Chronicis suis, reprobans hoc, omnino dicit eum feliciter terminasse. Vnde & Græci Constantinum in catalogo sanctorum annumerãt: & festum de ipso cum solennitate agunt, vigesimaprima die Maij. Sed ea quæ mendosè de prædicto Constantino dicta sunt, de Constãtino filio ipsius, omnia vera esse inueniuntur. Non enim verisimile est, tantæ deuotionis Principem in tantum desipuisse, vt baptismum, quem à beato Syluestro acceperat, & quo se corporaliter à lepra, & spiritualiter à peccato mundatum cognouerat: ac ipsum Christũ se vidisse in baptismo, testificatus fuerat, sic viliter vt rebaptizaretur contẽpsisset. Vnde propter eximiã quam habuit ad Christi cultũ religionẽ, & propter nimiam quam

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

quam habuit ad clerum reuerentiam, creditur hoc ab aduersariis fidei confictum esse. Nam in tantũ Christi cultum dilexit, vt mox baptizatus, Christianorũ Ecclesias mandaret vbiq; erigi. Ipse etiam in palatio suo Lateranẽsi, ad honorẽ Christi Ecclesiam, quæ nunc dicitur basilica Saluatoris, cõstruxit: vt ex hoc, vniuersitas hominum sciret, nullam in corde suo circa fidẽ Christi dubietatem, vel præteriti erroris remansisse vestigium, quem sanctus Syluester papa solenniter consecrauit. Quæ dedicatio, vsq; hodie, tanquam prima Ecclesiæ, non solum Romæ, sed etiam in circum adiacentibus ciuitatibus solenniter celebratur. Cuius consecrationis tempore, imago Saluatoris, non opere humano, sed diuino tunc primùm omni populo Romano picta in muro testudinis in mitra apparuit, quæ manet vsque in hunc diẽ. Et quum idem pontifex statuerit vbiq; in Eccle-

PONTIFICES.

Anni à Christo nato.

baptizata fuit. Quotidie enim draco, sex millia hominũ flatu suo interficiebat: ad quẽ sanctus Syluester, per centũ quinquaginta gradus cũ presbyteris descendẽs, facta oratione & signo Crucis, ipsum ligatum æreis portis conclusit, & vsque ad diẽ iudicij seris obfirmauit.

Hic Syluester cõstituit, vt nullus laicus crimẽ clerico audeat inferre. Et cõstituit, vt diaconi dalmaticis vterentur. Item constituit, vt sacrificium altaris non in serico, neq; in panno tincto celebretur, nisi tantùm in lineo, ex terra procreato: sicut corpus Domini nostri Iesu Christi, in syndone linea sepultum est.

His temporibus multę gentes in Christum crediderunt. Gens Hiberorum per quandam mulierem Christianam ab eis captam conuersa est. Similiter in India, per duos pueros Christianos Chri-

stus

stus annunciatur.

Hic in Niceno concilio, Osio episcopo Cordubensi ab Hispania, & Victori ab Italia, vices cõmisit Apostolicas.

Mortuus est in pace, & sepultus Romę, iuxta palatium Octauiani, in loco qui dicitur Ad caput.

Postquam beatus Syluester sanasset Constantinum à lepra, Constantinus scripsit epistolam ad omnes Episcopos, quam intra decreta Patrum Isidorus collocauit: quę cõtinebat modũ conuersionis eiusdem, & exaltationem Romanæ Ecclesiæ, cęremonias, & imperia & imperialia collata Syluestro. Cuius tenor talis est: In nomine sanctæ, & indiuiduæ trinitatis: Imperator, Cęsar Flauius Constantinus, sanctissimo Patri Patrũ, Syluestro, omnibusq; ei⁹ successoribus, vrbis Romę Episcopis, ac cæteris omnibus catholicis Episcopis, eiusdẽ sacro-

Ecclesiis haberi altaria lapidea: in prædicta Ecclesia non erexit altare lapideum, sed ligneum antè habitum ab Apostolis stabiliuit. Est enim altare, in quo beatus Petrus & alij successores, vsque ad tempora Syluestri celebrasse dicũtur. Tũc enim sæuiente persequutione, certa non erat in vrbe episcopalis statio: sed vbicunque poterant, siue in cryptis, siue in cœmiteriis, & subterraneis, siue in domibus virorum fidelium aut mulierũ, missam celebrabant super illud altare ligneum: quod erat concauum velut arca, habens quatuor circulos in angulis, per quos quatuor presbyteri illud ad locũ celebrationis deferebant. Et ob reuerentiam sancti Petri & aliorum sanctorum Pontificum, statuit beatus Syluester, vt nullus nisi summus Pontifex, super illud celebret: quod vsque hodie seruatur. Sed inter ipsum deposita mensa, summus Pontifex celebrat solum:

 qua

Anni à Christo nato. IMPERATORES.

quæ deponitur in cœna Domini: & non reponitur, nisi in sabbatho sancto post baptismum.

Constantinus antè Nicomedis moritur: Et paulo antè cometes apparuit.

Postquam Cõstantinus Romam cũ occidentalibus regionibus Ecclesiæ summis Pontificibus dedisset, ædificauit sibi Bizantium maritimam ciuitatem, & vocauit illam Constantinopolim de eius nomine, ornauitq; illam diuersis fabricis, & construxit in ea plures Ecclesias: quarũ vnam appellauit Trenem, aliam Apostolorum, tertiam verò dedicauit Agiæ sophiæ .i. sanctæ sapientiæ, quæ Christus est, alteram item Michaëli Archangelo. Transtulit etiã cum eo omnes penè nobiles Romanorum, & ordinẽ senatorum, cum vxoribus & liberis eorum. Vrbem quoq; Romæ cũ palatio suo, quod Lateranense dicitur, concessit Apostolis Christi Petro & Paulo, & B. Syluestro Papæ;

PONTIFICES. Anni à Christo nato.

crosanctæ Romanæ Ecclesiæ, per hanc nostram imperialem constitutionẽ subiectis: nunc & in posteris temporibus, gratia, pax, charitas, gaudiũ cum omnibus vobis. Vt ea quę Saluator noster, altissimi filius per sanctos Apostolos suos Petrum & Paulum, interueniente Patre nostro Syluestro, mirabiliter operari dignatus est, ad agnitionem omnium populorum, liquida enarratione propagarẽtur, studuit nostra benignitas. Nam cũ validissimi squaloris lepra carnẽ meã inualuisset, nec aliquis medicorum curam adhibere posset: aduenerunt sacerdotes Capitolij dicentes, fontẽ in Capitolio debere fieri, atq; innocentum sanguine cõpleri, meque calente eo, lotũ posse mũdari. Itaq; secundũ eorũ dicta, aggregatis plurimis innocentibus infantibus, dum vellent sacrilegi Paganorũ sacerdotes, eos mactare,

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

ctate, & eorum sanguine fontem replere: cernens serenitas nostra lachrymas matrum eorum, ilico facinus exhorrui, misertusq; eis, proprios illis restitui filios præcepi. datisq; vehiculis, & donis cõcessis, gaudentes ad propria relaxaui. Eadem ergo transacta die, nocturno nobis silētio facto, dum somni tempus aduenisset, adsunt Apostoli Petrus & Paulus, dicentes mihi: Quoniam in hoc flagitio non consentisti, & effusionem sanguinis innocētum horruisti, missi sumus à Christo Domino, dare tibi sanitatis recuperandæ consilium: audi ergo & fac. Syluester Episcopus ciuitatis ad montem Syrapti persecutiões tuas fugiēs, in cauernis petrarum cum suis clericis latebras fouet: hunc cũ ad te adduxeris, ipse tibi piscinam pietatis ostendet, in qua dum te tertio immerserit, omnis te valitudo lepræ deseret.

Quod

IMPERATORES.

Papa; & sanciuit, & instituit testamento, vt omnia quæ ad Ecclesiam pertinēt, Romani Episcopi in dispositionem accipiāt. Sed & per totum Romanum imperiū priuilegia singulis ciuitatibus dedit, vt omnis populus Christianus sub Episcoporū ordinatione liberè domino deseruiat. Ex lib. Cosmographiæ. Sic ergo imperij dignitatem Constātinopolim transtulit, instituens vt totius caput esset Orientis, & ad imperij Romani memoriam noua Roma diceretur. Sed Karolus Magnus Pipini Francorum Regis filius Græcorum imperium transtulit ad Romanos, scilicet
anno Domini dcccj. & à 81
Leone Papa, & omni populo Romano decretum accepit, vt ipse Imperatoris nomen indueret & Augusti. Item eodē lib. Apud Principes Alemaniæ Imperatorum est electio: Electi apud Papam confirmatio & consecratio, & à solo papa in latere basilicæ S. Petri consecratur

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

cratur noua discretione Imperator nominatur vt Dominus, consecratur vt non Dominus. Denique incredibile est; quanto beati Cōstantini studio, sancta per totum orbem creuerit Ecclesia, & quanta cura erga sumptum ædificandarū Ecclesiarum fuerit ardens: nā edicto publico præcepit, vt populus Episcopis ministraret de regali fisco, vnde perficerentur Ecclesiæ. Sed Licinius nostrorum prosperis processibus inuidens, qui sororem Constātini duxerat, & socius imperij ab eo ascitus fuerat, bellum parat, & primo iubet, vt quicunque Christianus esset, de palacio suo exiret. Post edicto statuit, vt qui se Christianos profiterentur, in carcerem traderentur. Denique omnes qui contaminatis sacrificiis non acquiescerent, non suppliciis iubebat tradi neq; tortoribus, vt prædecessores sui, sed eos suspensos, dissipatosque, & in partes diuisos in mare, & paludes piscium

PONTIFICES.

Anni à Christo nato.

Quod cùm factū fuerit, hanc tu vicissitudinē Saluatori tuo rependе, vt per orbem totum ecclesię restaurētur: te autem in hac parte sanctifica, vt omniū Idolorū superstitiōe postposita, Deum vnum, qui solus est verus, adores & excolas. Exurgens ergo à somno, aduocato magnifico Patre, & illuminatore meo Syluestro, omnia dixi verba mihi à sanctis Apostolis præcepta, percunctatusque sum eu, qui essent isti dij, Petrus & Paulus. Ille verò ait: Nō eos verò Deos dici, sed Dei Apostolos, saluatoris nostri Iesu. Rursum interrogaui illum: Num illorum imagines haberet expressas, vt ex pictura disceremus eos esse, quos reuelatio docuerat. Tunc idem Pater imagines Apostolorū per Diaconum suū exhiberi præcepit; quas dum aspicerē, & illorum, quos in somno videram, vultus in eis figu-

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

figuratos agnoscerem, ingēti clamore corā omnibus satrapis meis confessus, eos esse quos in somno videram. Ad hoc beatus Syluester indixit mihi pænitentię tempus, intra Palatium meum Lateranense in vno cilicio, vt omnia quæ à me impiè peracta, & iniustè disposita fuerant, vigiliis, & ieiuniis, lachrymis, & orationibus apud Deum relaxari impetrarem. Deinde ad ipsum Præsulem veni, ibi abrenunciās Sathanæ, pōpis & operibus eius, credere me in Deū Patrē, & Filium, & Spiritū sanctū, spōte coram omni populo sum professus: benedictoque fonte, me terna mersione vnda salutis purificauit, positusq; in fontis medium, manum de cælo contingentē me vidi, propriis oculis, de quo mundus exurgens, me ab omni leprę squalore mūdatum agnoscite. Igitur leuatus de sacrofōte, vtile iudi-

IMPERATORES.

Anni à Christo nato.

piscinū iubet proiici. Ac tandem Licinius post stragem multorum habito conflictu cum Cōstantino in Luchiun circa Crisopolim victus comprehenditur, & apud Thessalonicam capite trūcatur, anno regni sui xiiij. vitæ verò suæ anno ferè lx. quo mortuo, mira bellorum fœlicitate Romanum imperiū solus tenuit Constantinus. Sub hoc Licinio passi sunt multi martyres. Huius Constantini tēpore Arrius presbyter quidam apud Alexandriam, specie quidem religionis, sed gloriæ, ac laudis & nouitatis improbè cupidus, praua quædam de fide Christi proferre cœpit, & à substantia patris filium separare. Prædicabat enim filium creaturam esse, & spiritum sanctum ab eo creatum addebat. Et cum has faceret Arrius inter Patrē & filium & spiritum sanctum differentias, Alexander eius vrbis Episcopus ei resistebat. Et cum illum reuocare nō posset, expulit eū ab

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

ab Ecclesia sancta. Ille verò cōtra eum seditionem excitauit. Quod audiēs Cōstantinus, coadunari fecit sanctā synodum apud Niceā Bithyniæ vrbē, incarnationis anno Dominicæ 325. cōuenerūntque ibi cccxviij. Episcopi. Et hæc, est prima synod⁹ sancta vniuersalis tēpore Syluestri papæ. Veruntamē ipse Papa in cōsilio nō fuit propter senectutis imbecillitatē: sed adfuerunt pro eo Vitus & Vincentius Romanæ Ecclesiæ presbyteri. Adfuerunt etiam ex apostolicis sedibus Macharius Ierosolymitanus, & Eustachius, Antiochensis, & Alexander Alexandrinus, honorabiles Patriarchæ. Constantino Imperatore sedente in medio, opinione commoti philosophi quoque & Diaconi cupientissimi conueniūt: Inter quos quidam philosophus insignis cum episcopis nostris & Diaconis eruditis conflictum quotidie mouebat, nec concludi à quoquam poterat nec constringi, eis dicēdi arte

PONTIFICES.

Anni à Christo nato.

iudicaui, vnà cum satrapis meis & vniuerso senatu, amplius quàm nostrū imperiū, & terrenū thronum, sedē sacratissimam beati Petri gloriosè exaltari; tribuentes ei potestatem, & honorificentiā imperialē detinentes, sancimus; vt principatū teneat tam super quatuor præcipuas sedes, scilicet, Antiochenā, Alexandrinā, Constantinopolitanā, & Ierosolymitanam, quàm super omnes in orbe terrarum Dei Ecclesias: & qui pro tēpore Pōtifex eiusdē Romanæ Ecclesiæ extiterit, excelsior & princeps cunctis sacerdotibus totius mundi existit: & quantū ad ea quæ ad cultum Dei, vel Christianorū fidei stabilitatem procreāda sunt, disponat: Iustum quippe est, vt ibi lex sancta caput teneat principatus, vbi sanctarum legum institutor Iesus, beatū Petrū Apostolatus pręcepit obtinere cathedram: vbi & crucis pati-

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

patibulũ sustinens, beatæ mortis poculum sumpsit, suique Domini & magistri imitator apparuit: & gentes ibi pro Christi nomine colla flectant, vbi doctor eorum B. Paulus pro Christo extenso collo est martyrio coronatus. Ibi proni & humiliati cælestis Regis famulẽtur officio, vbi superbi terreni Regis seruiebant imperio. Interea nosse volumus omnẽ populum per orbem terrarum, construxisse nos intra palatiũ nostrum Lateranense, Saluatori nostro Ecclesiam à fundamentis, cum baptisterio, & de fundamentis eius secundum numerum Apostolorum, xij. cophinos terræ onustatos proprijs humeris asportasse. Quam sacrosanctam Ecclesiam, caput ac verticem omnium Ecclesiarũ per vniuersum orbẽ dici, coli, ac prędicari sancimus. Construximus itaq; Ecclesias Petri & Pauli primorum

IMPERATORES.

Anni à Christo nato.

arte obiectis quomodolibet occurrebat. vt vbi maximè putaretur astrictus, velut anguis lubriciter elaberetur. Sed vt ostẽderet Deus, quia non in sermone est regnum Dei, sed in virtute, quidam ex confessoribus, simplex vir, & nihil sciens, nisi Iesum Christum, & hũc crucifixum, videns philosophum nostris insultantem, poscit ab omnibus locũ cum philosopho sermocinandi. Quod cùm sibi concessum fuisset, inquit: In nomine Iesu Christi, philosophe, audi quæ vera sunt. Deus vnus est, qui omnia quæ videtur virtute verbi sui creauit, & spiritus sui satisfactione formauit. Hoc verbũ quod nos filiũ dicimus, humanos miseratus errores ex virgine nascitur, & morte sua nos à morte liberauit: quẽ expectamus iã resuscitatũ iudicẽ omnium quæ gerimus, esse vẽturum. Credis hoc ita esse philosophe? At ille, quasi nunquàm vllum sermonem contradicendi didicisset: ita

 stupe-

Anno à Christo nato. IMPERATORES.

stupefactus virtute dictorum mutus ad omnia, hoc solum potuit respondere, ita sibi videri, nec aliud verum esse, quàm quod dixerat. Tunc senior: si hoc, inquit, ita esse credidisti, surge & sequere me, & huius fidei signaculum suscipe. Ille autem conuersus ad discipulos suos, vel ad eos qui audiendi gratia conuenerant, Audite, inquit, ô eruditi viri, quã diu verbis gesta res est, verbis opposui, & quæ dicebantur, dicendi arte subuerti. Vbi verò pro verbis virtus processit, ex ore dicentis, non potuerũt resistere verba virtuti, nec homo Deo potuit aduersari: & ideo siquis vestrum potuit, in his quæ dicta sunt, sentire quæ sensi, credat Christo, & sequatur hunc senem, in quo locutus est Deus. Ita Philosophus Christianus effectus, se victum fuisse gratulatus est. Cassiodorus in historia tripartita. Volentibus etiam quibusdam philosophis, cum Alexãdro Episcopo Constantino-

PONTIFICES. Anno à Christo nato.

rum apostolorum, quas auro & argento locupletauimus: vbi & sacratissima eorum corpora cum magno honore reconden tes, thecas eorum ex electro, cui nulla præualet fortitudo elementorum, construximus: & crucem ex auro purissimo & gemmas pretiosas per singulas eorum thecas posuimus, atque clauis aureis confiximus. Igitur sanctis Apostolis Dominis meis, & per eos etiam B. Syluestro Patri meo, & vniuersali papę, omnibusque eius in sede B. Petri successoribus, Pontificibus, imperij nostri Palacium Lateranense cõcedimus, & tradimus, quod omnibus in orbe palacijs præfertur atque præcellit. Deinde diadema capitis nostri, simulq; Phrygium & superhumerale, quo imperiale circundari solet collum, & chlamidẽ purpuream, tunicamq; coccineam & omnia Imperialia

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

rialia induméta, & omnē processionem imperialis dominij, & gloriam potestatis nostræ: Et quéadmodum imperialis pôtétiā diuersis officiis cubiculariorum, & hostiariorum, & omnium excubitorum ornatus, ita & sanctam Romanam Ecclesiā decorari volumus: & vt ita amplius Pôtificale decus præfulgeat, decernimus. Et pro huius erectione Ecclesię clericis ex linteaminibus, ex candidissimo colore equos decorari eorum, ac ita equitare decreuimus, & hoc vt pater venerabilis pater Syluester, & omnes successores eius, pontifices, diadema quod ex capite nostro illi concessimus, ex auro purissimo, & gēmis preciosis vti debeāt, & in eorum capite ad laudem Dei pro beati Petri honore gestare. Ac ipse beatissimus Papa super coronam clericatus quā gerit, omnino ipsa ex auro non

IMPERATORES.

Anni à Christo nato.

tinopolitano disputare, iussit imperator, vt carcerem susciperet. Qui quamuis simplex esset, suscipens iussit omnes preter vnum tenere silentium. Cui & ait: In nomine Domini nostri Iesu Christi impero tibi, ne loquaris, qui statim mutus factus est.

CONSTANTINVS. XXXVII.

Constantinus cum Cōstante & Constantio fratribus, vigintiquatuor annis imperat. 361 *340

Hi, filij Cōstantini Magni fuerunt. His fratribus dimicantibus, Romanæ vires consumuntur.

Postea solus Constantinus triumphans imperiū tenuit, & Christianus fuit: quem duces fratris sui Cōstantij peremerūt. Et deniq̄ Imperio assumpto, Constantius Arianus effectus, Christianos toto orbe prosequitur Cuius etiam fauore fretus, Arrius dum Constantinopolim ad Ecclesiam pergeret,

Anni à Christo nato. non est passus vti corona; Phrygium verò candido nitore splendidius, resurrectionem dominicam designans, eius sacratissimo vertici nostris manibus imposuimus, & tenentes frenum equi ipsius pro reuerentia B. Petri stratoris officium eius exhibuimus, statuentes eodem Phrygio eius successores omnes vti in processionibus, ad imitationē imperij nostri; vt & Pontificalis apex non vilescat, sed amplius quàm terreni imperij dignitas & gloriæ potentia decoretur: Ecce tam palatiū nostrum vt prælatum est, quàm vrbis Romę, & omnis Italiæ, seu Occidentalium regionum prouincias, loca & ciuitates, Patri nostro Syluestro, eiusque successoribus decreuimus disponendum, ac iure Romanæ Ecclesiæ permanendum. Vnde congruū prospeximus, nostrum imperiū, & regni potestatem Orientalibus regionibus transferri, & in Bizātij prouincia in optimo loco, nomine nostro ciuitatem ædificari, & illic imperiū nostrum constitui; quoniam vbi principatus sacerdotum, & Christianæ religionis ab Imperatore cælesti constitutus est, iustum non est, vt Imperator terrenus habeat potestatem. Deniq; coram Deo, qui nos regnare pręcepit, & coram terribili eius iudicio, ob testamentū per hoc imperiale nostrū cōstitutum, omnes successores nostros, Imperatores, & cunctos optimates, & vniuersum populum in nostro imperio, vlli quocunque modo licere, hæc quæ à nobis Imperiali sanctione sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, & eius Pontificibus concessa sunt, refragari, aut confringere, vel in quoquam conuellere. Si autem in hoc contēptor aut temerator extiterit, æternis condemnationibus subiaceat innodatus, & sanctos Dei Principes Apo-

Anni à Christo nato. PONTIFICES.

stolorum Petrum & Paulum sibi in vita præsenti, & in futura sentiat cõtrarios, atque in inferno inferiori concremandus cũ diabolo & omnibus impiis deficiat. Huius verò imperialis decreti nostri paginã propriis manibus roborantes, super corpus beati Petri posuimus, eidem apostolo Dei inuiolabiliter obseruare spondentes, & nostris successoribus Imperatoribus obseruanda in mandatis relinquimus.

MARCVS. XXXVI.

338 *336 MARCVS, natione Romanus, ex patre Prisco, sedit annis duobus, mensibus octo, diebus viginti.

Hic constituit, vt episcopus Hostiẽsis, qui Papam cõsecrat, pallio vteretur: & vt symbolum in Missa, alta voce cantaretur.

Sepultus est apud sanctum Petrum.

IV-

IMPERATORES. Anni à Christo nato.

gereret, aduersus nos dimicaturus de fide: diuertens per forum Constantij ad necessariam causam, viscera eius repentè simul cum vita, effusa sunt.

Donatus, artis Grammaticæ scriptor, ac præceptor Hieronymi, illustris habetur.

Antonius monachus moritur.

Ossa beati Andreæ Apostoli, & beati Lucæ Euangelistæ, Constantinopolim transferuntur.

Hic Constantius exulauit defensores fidei, scilicet Athanasium Alexandrinũ, Eusebium Vercellensem, qui postea reuocati sunt: & Hilarium. Dionysius autem Mediolanensis, & Paulinus Treuerẽsis in exilio obierũt.

Huius Constantij timore Iulianus apostata, ne occideretur ab ipso, factus est monachus. Fuerat enim nepos Magni Constantini, de fratre eius procreatus.

Vnde quum iam fratrem Iuliani interfecisset, Iulianus

IMPERATORES.

nus, timens ne idē sibi faceret, primū monachus factus, deinde fugiens per diuersas prouincias, magos & hariolos, vt si Imperator fieri posset, requirebat. Cui quū quodam mago mediante dæmon apparuisset, accepta ab ipso Christianæ fidei renūciatione, ipsum futurum Imperatorem prædixit.

IVLIANVS. XXXVIII.

365 *364 *IVLIANVS, imperauit annis duobus, mensibus octo.*

Hic Iulianus apostata fuit.

Huius tēpore beatus Martinus relicta militia floruit.

Iste nepos Constantini fuit, qui tantùm imperium concupiuit, vt etiam Christianam religionem dimitteret.

Hic tā secularibus quàm Diuinis libris eruditus, à fide, & à vita monastica declinauit: qui à Constantio, Cæsar factus est, Cōtra Gallos & Alemanos missus, ipsos subie-

PONTIFICES.

IVLIVS. XXXVII.

IVLIVS natione Romanus, ex patre Rustico, sedit annis vndecim, mēsibus duobus, diebus octo. Et cessauit episcopatus diebus quindecim. 340 *336

Hic constituit, vt nullus clericus ad causam ducatur in publico, nisi in Ecclesiam.

Sepultus est in cœmiterio Calipodij, miliario tertio ab Vrbe.

Ruffinus: Discussis assertionibus Arrij, decretū est Homousion scribi debere, & eiusdem cum patre substantię filium confiteri. xviij. tunc soli fuisse dicūtur, quibus fides Arrij magis placeret, quorum sex soli patiuntur cū Arrio repelli, reliqui verò xj. concilio inter se habito acquiescunt ad scribendū sola manu, nō mēte: cuius simulationis actor fuit Eusebius Nicomedis Episcopus. Exemplum expositionis fidei illorum, qui ibi

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

adfuerunt, catholici, hoc est: Credimus in vnum Deum, Patrem omnipotentem, omnium visibilium & inuisibilium factorem, & vnum dominũ Iesum Christum filium Dei, ex patre natum vnigenitũ, id est, ex substantia patris Deum verum ex Deo vero, natum, non factum, homousiõ patri, hoc est, eiusdẽ cum patre substãtiæ: per quẽ omnia facta sunt, & quæ in cælo & quæ in terra. Qui propter nos homines & propter nostrã salutẽ descendit de cęlo. Et incarnatus est, homo factus, passus est, resurrexit tertia die: & ascendit in cælos, inde venturus est iudicare viuos & mortuos. Et in spiritum, sanctum. Eos autem qui dicunt, erat, quãdo non erat, aut, non erat, antequàm nasceretur, aut quia ex non exstantibus factus est, aut ex altera substantia vel essentia dicunt esse, aut creatum aut con-

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

subiecit. Ex his elatus, cõtra Cõstatiũ Augustũ se erexit.

Post mortem autem Constãtij factus Augustus, Christianos persequi cœpit. Honoribus eos primò magis alliciens, quàm tormentis, ad idololatriam. Demum varia edicta contra Christianos statuens, multi sunt martyrio coronati. Inter quos Paulus & Ioãnes, (Constantia magni Constantini fuẽre cubicularij. Item Cyrillus diaconus, & multi alij, terra mariq; perẽpti sunt.

Ipse etiam Iudæis licentiam dedit, templum Hierosolymis readificandi: qui ex omnibus partibus cõgregati, quod magno labore cõstruxerant, per terra motũ funditùs destructum, locum & opus deseruerunt.

Quum verò contra Persas ad bellum processisset, transiens per Cæsareã Cappadociæ, multa opprobria beato Basilio illius ciuitatis episcopo, & Christianis fecit, & comminationes futuras inferens, beatus Basilius

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

filius orans & ieiunans cũ Christianis, vidit beatam Virginem præcipientẽ Mercurio militi, dudum antè in quodam monasterio sepulto, vt se & filium eius de Iuliano vindicaret. Quod & factum est. Et blasphemando, expirans clamauit: Vicisti Galilæe, vicisti.

Hic fuit filius Constantij, qui erat Germanus Magni Constantini, qui habebat duos Germanos, scilicet Dalmatiũ & Constantiũ, ex eodem patre, sed non ex eadem matre. Et hic Constantius habuit tres filios, scilicet Cæsarem & Gallũ, & hunc Iulianum Apostatam. Hic barbam prolixam portabat adeo, vt eum philosophi Athenienses deriderent hoc modo: Tondeatur eius barba, vt ad funes proficiat. Hic etiam sacrificiis, inuocationibus, & immolatione sanguinum, nostrum baptisma studuit aboleri: nostris eũ adeuntibus, quod nimis grauarentur tributis, & exactionibus, reprehendit

PONTIFICES.

Anni à Christo nato.

conuertibilem filium Dei hos tales anathematizat Catholica & Apostolica Ecclesia. Et plurima ibi statuta fuerunt: hoc factũ est adhuc viuente Constantino Augusto.

Huius tẽpore floruit Athanasius, sanctus Paphnutius, Eusebius Cæsariensis, beatus Nicolaus, sanctus Hilarius Pictauiensis, Victorinus rhetor, sanctus Hilarion, sanctus Epiphanius: item Ioannes Chrysostomus, & multi alij eremitæ & sancti, vt Sysonis & Pastor abbas.

Floruit & beatus Maximinus in Treueri, qui sanctum Athanasium Alexandrinæ ciuitatis episcopum, fugientem à facie Constantij Imperatoris, recepit: ibique Symbolum, Quicunq; vult, composuit.

De Hilario Pictauiensi solet dici, quòd Leo hæreticus papa dixerit Hilario: Tu es Gallus, sed non

non de Gallina. Et ipse *debuit respōdisse: Tu es Leo,
sed non de tribu Iuda. Et quòd in concilio, nullo sibi * tri-
assurgente, dicēdo, Dñi est terra: volens in terra resi- buitur
dere, terrā se erexit. Quod etiā Papa sibi minàti, sicut
prædixerat Hilarius, subitò expirauit: in nullis Chronicis inuenitur, maximè cum suo tēpore, nullus papa
Leo vocabatur: nisi fortè Liberius papa, qui Constantino hæretico & suis fauebat, Leo alio nomine dictus
sit: vel fortè aliquis alius falsus papa, dictus fuit tunc,
eo nomine.

Iulius verò papa post exilium decem annorum, &
post multas tribulationes quas à Constantino perpessus est: post mortem eius, ad sedem beati Petri cū
gloria reuersus est; & duas basilicas fecit, vnā in foro, & aliam sancti Valentini, via Flaminia.

LIBERIVS. XXXVIII.

LIBERIVS, natione Romanus, ex Patre Augusto, sedit annis sedecim, mensibus septem, diebus tribus. Et cessauit episcopatus diebus viginti quinque. 355 *351

Hic de regione Via lata, in exilium deportatus est
à Constantio Augusto. Eo quod noluit hæresi Arianæ consentire. Et fuit in exilio annis *tribus. Quo in *Aliud exēplar habet, quatuor
exilio existente, clerus Romanus de consilio dicti
Liberij ordinauerunt Felicem presbyterum in papam, virum venerabilem. Quo Felice celebrante concilium, inuenit inter *eos duos presbyteros Ariana *esse
hæresi infectos, necnon Imperatoris Constantij familiares, videlicet Vrsacium & Valentem. Et eiecit
ipsos de concilio quadraginta octo episcoporum.

Post paucos autem dies prouocati contra Felicem,

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

rogauerunt Constantium, vt reuocaret Liberium de exilio, tanquam ipsis magis consentaneum. Liberius autem, vt præceptis Imperatoris hæretici assensum dedit, de exilio est reuocatus.

Imperator verò conuocato Concilio cum hæreticis Arianis, & cum Vrsatio & Valente, Felicem de papatu, quia erat Catholicus, eiecit: & Liberium reuocauit, quia sibi & Arianis consenserat: & in sede reposuit: & sic infelix Liberius basilicam sancti Petri, & Pauli, & sancti Laurentij, vi tenuit sex annis.

Et tunc fuit persequutio magna in Vrbe: ita vt clerici Liberio contrarij, martyrio coronarentur.

Passus est & tunc presbyter Eusebius, in Vrbe: quia Liberium esse hæreticum declarabat.

FELIX XXXIX.

369 *355 FELIX, natione Romanus, ex patre Anastasio, sedit anno vno, diebus nouem.

Hic fuit Catholicus. Et constituit, vt episcopus vocatus ad Concilium, veniat.

Hic declarauit Constantium, filium Constantini, esse hæreticum, & secundò rebaptizatum, ab Eusebio, Nicomediensi episcopo. Et propter hoc, ab eodem Constantio, de papatu depositus: & capitis decollatione, martyrio coronatus.

DAMASVS XL.

370 *366 DAMASVS primus, natione Hispanus, ex patre Antonio, sedit annis octodecim, mẽsibus duobus, diebus decem. Et cessauit episcopatus diebus triginta & vno.

Hic elegãs in versibus cõponendis ingeniũ habuit. Multaque & breuia opuscula heroico metro edidit.

Huic

PONTIFICES.

Huic sanctissimo viro beatus ille Hieronymus multa Ecclesiasticæ religionis scripta emisit. Inter quæ duos versus scripsit, Gloria Patri & Filio, & Spiritui sancto, Sicut erat in principio & nunc & semper, & in secula seculorum : quos post Psalmos voluit canere.

Octogenarius sub Theodosio moritur Damasus.

Hic etiam instituit, vt Psalmi die noctuque cantarentur : & vt chori, in duas partes diuisi, alternatim cantarent.

Hic multa sanctorum corpora requirens, inuenit: quorum tumbas, versibus decorauit.

His tẽporibus in India floruit Iosaphat, filius Regis, eremita factus: & Barlahã, qui ipsum conuertit.

Huius Iosaphat pater fuit Rex Auernus, diues, idola colens, Christianos persequens, & nato sibi dicto filio, cõuocauit pater, lv. Astrologos, qui sibi di-

IMPERATORES. Anni à Christo nato.

dit eos, dicens: vestrum est, vt mala sustineatis, hoc est enim præceptum Dei vestri. Eo quoque sacrificante, ostensum est ei in visceribus pecudis signum crucis, corona circũdatum, quod aliis interpretantibus super crucifixi victoria, ipse respõdit: Crucifixum potius arctari, nec ei reliquit spacium dilatandi, Iudæis verò placere volens, sicut & gentilibus, præcepit eis, vt templum suum reædificarent. Quibus in hoc opere nihil proficiẽtibus, quicquid enim de die fecerant, de nocte cadebat, & tribus diebus continuis idipsum fiebat, quarta die apparuit in cælo signum crucis splendidum, & Iudæorum vestes crucis signaculo sunt repletæ, & nullo modo poterant aboleri. Inde territi Iudæi, & gentiles, locum similiter & cœpta inaniter derelinquunt. Mortuus est anno ætatis suæ xl. blasphemando, vt dictum est supra.

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

IOVINIANVS. XXXIX.

367 *366 IOVINIANVS, *imperauit mẽsibus septem. Iste Christianus fuit, & cum Sapore rege Persarum, corpus Iuliani in pace sepeliuit.*

Hic erat vir fortis, & nobilis, & illo tempore quo Iulianus militibus legem imposuit, vt aut sacrificarent, aut militia caderent, magis elegit cingulũ amittere, quam imperio Imperatoru obedire. Hunc tamen Iulianus ad bellum proficiscens propter necessitatẽ belli inter viros habuit militares, qui cùm violẽter post Iulianum à militibus ad Imperium traheretur, dixit se non velle paganis hominibus imperare, cum ipse existeret Christianus. Cuius vocem secuti omnes cũ proclamassent, dicẽtes, se Christianos esse, accepit imperium

VALENTINIANVS. XL.

368 *367 V*Alentinianus, cum fratre Valente, annis vnde-*

PONTIFICES.

Anni à Christo nato.

bi diceret de puero, qualis futurus esset. Inter quos vnus excellentior, ait Regi: O Rex, existimo ipsum Christianos non persecuturum, religionẽ fore sumpturũ, nec puto quod sua spe ipse priuetur. Quare Rex contristatus puerum fecit in palacio nutriri, & includi, & omnes Monachos à regno suo fecit sub pena ignis & gladij expelli. Et tandem cùm puer adoleuisset, & variis sciẽtiis instructus fuisset, & eo interrogante, percepisset à quodam suo pędagógo, cur sic inclusus teneretur, obtinuit à patre, vt liberè incederet, vbi vellet. Vnde reuelatione diuina Barlaã monachus egressus de heremo terrę Sennaar, mutato habitu, negotiatorẽ se simulãs venit ad Iosaphat, quẽ suis prędicationibus occultè cõuertit. Hic Iosaphat tandem Patrem conuertit, & de sacro fonte leuauit, & post

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

post ad heremũ conuolauit. vbi xxxv. annis Angelicam ducens vitã, eandem in magna pænitentia transigẽs, & tandem accepit vitam æternam.

Tunc etiam Zosimas senex in monasterio Palestinæ, transiens Iordanẽ, & xx. dierũ iter peragens: Mariam Ægyptiacã in heremo inuenit, nudã; quæ se confessa est esse mulierem, ipsumque, quẽ antea nũquàm viderat, suo nomine appellauit, & eius cooperta pallio, ab eoque monita, patriam, genus, & vitam est confessa, dicens se Ægyptiacã natiõe, & anno ætatis suæ xij. parentes & patriã dereliquisse, & in Alexãdria ciuitate xviiij. annis & amplius publico loco, carnis suæ pudorẽ omnibus volentibus tradidisse. Postea verò ait se Ierosolymam peruenisse, & ibi ingressum templi, licet ter tentaret, non meruisse. Quare compuncta, beatę vir-

IMPERATORES.

Anni à Christo nato.

vndecim imperauit.

Iste Christianus fuit, & Cybalensi Pannoniæ editus.

Hic sub Iuliano Augusto, quum fidem Christianitatis gereret integram, & scutariorum tribunus esset, mandato accepto sacrilegi Imperatoris, vt aut immolaret idolis, aut omnino militia cederet, militiam sponte dimisit.

Sed postea, Iuliano diuinitùs interfecto, Iouinianoq; mortuo: qui pro nomine CHRISTI *amiserat tribunatum, persequutori succedens suscepit Imperiũ.*

Hic Saxones, gentem in Oceani littoribus virtute & agilitate Romanis terribilẽ, subiugauit.

Anno verò Imperij sui vndecimo, quum Sarmatæ sese per Pannonias diffudissent, easq; vastarent: & dum bellum aduersus eos pararet, apud oppidum Strigoniense fluxu sanguinis subito expirauit.

Fuit autem Imperator egregius, vultu decẽs, solers inge-

Anni à Christo nato. IMPERATORES.

ingenio, sermone cultißimus, quanquam in loquendo parcus.

Hic fratrem suum Valentem, qui postea cum filio suo Valentiniano imperauit quatuor annis, volentē persequi Christianos, eo quòd Arianus esset: tempore quo vixit, compescuit.

Huius Valentiniani tempore, & etiam hortatu, factus est sanctus Ambrosius archiepiscopus Mediolanensis.

VALENS. XLI.

379 *378 VALENS, *cum Gratiano & Valentiniano, annis quatuor imperauerunt.*

Isti tres, Imperiales dignitates optimè Romæ tenuerunt, & actus Romæ fecerunt.

Hoc etiam tempore Ambrosius Mediolanensis claruit.

Anno Valentis Imperij tertio, quo imperauit Constantinopoli, quatuor gentes, scilicet, Gothi, Hypogothi, Ge-

PONTIFICES. Anni à Christo nato.

virginis auxilium implorauit, & sic ingressum meruit. Dicebat præterea ad Zosimam: lx. anni sunt, vt existimo, ex quo ciuitaté Ierusalem sum egressa, & duos panes, cum dimidio Iordanem transiens, mecum tuli, ex quibus modicum comedens aliquot annos transegi, & ex hinc herbas deserti comedi, vestimenta mea dirupta, & putrefacta sunt: à pruinis hyemalibus, & æstiuis ardoribus valde sum tribulata, cibiq́ue, & potus, & vestimentum est mihi verbum Dei: quoniã non in solo pane viuit homo, sed ex omni verbo quod egreditur ex ore Dei: & dixit se nunquam literas didicisse, sed dixit: Verbũ Dei semper viuẽs omnẽ docet hominẽ. Et ad preces eius abiens Zosimas, reuoluto anno hora vespertina in cœna Dominica, corpus Domini nostri Iesu Christi sibi detulit. Quæ stans secus ripam

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

pam fluminis, ipsum pede sicco transiit, & sacrosancta mysteria suscipiẽs, manus ad cælos extendens, ait: Nunc dimittis, s.t.d.s.v.t.i.p. Quia viderunt o.t.s.t. Et transacto anno Zosimas ad locum rediẽs, corpus sanctæ mulieris exanime inuenit, & dolens quia nomen eius non inquisierat, mox vidit literam in terra descriptam, in hęc verba: Sepeli Abbas Zosima miserum corpusculum Mariæ, & redde terræ puluerẽ suũ, & ora pro me ad dominum, cuius pręcepto, mẽse sum Aprili assumpta de hoc seculo. Zosima verò se ne non valente terrã fodere, astitit leo, qui pedibus terram fodit, & sic eam sepeliuit.

Floruit & Apollinaris Antiochenus, in Scripturis sacris eruditissimus: quẽ beatus Hieronymus reuerenter audiuit.

Beatus Ambrosius Mediolani ordinatur episcopus. Om-

IMPERATORES.

Anni à Christo nato.

Gepides & Vandali, vnam linguam habentes, nomine tamen diuersi, bipartito agmine Danubium transierunt.

Hic Valens Arianus existens, & multas Christianis persequutiones faciens, à Gothis in bello peremptus est.

Hic legem dederat, vt monachi militarent. Nolentes verò fustibus fecit interfici.

Valens Nigromanciam legi fecit, perscrutans quis post eum imperaret. dæmon autem quatuor literas demonstrauit. T E O D. *Imperator autem. zelo ductus, huius nominis multos nobiles occidit, putãs eos tyrannidem velle assumere: quare multi sua nomina mutauerunt, negãtes cum iuramẽto quæ prius habuerunt. Hic Imperator amisso bello, cũ in Turcia saucius fugeret, ad cuiusdam villulæ casam deportatus, qui persequentibus barbaris, & domo incensa omniũ caruit sepultura.*

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

GRATIANVS. XLII.

383 GRATIANVS *cum fratre suo Valentiniano & Theodosio annis sex imperauerunt.*

Per idem tempus, Christianorum templa, iubente Theodosio, destructa reficiuntur.

Hic Gratianus, quū inæstimabilem hostium multitudinem contra se cerneret: apud Argentinam, oppidum Galliæ, fretus CHRISTI *potētia, feliciter deuicit. Nā plus quàm triginta millia Gallicorum perierant.*

Hoc ipsi cultura veræ fidei contulit. Nam quū vsq; ad ipsius tēpora, Italia hæresi Ariana langueret, ad veram & Catholicam fidē redire fecit.

Fuitq; Gratianus literis instructus: parcus cibi somniq;, ac libidinis victor, cunctisq; plenus bonis obijt.

Ab his Imperatoribus Maximus in Britanniam missus regis Oceani filiam in coniugem accepit, regniq; dia-

PONTIFICES.

Anni à Christo nato.

Omnes in Italia, ad fidem rectam conuertuntur.

Notandum, quòd cùm Ambrosius infans dormiret, os eius examē apū intrauit: Cumque adoleuisset, & videret matrem suam & quandam puellā domesticā manus sacerdotum osculari, dexterā suam plaudendo offerēs dicebat, idipsum sibi fieri debere, siquidem se episcopum futurum memorabat, loquēte spiritu sancto. At illa vt adolescentem, & nescientem quid diceret, respuebat. Edoctus itaque in liberalibus disciplinis, in cōsiliis prouidus, consularitatis suscepit insignia, vt regeret Liguriam, Æmiliamque prouincias: veniensque Mediolanum, vt sedaret seditionem ortam in populo in petendo Episcopum: Et ipso populum alloquēte in Ecclesia, vox infantis insonuit, Ambrosium Episcopum. Ad quam

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

quam vocem totus populus acclamans, Ambrosiũ Episcopũ vnanimiter postularunt. Ille verò Ecclesiã egressus personas torqueri iussit, mulieres publicas publicè ad se venire fecit, vt sic populi intẽtio reuocaretur. Sed cùm nihil proficeret, fugam parans noctis medio, cùm Ticinum pergere se putaret, ad portam ciuitatis manè inuenitur, Domino eius fugam impediente. Cùm inuentus custodiretur à populo, missa est ad Imperatorem Valentinianum relatio, qui eam summo accepit gaudio. Vt aũt relationi respõsum est, baptizatur, & receptis omnibus officiis Ecclesiasticis octaua die Episcop⁹ ordinatur. Deinde post quatuor annos ad proprium solũ, id est, Romã pergẽs, ibi sanctã puellam supra memoratã inuenit: Quæ cùm dexterã eius oscula175retur, subridens ait: Ecce vt

IMPERATORES.

diademate pro eo est insignitus, quia hæredem masculum non habebat. Nec multo post idem Maximus, Pictos, & Scotos Britanniam incursantes superauit. Hic Maximus Constantini Magni fuit consanguineus, vnde & partẽ competere sibi calumniabatur: & cũ Britãnia factus fuisset rex, cœpit superbire, atq; tyrannidem contra Romanum Imperiũ exercere, & in Gallias transiens, partem Galliæ sibi subditam Britonibus tradit, quæ vsque hodie minor Britannia appellatur. Ex hinc apud Treuerim sedem sui imperij statuit: Gratianum anno Imperij sui vj. Lugduni perimit: fratrem suum Valentinianũ regno expellit, cum matre sua Iustina, fauente cõtra nostros Arrianus. Post hunc Maximũ Thedosius cœpit, & occidit, & Valentinianũ in regno Italiæ restituit. Sed modico post Viennã dolo Arbogasti comitis sui strangulatus suspenditur.

Anni à Christo nato.

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

ANNO *primo Gratiani prim⁹ super Fran cos Priamus tenuit principatū, non Priamus ille magnus rex Troiæ, sed alius qui ab Hectore illius filio per Franconem, in Francorum Cronica legitur descendisse: Vnde vt cunctis nota sit origo gentis Frācorum, placet hic de hoc aliquid inserere. Notādum igitur, quod post Troianæ ciuitatis excidiū, victoribus Græcis, cedentes reliquiæ Troianorum, pars eorum cum Ænea ad Italiam perrexit, circiter tria milia. Pars altera videlicet duo milia & quingenti, cum duce Anthenore in finitimas Pānoniæ partes secus Meotides paludes peruenit. Ibidem ciuitatē ædificauerunt, quam ob sui memoriam Sicambriam vocauerunt. In qua multis annis habitarunt, & in magnam gentem creuerūt: & crebris incursibus Romanū solum infestantes, vsque ad Gallias ferocitatis suæ vestigia dilatauerunt. Rebellanti-*

PONTIFICES.

Anni à Christo nato.

vt dicebam tibi, sacerdotis manum osculatis. Et cùm ibi sacrificium offerret, paralytica quædā orātis vestimenta tangēs, sanata est.

Floret Basilius Cæsariensis Episcopus, qui prima die Ianuarij ad cæli palatia est susceptus. Hic impetrauit à Deo, vt sanctus Effrem, Syrus, loqueretur Græcè. Idem etiam, cùm medicus per tactum venæ in crastinum moriturū prænosticaret, mortis inducias vsque ad crastinum impetrando obtinuit: per quod ad fidem Christi dictū medicum in tactu venæ peritissimū mox conuertit. Reuelatū est ei quoque diuinitus, quòd Iulianum Apostatam peremit sanctus miles Mercurius.

Hoc etiam tempore floret Gregorius Nazianzenus Basilij collega, & simul cum illo Athenis eruditus.

Didymus Alexandrinus

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

nus philosophus etiã floruit his temporibus.

Diuus Hieronymus quoque.

Sanctus Martinus Turonensis.

Hic natus de nobilibus gentilibus in Pannonia, quæ nunc Vngaria dicitur; cùm esset annorũ xij. inuitis parentibus ad Ecclesiam fugit, seque cathecumenũ fieri postulauit. hoc eodem tempore heremum concupiuit, licet desiderium suum túc adimplere nõ potuerit. Cũ esset annorum xv. raptus & cathenatus, miles est effectus. Qui vno seruo contentus, illi vice versa adeo seruiebat, vt plerũq; ei calceaméta detraheret, & ipsa detergeret. Nihil etiam ex stipendiis militiæ præter quotidianum victum reseruans, de crastino non curabat. Multa illi contra commilitones benignitas, miraque charitas; patientia verò atque humilitas supra modum. Quo-

IMPERATORES.

*lantibus ergo Romano imperio Alemannis, Valentinianus Imperator permisit dictis Troianis, vt eos à tributo per x. annos liberos redderet, si Alemannos Romano imperio subiugarẽt. Hoc facto, Troiani illecti, & fortitudine, & prudentia confisi, duce Priamo, Meotidas paludes Romanis inuias ingressi, Alemannorum gentem exterminauerunt, & sic Valentiniano satisfecerunt. Valẽtinianus verò eorum virtute delectatus, eos qui prius erant vocati Troiani, deinde à Meotide Sicambri, Francos Attica lingua appellauit, quòd Latinè interpretatur feroces. Alij dicũt, eos denominatos à quodam Duce eorũ Francone. In historia quoq; Francorũ legitur, quod post euersionem Troiæ, multitudo magna fugiens, & in duos populos se diuidens, alij Franconem Priami regis Troiæ scilicet Hectoris filium: alij *Turnum filium Troyli filij Priami sunt secuti. Et inde tra-*

Anni à Christo nato.

*Turcum

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

*Turcos.

*tradunt quidam duos populos .s. Francos & *Turnos vsq; hodie nominari. Fluxerunt namq; ab origine mũdi vsque ad Troiæ destructionem, secundum Ieronymum & Eusebium Cæsariensem Episcopum, secundum minorẽ numerũ anni, ij. m. dcclxxxiij. Ab ætate tertia, dcccxxxvj. Ab egressione Israel de Aegypto, cccxxxj. A natiuitate Abrahæ dccccxxxv. A principatu Abdon iudicis Israel, anni iij. m. secundum maiorem verò numerum, quẽ vniuersaliter tenet Ecclesia, anni ab origine mundi iij. m. dcccccxx fluxerunt Et sic de singulis est addendum. Abeuntibus ergo Troianis, vt præmisi, fluxerunt à captione Troiæ, quæ iam steterat, clxxxv. annis .s. à tempore Aioth, vsq; ad annum tertiũ Abdon m. d. lx. anni. Vnde cùm tot annis fuerint egressi, constat super eos plures principatum ante dictũ Priamũ tenuisse. Sed omissis alijs, nota catalogũ eorũ inci-*

PONTIFICES.

Anni à Christo nato.

Quodam verò tempore cum nihil præter vestes & arma haberet, mediam chlamidem algenti dedit pauperi, in porta Ambigauensi: Et cum esset annorum xviij. ad baptismũ conuolauit. Post baptismũ verò per biennium militauit. Relicta tandẽ militia, sanctum Hilariũ adiit, quo postea consentiente, parentes visitauit, cùm idipsum vt faceret, in somnis esset admonitus. Hic etiam latronem in via se inuadentem, conuertit. Diabolo (in humana sibi specie apparẽte, & dicente: quocunque ieris, diabolus tibi aduersabitur) respõdit: Dominus mihi adiutor, nõ timebo, quid faciat mihi homo, & mox ille disparuit. Matrẽ quoque ab errore gentilitatis absoluit, patre in eo perseuerãte. Et cùm multa in itinere esset ab hæreticis perpessus, tandẽ ad Hilariũ est reuersus, & grãter ab eo receptus. Nõ lon-

Anni à Christo nato. PONTIFICES.

lõge sibi ab oppido monasteria collocauit. Quo tẽpore duos mortuos suscitauit. Postea cũ peteretur Archiepiscopus, quidã impiè repugnabant, dicẽtes eum contemptibilẽ esse personã, vultu despectibilem, veste sordidũ, carne deformem: vnde indignum eum esse episcopatu acclamabant. Sed Dei nutu factus est Archiepiscopus Thuronensis. In prima vita perseuerat. Habebat etiam lxxx. discipulos, qui ad exẽplum eius instruebantur. Tandẽ altare cuiusdã dãnati euertit, & multa alia miracula fecit. Deniq; moriturus, obitum suum longè ante præsciuit, & prędixit. Cũque febricitaret, à Dei opere non cessabat. In cinere autem & cilicio recubans, lectum sibi permutari non sinebat, dicens: Sinite me cęlum respicere, vt suo itinere spiritus in cælum dirigatur. Cũq; hoc diceret, vidit diabolũ stan-

IMPERATORES. Anni à Christo nato.

incipiendo à dicto Priamo. Priamus ergo super Francos, ex quo Alemanos deuicerat primus ducatum tenuit annis quinque, cepitq; ducatus eius anno Domini ccclxxx. anno Gratiani & Valentiniani primo. Postea secundus filius eius Marcomirus ducatum tenuit annis xxxiij. sub Sanctiono filio Antenoris, sub quorum ducatu Franci Sicambriam egressi, consedere secus Rhenũ in oppidis Germaniæ inter Alemaniam, & Galliã: nec multo post Quintinum & Eraclium duces Romanorum cum omnibus penè suis iuxta Treuerim detulerunt. Mortuo verò Marcomiro, Franci in commune deliberabãt, vt & ipsi, sicut aliæ gentes, regem habeant, & filium Marcomiri Ducis prædicti, Pharamundum nomine ordinant sibi Regem. Pharamundus ergo super Francos primus Rex habetur, & regnauit annis xj. Secundus Clodius filius eius Rex Crinitus annis

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

nis xviij. Tertius Merouem xij. Quart⁹ Hulderic⁹ xxvj. Quintus Clodoueus xxx. Hic primus eorum Christianus à sancto Remigio baptizatur. Sextus Locraius. l. Septimus Gilpericus xxiij. Octauus Lotharius xliiij. Nonus Dagobertus xiij. Decimus Clodoueus xxvij. Vndecimus Lotharius iiij. Duodecimus Theodoricus frater eius in regnum sublimatur, sed à Frācis repudiatus, Parisiis in Cœnobio sancti Dionysij relegatur. 13. Ildericus frater eius annis xij. 14. Theodoricus in regnum restituitur, & regnat annis xiij. 15. Clodoueus iiij. 16. Hildebertus xviij. 17. Clodoueus iiij. 18. Lotharius vij. 19. Hilpericus v. 20. Theodoricus xv. 21. Hildericus ix. Hic in monachum coniuratur. Pipinus autem apostolica auctoritate, & Francorum electione in Regem inūgitur, & consecratur à S. Bonifacio Maguntinensi Episcopo. A Stephano quoque Papa eius generatio

PONTIFICES.

Anni à Christo nato.

stantem, & dixit ei: Quid hic astas cruēta belua, nihil funestum in me reperies, sed sinus Abrahę me suscipiet, & hoc dicens tradidit spiritum.

In Ægypto, Pantomius abbas.

Duo Macarij, Isidorus, Moses, Benjamin, Heraclides, Effren sanctissimus.

Athanasius Alexādrinus episcopus, quieuit in pace.

Hieronymus correxit Psalteriū Septuaginta interpretū, quod in omnibus ecclesiis cantabatur. Quo iterum vitiato, iterum nouum composuit: quod papa Damasus, rogatu Hieronymi cantari instituit in ecclesiis Gallicanis, & propter hoc Gallicanū vocatur à Romanis: Psalterio secundum Septuaginta remanente. Tertium trāstulit de Hebraica veritate in Latinū, de verbo ad verbum.

Damasus papa instituit (ro-

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

(rogatu Hieronymi) vt diceretur in fine Psalmorū in Ecclesia, Gloria Patri & Filio, &c.

Ambrosius ritum canendi Antiphonas, in Ecclesia, instituit.

Secunda sancta synodus centum quinquaginta patrum Constantinopoli celebratur, in qua damnatus Macedonius, qui negabat Spiritū sanctum esse Deum. Et assertum est, Spiritum sanctum esse consubstantialem & coæqualem Patri & filio: dans symboli formam, quam & Latina confessio prædicat in Ecclesiis.

Hic

IMPERATORES.

Anni à Christo nato.

ratio per filios suos Carolomannū & Carolū Magnū, in hæreditate regalis successionis benedicitur, & omnis alienigena ab eius inuasione Apostolico anathemate interdicitur. 22. regnat Pipinus super Francos xviij. annis. 23. Karolus Magnus filius eius xlvj. quorū xxxiij. regnauit tantū super Francos, compartito regno cum Karolomanno fratre suo. Deinde Romani ab Imperatore dissentientes, Karolo regi Imperatorias laudes acclamabant: eumq; per manus Papæ Leonis coronāt, & Augustum appellant, & ex tūc imperauit pariter super Romanos, & Francos annis xiij. 24. Ludouicus filius eius annis xxvij. Deinde Lotharius filius eius 25. vsurpauit imperium, sed fratribus suis Ludouico & Carolo hoc grauiter accipientibus, & contra eum assurgentibus: quarto anno Imperij sui conuenerunt, & pacificati sunt. diuiso imperio, regnauit Ludouicus in Germania, & Carolus frater eius in Francia annis xxxiiij. 26. igitur regum Carolus frater dicti Ludouici annis xxxiiij. vt dixi. 27. Ludouicus Balbus ij. annis. 28. Ludouicus & Carolus fratres v. annis. 29. Carolus Imperator à Francis in auxilium contra Romanorum incursum inuitatus regnauit in Francia annis

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

annis v. 30. Otto filius Roberti ducis. ix. 31. Carolus filius Ludouici Balbi xxvij. qui exul & martyr mortuus est. 32. Ludolphus annis ij. 33. Ludouicus xxvij. 34. Lotharius xxxi. 35. Ludouicus filius eius. I. anno. Quo mortuo regnum Francis transferre volentibus ad Carolum fratrem Lotharij Regis, dum ille Romæ ad Concilium deferret, regnum vsurpat Hugo, qui dicitur Capet, Marscalcus Franciæ, & comes Parisiensis, filius Hugonis, ex Hauide sorore primi Ottonis Imperatoris. Sicq; defecerunt Reges ex stirpe Caroli anno Domini dccccclxxxvij. 36. ergo regnat Hugo Capet. 37. Robertus dictus Cantor eius filius xxxiij. annis. 38. Henricus eius filius xxix. 39. Philippus filius eius xlix. 40. Ludouicus grossus filius eius xxviij. Huius filius Philippus in Regem inunctus adbuc puer, dum in ciuitate Parisiensi, equo vehebatur iuxta Ecclesiam S. Geruasij, porcus equi pedibus se fortè submittens, equum super ipsum præcipitem dedit, & de eius subita ac miseranda morte Francis luctum induxit. 41. Ludouicus dicti Ludouici grossi filius annis xl. 42. Philippus filius eius xliiij. 43. filius eius Ludouicus iij. 44 Ludouicus filius eius xliij. Hic sanctus fuit, & mortuus in passagio vltramarino. 45. Philippus pulcher annis xliiij. 46. Ludouicus Philippi primogenitus. Mortuo dicto Ludouico, Clementia eius vxor remansit prægnãs ab ipso, & genuit Ioannem, qui cùm hæres regni fuisset, modicũ superuiuens, extinctus est. 47. Philipp⁹ dicti Ludouici frater. 48. Carolus eiusdem frater Philippi. 49. Philippus filius Caroli fratris pulchri Philippi. Hic adhuc regnat. De aliquibus istorum Regibus infra in suis locis dicetur. Gratianus ciuitatem quam Antonius primus condidit, & ideo Bonabeiam vocauit, suo dominio præfecit, tunc & nomen mutauit, & ab ambitu fluminum Ambianis appellauit.

THEODO-

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

Hic etiam publica voce damnauit Liberiũ & omnia facta eius.

Damasus papa Romæ moritur, & in Ecclesia sancti Petri sepelitur.

In dicta Synodo decretum est, Constantinopolitanum, tanquàm nouæ Romæ Episcopum, post Romanũ Pontificem habere priuilegium. Priscelianus verò in Hispania condens heresim sui nominis, Ecclesiam perturbat. Hic personas sanctæ Trinitatis confundebat, dicens, eũdem esse patrẽ, quod filium & spiritum sanctum: animas eiusdem esse naturæ & substantiæ dicebat, cuius Deus, & plura alia.

SYRICIVS. XLI.

389 *383 SYRICIVS, natione Romanus, ex patre Tiburtio, sedit annis quindecim mẽsibus vndecim, diebus vigintiquinq;. Et cessauit episcopatus, diebus viginti.

Hic

IMPERATORES.

Anni à Christo nato.

THEODOSIVS. XLIII.

389 THEOSIVS *primus*, *387 *cum Valẽtiniano, annis vndecim imperauit.*

Huius tempore maximũ schisma fuit inter ipsos Paganos & Iudæos.

Hic destruxit tẽpla idolorum.

Sub isto transtulit beatus Hieronymus Nouum & Vetus Testamentum.

Ambrosius post Hilarium hymnos componit.

Arsenius Romæ claret, factus ex Senatore monach⁹.

Augustinus quum esset Manichæus, ad fidẽ conuertitur.

Iste Christianißimus Imperator fuit. Hostes suos nõ tam ferro aut multitudine, quàm ieiunio & oratione confisus prostrauit.

Hic propter virtutũ perfectionem, etiam à Barbaris summè diligebatur: vnde multæ gentes ad ipsius inductum, relictis erroribus & idolis, ad CHRISTVM *conuersæ sunt.*

P His

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

Hic Orientis & Occidentis partes pacificè possidens apud Mediolanum defunctus est. Cuius corpus eodem anno in Constantinopolim translatum est.

Fuit autem Theodosius propagator Reipublicæ: moribus & corpore Traiano similis, clemens & misericors omnibus. Solo habitu se differre à cæteris putans. Erga omnes honorificus: verùm effusior in bonos.

Hic Theodosius non immemor beneficiorum Gratiani, in vindictā eius Maximinum tyrannum interemit in bello Aquilegiæ. Alij dicunt Maximinum Romæ ab amicis Gratiani occisum, & Valentinianum fratrem eius, vt præmisi, in regno Italiæ restituisse. Eugeniū quoque tyrannum & Arbogastem comitem, dolo cuius Valentinianus strangulatus fuit, in bello iuxta fluuium vocabulo frigidū cum paucis suis superauit. Ibi Eugenius captus & interfect⁹ est, Arbogastes se manu propria in-

PONTIFICES.

Anni à Christo nato.

Hic Manichæos inuenit, quos exilio deportauit: & constituit, vt non participēt cum fidelibus communionem. Et præcepit, vt si quis de eadem secta conuersus, rediret ad ecclesiam, nullatenus communicaretur: nisi tantùm relegationi monasterij omnibus diebus vitæ suæ obnoxius teneretur: ieiuniis & orationibus maceratus, probat⁹ sub omni examine, vsq; ad vltimū diem transitus sui, & ita viaticum accipiat. 389

Hic synodus Constantinopolim celebrauit cū trecētis quinquaginta episcopis.

Huius tēporibus Hieronymus presbyter, interpres & doctor egregius, secundum Hebraicā veritatem Bibliam transtulit de Hebraico in Latinum.

Clarebat & Ruffinus Aquileiensis presbyter.

Per idem tempus Paula multùm nobilis matrona,

Anni a Christo nato. PONTIFICES.

na, cum filia sua Eustochium, Hierosolymam adijt.

Arsenius in vrbe Roma claret: qui ex Senatore factus monachus per quadriginta annos in eremo vixit.

Eodem tempore in Emaus castello natus est puer ab vmbilico & sursum diuisus, vt haberet duo capita & duo pectora, & quilibet proprios sensus: vno edente vel dormiente, alter non comedebat vel dormiebat. Porrò postquàm duobus annis vixisset, vnus mortuus est, altero in tertium diem superuiuente.

Eodem tépore floruit Ioannes Chrysostomus, primò presbyter Antiochenus, postea Archiepiscopus Constantinopolitanus.

Romæ etiam Paulus Orosius presbyter disertissimus temporum scriptor, claruit, beati Augustini discipulus, qui multa

IMPERATORES. Anni à Christo nato.

terfecit. Quidam dicunt, quod laqueo vitam finiuerit. Iste Eugenius, vt dicit tripartita historia, quondam Germanicus literarum Latinarũ doctor relinquens scholas suas, in palatio militabat, & erat Imperatoris armographus eloquens & facundus, coopertorem autem habebat Arbogasten, de minoribus gallijs ortum, militaris ordinis ducem virum seuũ, & necibus præparatũ. Isti quoq; contra Valentinianum dolos cogitabant, & cubicularios, & Eunuchos dono corrumpunt: qui dormientem principem suffocârunt. Quo facto, Eugenius factus Hesperiæ Imperator, & auxilio Arbogastis tyrannizat. Ante hoc bellum, vt dicit Ruffinus, Theodosius cum sacerdotibus & populo omnia orationũ loca circuibat, ante thecas Apostolorum iacebat, cilicio prostratus, auxilia fida sanctorum intercessione deposcens. Cumq; peracto exer-

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

citu staret in rupe, vnde cõspicere posset & conspici, eiectus in oratione se proiecit, dicẽs: Omnipotẽs Deus tu nosti, quia in nomine Christi filij tui, vltionis iusta & pura prælia ista suscepi. Sin autem, me vindica. Si verò in causa probabili, & vita confisus huc veni, porrige dexterã tuã, ne fortè dicant gentes, vbi est Deus eorum. Post hanc orationem surrexit ventus tam validus, vt emissa iacula ex parte Eugenij in suos redirent, & ex parte Theodosij cum maxima fortitudine hostes penetrarẽt. De quo vento Claudianus gentilis poëta, qui tunc floruit, ita refert: O nimium dilectè Deo, tibi militat æther, Et cõiurati veniunt ad classica venti.

Anno siquidem Imperij sui quinto Theodosius immane facinus commisit, & in Thessalonica ciuitate 6. milia ciuium interfici fecit, eo quod in ipsa orta seditione quidam iudices lapidati & tru-

PONTIFICES.

Anni à Christo nato.

multa opuscula edidit: inter quę ad beatum Augustinum scribens, Chronicam ab exordio mundi incipiens, vsque ad finem suorum temporum luculẽto sermone perduxit.

Hoc tempore floruit Ioãnes Damascenus, qui ab infantia Græcis literis eruditus intra xij. annos omnem liberalem scientiam apprehendit: Hic in honorem Dei, & virginis gloriosę Monachaliũ habitum assumpsit, virgoq́; permanens, virginum antiphonas & responsoria faciebat. Hic Ioãnes cùm captus fuisset à Saracenis, filium cuiusdam Saraceni diuitis sic instruxit, vt in modo dictãdi & scribẽdi post breue tempus, inter magistrum & discipulum nulla quasi differẽtia fuerit. Tandem iussu Theodosij Imperatoris remissus fuit Constantinopolim, ibiq́; habitans in monasterio, Imperator, sæpè cum

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

cum ipso de statu regni, & salute animæ suæ tractauit. Tandē manus dextera sibi amputatur, propter quandam Epistolam quam scripsit discipulus illius, quē in Persida instruxerat, qui consimilem scribendi dictādiq; modū habebat. Cui⁹ tenor erat talis: Dilectissimis amicis, qui sunt in Persida, Damascenus Ioannes salutem. Noueritis Imperatorem robur exercitus ad diuersa bella in nationes extremas misisse, vrbemque regalem, & finitimas vacuas hominibus remansisse: quoniā ergo sapientes estis, securi venite, & victoriam vobis paratam sine aliquo labore obtinete. Propter ergo hanc Epistolam iussu Imperatoris Theodosij, manus eius est amputata, & in tanti sceleris testimonium in eius monasterio suspēsa. Ipse verò ad beatæ virginis imaginem iam manu amputata veniens, di-

IMPERATORES.

Anni à Christo nato.

trucidati fuissent, à populo. Vnde cùm ipse Mediolanū venisset, & templum intrare voluisset, occurrit ei Ambrosius, & ingressum prohibuit, donec de cōmisso delicto satisfaceret. Et cùm de commisso absolutionem ab Ambrosio impetrasset, ad exhortationem venerabilis suæ coniugis placellæ idolorum templa solo tenus euerti præcepit. Ante enim Imperator Constantinus magnus sacrificare diis omnibus interdixit, non tamen eorum templa euertit, sed inaccessibilia tantum esse præcepit, cuius filij paterna vestigia sunt secuti. Iulianus ea ædificari permisit: Iouiniannus immolationes idolorum prohibuit. Valens concessit, vt religiones suas quisque coleret, sicut vellet. Ita quod vsque ad tempora huius magni Theodosij, & ad Idolorum aras accedebatur, & sacrificabatur, & festiuitates idolorum agebant, quæ omnia Theodosius condemnauit.

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

ARCADIVS. XLIIII.

400 ARCADIVS & *Honorius, imperauerunt annis tredecim.*

398

His temporibus Donatus Epiri episcopus, virtutibus insignis est habitus, qui ingentem draconem, expuens in ore eius, necauit: quem octo iuga boum ad locum incendij vix trahere potuerunt, ne aërem putredo eius corrumperet.

Per idem tempus corpora sanctorum Abachuc & Micheæ prophetarum producuntur.

Augustinus quoque episcopus doctrinæ sciētia præclaruit. Hipponensis enim fuit Episcopus, & plura nostræ fidei vtilia scripsit, ita quod numerus librorū eius, tractatuum & epistolarum plusquàm ad mille extentenditur, multis numeris non comprehensus.

Hoc tempore Priscillianistæ & Pelagius hæretici fuerunt.

Hic

PONTIFICES.

Anni à Christo nato.

discooperto vulnere, & extento brachio, cū ea piè rixabatur, dicens: Quæ Domina nostrorum præmia sunt meritorū, hæccine tuorū beatitudo seruorū: esto domina, quòd dignè permittis peccatorem me flagellari: sed ad quid instrumentū tui officij permisisti penitus abscindi. Hęc quippe manus hymnorū laudis tuæ cantica sæpius scribēdo parabat, & Deo patri sacratissimum corpus & sanguinem filij tui multoties in honore tuo ad omnium peccatorum salutem offerebat. Cumque talia sępius ibi perorādo lamentaretur, cōtigit nocte quadam, vt post huius lamētationē in lectulo fessus nunc dormiens, nunc vigilans ex toto pensaret. Et ecce Regina virginū adfuit, cum ingenti lumine, hilari facie, consolans eū, & dicens: Quid agis puer infidelissime? Heus, inquit ille, Domina, quid me in-

ter-

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

terrogas? Quinimo interrogo te ego, cum hoc paterer, vbi eras? Ecce ad meum, imò ad tuum dedecus in Ecclesia appendet abscissa clientis tui manus. At illa: Cōfortare, inquit, fili in Domino, manū tibi restaurare potest, qui totum hominem plasmare ex nihilo potuit. His dictis perijt, delatāq; inde manū eius brachio cum mira benignitate in momento restituit. Tunc ille gratias ineffabiles agens, visā Dei luce surgit: fratribusque conuocatis, manum ostendit, eosque secum ad magnalia Dei glorificāda animauit. MOX solemniter indutus, alta voce missam de beatissima virgine celebrauit. Imperator verò audito miraculo, pedes ad eum venit, & ore proprio manū deosculans, ab ipso perquirit, si aliquem sciat, qui suum dictandi genus, ac scribendi for ~am haberet. Quod ei retulit: &

IMPERATORES.

Anni à Christo nato.

Hic Arcadius, filius fuit Theodosij, magnaq́; virtutis, & homo prudens.

Hoc tempore Alaricus rex Gothorum ex Aphrica veniens, Italiam intrauit: Romam cepit, igne ferroq́; vastauit. Dato prius pracepto, vt illi, qui in sacris locis, pracipuè in basilicis apostolorum Petri & Pauli se reciperent, securi essent.

Deinde per Apuliam & Calabriā in Aphricā properantes, Alaricus apud Consentium subita morte defunctus est.

Gothi verò amnem Bascentum diuidentes, Alaricum in medio aluei cū multis opibus sepelierunt: amnem postea proprio meatui reddentes. Regem Artulphum Alarici affinem constituentem, Romā redeūt. Et si quid residui fuit, more locustarum consumunt.

Eo tempore clarissima Vrbis loca fulminibus dirupta sunt, qua comburi ab hostibus nequiuerūt. Fitq́; in tota Vrbe blasphemia

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

Christo clamantium, hoc ideo se perpeti, quia neglecta fuerũt deorũ sacrificia.

Sed Gothi de Vrbe recedentes, Gallam Principis Theodosij filiam, sororem Arcadij & Honorij, secum afferunt: quam sibi Artulphus matrimonio copulauit: quæ postea Reipublicæ multum vtilis fuit. Hi Arcadius & Honorius licet mortuo patre imperarent, vtriusq; tamẽ cura duobus potentissimis viri' tradita manebat. Rufino in Oriente, & Stilliconi in Occidẽte. Gildo etiam comes, Africæ præerat. Porrò Gildo comes vt defunctum comperit Theodosium, rupta fide, Africam Orientalis imperij partibus iũgere conabatur. Sed contra hunc Maschobiel frater eius bellum parans, quia duos suos filios adolescẽtes dolose peremerat, iuuante Honorio, victoriam obtinuit. Quia beatus Ambrosius paulò ante defunctus, quorundam seruorum Dei precibus sibi in

PONTIFICES.

Anni à Christo nato.

& sic veritas innotuit. Anno Theodosij sexto caput Ioannis baptistæ à Theodosio Imperatore Constantinopolim est translatum: quòd cũ Valens Imperator olim illuc voluisset transferre, vehiculum, in quo sanctum caput ferebatur, nullo modo moueri potuit. Ex historia Inuentionis S. Ioannis Iosephus dicit: Ioannem in Castello Macheronte capite truncatum, & caput intra tecta palatij defossum, & apud Sebasten, quæ quondam Samaria dicta est, humatum. Sed Barbari tempore Iuliani Apostatæ sepulchrũ eius inuadentes, ossa eius dispersserunt, eaque cremãtes & assistẽtes, Dei prouidentia, quidam monachi ex Ierosolymis mixti cum alijs dicta ossa cremantibus, ea quæ potuerunt furari, ad Philippum Ierosolymorum Episcopum pertulerunt: quæ dictus Episcopus post Athanasium

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

nasium tūc misit Episcopum. Postea verò caput reuelatū est duobus monachis, & inuētum Ierusalem est relatum: & non multò post à latronibus est furatum, & in quodā specu recōditū. Sed ipse Ioannes apparēs cuidam heremitæ, præcepit, vt caput eius in dicto specu caperet, & corpori adiūgeret. Quod & fecit. Ex hinc processu temporis quidā Monachus Angelica monitione illud detulit cum tribus paruis innocētibus in Aquitaniam. apud Eugolismum actorem dicūt Ambianeñ, quo delatum illud fuerat, præsenti tempore se habere, & in dicta ciuitate nunc miraculis coruscare.

ANASTASIVS. XLII.

ANastasivs, na-
404 tione Romanus, ex
*398 patre Maximo, sedit annis
tribus, diebus viginti sex.

Hic constituit, vt qui careret aliquo membro, non posset fieri clericus. Huius

IMPERATORES.

in somnis apparuit, & locum victoriæ ostēdit dicens: hic, hic, hic. Ipse verò Gildo euadens modico post, in Afraica degens, strangulatus interijt. Arcadius anno imperij sui xiij. filium suū Theodosium viij. iam annorum Sogordi regi Persarum, testamentum ad tuendum designans, obijt, & Sogordeis tutelam benigne recipiēs, parui fecit pacem firmißimā cum Romanis.

Prædictus verò Stillico regnum Honorij affectās pro filio Tyberio reipublicæ perniciosus efficitur, barbaras gentes immittēs ipsi regno, vnde grauius solito modo, & maximè per Gallias exarsit rabies scandalorum.

HONORIVS. XLV.

HOnorivs, *cum* 413
Theodosio iuniore fra *411
tris filio, imperauit annis quindecim.

Huius temporibus Gothi Romam ceperunt. Vandali quoque Hispanias & Gallias occupant & vastant.

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

stant. Et Rhodagius rex Gothorum, ab exercitu Romanorum occisus est.

Hoc tempore Pelagius aduersus CHRISTI *gratiam, erroris sui dogmata prædicat. Ad cuius damnationem Concilium apud Carthaginem congregauit trecentorum & tredecim episcoporum.*

Huius tempore Cyrillus Alexãdrinus episcopus, insignis habetur.

Hic Honorius filius Theodosij fuit, & frater Arcadij.

Cuius tempore Herodianus quidam cum tribus milibus & septingentis nauibus ex Aphrica Romam tendens, occursu comitis Constantij quẽ Honorius bellis præfecerat, sic contriuit, vt solus rapta naui Carthaginem rediret, ibiq; peremptus est.

His diebus præcipiente Honorio, fauente Cõstantio, sopitis apud Aphricam hæreticis, pax ecclesiis redditur.

Tunc

PONTIFICES. Anni à Christo nato.

Huius tempore beatus Hieronymus apud Bethlehem, librum de Viris illustribus composuit.

Hic Anastasius constituit, vt quotiescunq; Euangeliũ recitaretur, presbyteri & clerici non sederent, sed starent.

Et constituit, vt nullus transmarinus, ad clericatus honorẽ susciperetur: nisi quinque episcoporũ sigillis designatum exhiberet chirographũ, propter Manichæos.

INNOCENTIVS. XLIII.

INNOCENTIVS 407
primus, natione Alba- *402
nensis, ex patre Innocentio, sedit annis quindecim, mensibus duobus, diebus * viginti.

Aliud exemplar habet, diebus duobus.

Hic cõstituit sabbatho ieiunium celebrari: quia sabbatho Dominus in sepulchro iacuit, & discipuli ieiunauerunt.

Constitutionem fecit de Ecclesia & de regulis mona-

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

monasteriorum: & de Iudæis & Paganis.

Et multos Cataphrygas inuenit, quos exilio relegauit.

Et Cœlestinos hæreticos damnauit.

Constituit etiam, vt qui natus fuerit de Christiana, per baptismum denuò nasci debeat.

Hic quoque decreuit, ad Missam, Pacis osculum dare.

Floruit Alexius Romę, nobilissimi Romani Euphemiani nomine filius, qui primò in palatio Imperatoris fuit.

Hic Innocētius statuit, oleo ad vsus infirmorum ab episcopo consecrato vti: non presbyteris tantùm, sed etiam omnibus alijs Christianis. Hic dam nauit Pelagium in Britannia cū execrabili sua doctrina exortum, asserentē, hominem sine gratia Dei posse saluari: vnumquenque suis meritis propria voluntate, ad iustitiam regi.

IMPERATORES.

Anni à Christo nato.

Tunc apud Hipponam florebat Augustinus episcopus.

His temporibus apud Bethlehem Palæstinæ beatus Hieronymus nonagesimo primo ætatis suæ anno migrauit ad CHRISTVM.

Fuit sanè Honorius moribus & religione patri suo Theodosio similis, Rempublicam pacatam relinquēs Romæ defunctus est: & iuxta beati Petri Apostoli ecclesiam in Mausoleō sepultus: nullam sobolem relinquens. Nam duæ Stelliconis filiæ, videlicet Maria & Hermancia, vna post alteram cōiugio sociatæ: ambæ, Dei iudicio, morte præuētæ subita, ex hac luce migrauêre virgines.

Cuius temporibus quanuis multa bella surrexerāt, tamen vel nullo, vel minimo sanguine sunt sedata. At hoc clementia Honorij, qua cunctis praeminebat, faciente. Nam quum sibi diceretur, cur rebelles non interficeret? Respondebat,

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

debat, Vtinam mihi possibile esset, etiam mortuos ad vitam reuocare.

Anno Honorij sexto Iudeus quidam quæstus causa, cum sæpè in multis hæreticorum Ecclesiis baptizatus fuisset, venit etiam ad Ecclesiam Nouatianorum, sub eadem intentione baptizandus. Et cùm baptizari deberet, aqua fontis subito disparuit, & iterum atque iterum allata disparuit, & virtutē Dei, & perfidiam Iudæi ostendit. His temporibus femina Romæ Gigãteæ statura, de parētibus mediocris magnitudinis nata multis stupori erat. Hoc tēpore apud Aphricã Vticen. littore Gygantis dentes reperti sunt. Hoc tempore super Francos regnat Pharamundus primus rex Frãcorum, ex quo Gallias intrauit. Hoc tempore Romæ terræ motus fit terribilis. Et tunc precabãtur, hagios ó theos &c. & statim cessauit terræmotus.

THEO-

PONTIFICES.

gi. Infantes, sine peccato originali nasci.

Damnauit & Cælestinum & Iulianum, complices Pelagij.

Hic fecit ordinationes quatuor per mensem Septembrem.

Qui sepultus est Romę in Cœmiterio ad Vrsum pileatum, quinto Calēdis Augusti.

Hic excõmunicauit Arcadium Imperatorē, propterea quòd consensit, vt sanctus Ioannes Chrysostomus à sede sua Constãtinopolitana pelleretur ab vxore sua Euxodia, propter prædicationē quam fecerat contra eã: eo quòd circa imaginem suæ speciei, quam erexerat, mulieres & puellas ludere compellebat. Quod Chrysostomus prædicabat, vitiũ esse idololatriæ.

ZOZIMVS. XLIIII.

ZOZIMVS, natione Gręcus, sedit annis tribus, mēsibus, septem, diebus 422 *417

bus

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

bus vigintiquinque. Et cessauit episcopatus diebus vndecim.

Hic cõstituit, vt seruus nullo modo fieret clericus. Et vt in Sabbato sancto, cereus benedicatur. Et vt nullus clericus in publico potum venderet.

BONIFACIVS. XLV.

425 *420 BONIFACIVS, natione Romanus, ex patre Iocundo presbytero, sedit annis tribus, mẽsibus octo. Et cessauit episcopatus diebus nouem.

Hic decreuit, vt nulla mulier aut monacha, pallam sacratam altaris contingeret vel lauaret: & vt seruus aut obnoxius curiæ, non fieret clericus. Huius tempore Ioannes Cassianus & Maximinus, Thuronensis Episcopus doctores egregij claruerunt. Et Desiderius Lingonensis martyr, & Marelius Andegauensis, & Anianus Aurelianẽsis, Episcopi floruerunt. Eo tempore

IMPERATORES.

THEODOSIVS. XLVI.

THEODOSIVS *secundus, iunior, cum Valentiniano genero suos imperauit annis vigintiseptem.* 428

Hic accepto Imperio statim Valentinianum amitæ suæ filium, Cæsarem fecit.

Sub hoc tempore gens Vandalorum ab Hispanis ad Aphricam transeunt, & vastant. Ibiq; Catholicam fidẽ impietate Ariana subuertunt.

Per idem tempus, Nestorius Constantinopolitanus episcopus, sua perfidia molitur errorem. Aduersus quem, Ephesina synodus congregata est, quæ eius impia dogmata condẽnauit.

Huius tempore, diabolus in Creta, in specie Mosi apparens, dum Iudæos in terram repromissionis per mare, pede sicco promitteret perducere, plurimos necauit. Sed qui euaserũt, ad Christi gratiã cõuersi sunt.

Tem-

IMPERATORES.

Tempore istius, Vincula sancti Petri instituta sunt celebrari, ab vxore eius.

Hic Theodosius Arcadij filius, Orientale regebat imperium: qui mortuo Honorio, Valentinianum amitæ suæ filiũ, vt imperiũ Occidẽtis susciperet, transmisit.

His temporibus Gensericus rex Vandalorum, ex Hispania in Aphricam veniens, penè totã ferro, flammis & rapinis crudelissimè deuastauit.

Sub hac turbine beatissimus Augustinus, septuagesimo sexto ætatis suæ anno, & vigesimonono in episcopatu, migrauit ad Christum.

Theodosius verò apud Cõstantinopolim morbo correptus, interijt: ibiq; sepultus est.

524 *Eo tempore, rex Hun-*
*Atila. *norũ *Atila, dum cũ fratre suo Bela regnũ inter Pannonias Daciãq; gubernaret, Belam suum Germanũ regniq; consortem peremit. Fultus itaque fortissimarũ gen-*

PONTIFICES.

pore hæresis prędestinatorum initium habuit, qui ideo prædestinati vocantur, quia de prædestinatione & diuina gratia disputantes asserebãt, quòd nec piè viuentibus prosit bonorum operum labor, si à Deo prædestinati fuerint ad vitam. Quæ assertio bonos à bonis reuocabat operibus, & malos ad mala incitabat. Ex libris Augustini malè intellectis initiũ sumpsisse dicitur.

COELESTINVS. XLVI.

COELESTINVS primus, natione Ro- 428
manus, ex patre Prisco, sedit annis octo, diebus nouem. Et cessauit episcopatus, diebus viginti & vno. *420

Hic constituit, vt Psalmus, Iudica me Deus, & discerne, &c. diceretur ante introitum Missæ: & Psalmus Dauid cẽtesimus quinquagesimus, ante sacrificium psalleretur, canendo ex omnibus antipho-

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

phonatim. Quod antea non fiebat: sed epistola Pauli & Euangelium dicebantur. Et ex hoc instituto, excerpti sunt Introitus de Psalmis, & Gradualia, & similiter Offertoria, ante sacrificium.

Hic misit sanctum Patritium, filium Conthes sororis sancti Martini Turonensis, in Hiberniam: & conuertit omnes ad fidem.

Tertia sancta synodus vniuersalis Ephesina, ducentorum patrum collecta est Ephesi, iussu papæ huius Cælestini & Theodosij iunioris: in qua dānatus est Nestorius, duas personas in Christo asserens, condēnatus anathemate: & confirmatum est, CHRISTI vnā esse personam in duabus naturis: & vt beata Maria, Theotocos, id est, Mater Dei, appellaretur.

SIXTVS. XLVII.

436 *43[illegible] SIXTVS tertius, natione Romanus, ex patre Prisco,

IMPERATORES.

gentium, quas sibi subiugauerat, præsidio, ad demoliendum Romanum Imperium contendit. fueruntq́; cum Romanis Burgūdiones, Franci, Saxones, & penè totus populus Occidentis: cōueneruntq́; in Aluerniam. Et primum quidem Regē Burgundiæ occurrentem sibi, prostrauit. Demum in bello adeò grauiter pugnatum est, qualiter vix vnquam in aliqua antè inuenitur historia. Cæsa sunt autem ex vtraque parte, centū octoginta milia hominū. Tantusq́; sanguis effusus est, vt modicus qui ibi latebat riuulus, de sanguine torrēs effectus, traxit cadauera mortuorū. Atila verò tanquam victus rediјt Pannoniam: & maiorem exercitum colligens, cū furore Italiā intrauit. Ac primū Aquileiam capiens, omnes ciuitates occupauit. Demū ad preces Leonis papæ sanctissimi, de Italia exiens, in Pannonia moritur.

In

Annis Christo nato.

IMPERATORES.

In nocte verò mortis Atilæ, Martianus Imperator, qui tunc Cõstãtinopoli morabatur, vidit in somnis arcũ Atilæ fractũ. Ex hoc intelligẽs ipsum esse mortuũ.

Valentinianus autẽ gener Theodosij, per ipsum Theodosium ad Occidẽtales partes Cæsar missus, de consensu totius Italiæ Imperator efficitur: & ex decreto Theodosij, Augustus fuit appellatus.

Septem dormientes fratres, sub Decio tormentati, dum declinãtes tortorũ sæuitiam, in quadam spelunca se recepissent: & ibidem, post orationem obdormiuissent, speluncam Decius obstruxit. Tẽpore verò Theodosij, diuinitùs à somno quo ducentis annis dormieuerãt, excitati surgunt. Et asserta fide resurrectiõis corã Theodosio Imperatore (quã quidã hæretici tunc exorti negabãt) iterũ præsente Imperatore, & multis Christi fidelibus obdormierunt in Christo.

PONTIFICES.

Prisco, sedit annis octo, diebus nouem. Et cessauit episcopatus diebus viginti nouem.

Hic de regione Cælio-montis, constituit, vt nullus clericus in parœchia alterius ordinari præsumat.

Hic cõgregata synodo purgauit se corã quinquaginta septem episcopis, de crimine quod sibi Bassus coram Augusto imposuerat: & ille Bassus, in Concilio condemnatus est.

Hic ædificauit Ecclesiã Sanctæ Mariæ * Maioris, quæ dicitur Ad præsepe: sicut scribit Isidorus in Chronicis suis, & Paulus Diaconus Cardinalis.

* Minoris.

Hic etiam multas alias basilicas auro argentoque decorauit: & multa pauperibus distribuẽs, sepultus est in via Tiburtina, in crypta, iuxta corpus beati Laurentij.

LEO. XLVIII.

LEO, primus natione Tusc⁹, ex patre Quintiano, 444 *440

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

tiano, ſedit annis viginti & vno, menſibus nouem, diebus viginti ſepté.

Hic miſit Epiſtolã Martiano Auguſto & ſuæ coniugi, pulcherrimè omnem fidem exponens. Et ad Fabianum epiſcopum Conſtantinopolitanum epiſtolas miſit octo: inter quas etiam ſcripſit vnam præclaram aduerſus Eutychẽ de incarnatione Domini: in qua redarguit eius blaſphemiam.

Hic poſt cladem Vandalorũ, renouauit omnia ſacrata miniſteria argẽtea.

Sub hoc facta eſt quarta Synodus Chalcedoniæ.

Hic etiam ſepultus eſt apud Baſilicam ſancti Petri Apoſtoli: cuius feſtum fit in vigilia Apoſtolorũ.

Hic doctor addidit Canoni, Sãctum ſacrificium immaculatam hoſtiã, &c.

Huius manum quum quędam fœmina communicando cum aliis in die Paſchæ oſculata fuiſſet, tãtam tentationem ex hoc in car-

IMPERATORES.

Anni à Christo nato.

Eo tempore Eudocia Auguſta vxor huius Theodoſij ex voto Ieruſalem profecta eſt, & inde reliquias protomartyris Stephani, & duas cathenas, quas Angelus de manibus Petri diſrupit, Dei nutu attulit, eiſq; adiũcta cathena qua & Petrus Romæ vinctus fuit, Triadem fecit, & cũ cõſilio Romani Præſulis ſolemnitatem, quæ dicitur ad vincula, Romæ inſtituit. Ideo maximè, vt populum reuocaret à gentilis ſuperſtitionis põpa, in qua adhuc ſolemnizabat ciuitas hac die ritu gentili pro victoria Octauiano Auguſto collata. Temporibus huius Theodoſij Theodoſianus codex liber omnium legũ legitimarum in vnũ principiũ collectarũ editus eſt.

MARTIANVS. XLVII.

MARTIANVS & *Valentinus, imperauerunt annis ſeptem.* 451 *453

Cuius initio Imperij, Chalcedonenſe Concilium geritur: vbi Eutyches cum

Q Dio-

Anni a Christo nato. IMPERATORES.

Discoro cōdemnatur. Huius etiam anno 6. imperij Theodoricus re: othorum cum ingenti exercitu Hispaniam ingreditur.

Sancta Genouefa claret Parisiis.

Sub isto martyrizātur vndecim millia Virginum, apud Coloniam, ab Hunnis.

Iste Martianus Imperator apud Constantinopolim, facta suorum contra ipsum conspiratione, peremptus est.

Tunc etiam ciuitas Agrippina & omnes ciuitates supra Rhenum, nec nō Parisiis, Remis, Beluacum, Ambianum, Tungris, & omnes penè ciuitates Galliæ, ab Hunnis, siue Vādalis, capta & destructa sunt.

Hic Valentinianus dolo Maximi comitis Palalatij perfossus interiit. Qui Maximus mox inuasit imperium, & vxorem dicti Valentiniani, in suum coniugium transire coëgit. Sed tertio mēse à famulo regis

PONTIFICES. Anni a Christo nato.

carne concepit, vt manum quæ occasio scandali fuerat, clàm amputaret, & à se penitus reiiceret. Verùm quū tumultus cōtra ipsum inualesceret, eo quòd missam nō celebraret: ipse in angustia positus, totum se beatæ Mariæ virgini commisit: cui vigiliis & orationibus intendenti, beata Virgo manum pertans visibiliter apparuit, & sibi sua manu apposuit: de quo miraculo, non solùm beatus Pontifex gratias egit, sed etiam in suis prædicationibus ipsum miraculū frequenter omnibus publicauit.

Quarta synodus Chalcedonensis, vbi fuerunt sexcēti & triginta episcopi industria Leonis papæ, mandante Martiano Imperatore, celebratur. In qua, Eutyches Constantinopolitanus, abbas, & Dioscorus Alexandrinus episcopus, qui dicebant, vnam Verbi Dei, & Carnis esse naturam, dānati sunt.

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

448 Et rursum Nestorius & eius error dānatus est: & etiam diffinitum prædicari, in CHRISTO duas naturas & vnā personam.

Hic Attilam regē Hunnorum, postquàm de Pannonia in Italiam regressus fuisset, & per triennium Aquileiam obsidēs cepisset, ferro igneque omnino consumpta, Veronam, Vicentiam, Brixiā, Pergamum, Mediolanū, Ticinum diripuisset: Leo Papa sanctissimus, ne Romam veniens idē faceret, personaliter adiit ipsum, vbi circa Padum morabatur: & non solùm Romanam, sed etiam totius Italiæ salutem reportauit. Et mirantibus Barbaris omnibus, cur sic honorificè Attila contra consuetudinem Papam recepisset, & in omnibus exaudiuisset: respondit, Quendam vultu terribilem Papæ astitisse: & mortem sibi minantem, nisi Papam in omnibus exaudisset. Vnde

IMPERATORES. Anni à Christo nato.

regis occisus in Tiberim est proiectus.

LEO. XLVIII.

458 *L*Eo *primus, imperauit annis septēdecim.* *460

Alexandria & Aegyptus errore Dioscori Aegyptij hæretici languens, immundo repleta spiritu, canina rabie latrat.

Per id tempus apparuit hæresis Acephalorū, Chalcedonense concilium impugnantium.

Hoc tēpore, Leo omnes imagines quas in vrbe Roma inuenit, Constantinopolim reportauit, ibiquè omnes eas incendit.

Sub isto, Heliseus propheta transfertur Alexandriam: & corpus sancti Marci, Venetias.

Istius Leonis tempore Augustulus apud Italiam, Imperium regni inuasit. Sed Odenatus, Ruthenus genere, cum Ruthenis veniens in Italiā, capta Ticino, omnino ferro & igne destructa, Orestem captū

Anni a Christo nato.

IMPERATORES.

in Placentia decollauit. Augustulus verò, qui Imperium præsumpserat occupare, dũ quindecim mẽsibus tantùm Rempublicã gubernasset, videns quòd Odenatus totam Italiam occupasset, magno metu perterritus, sponte purpuram abiiciens, Imperialem deposuit maiestatem. Et sic Odenatus, vrbem Romam ingressus totius Italiæ regnum habuit.

Quod quũ per annos quatuordecim nullo inquietante gubernasset, ab Orientis partibus adueniens Gothorum rex Theodoricus, Italiam possessurus intrauit.

Per idẽ tempus sanctus Mamertus, Viennensis episcopus claruit. Qui tres dies Rogationũ ante Ascẽsionem Domini, statuit ieiunari.

Floruit & in his temporibus Prosper natiõe Aquitanus, beati Leonis papæ notarius: qui apud regnum Italiæ factus episcopus

PONTIFICES.

Anni a Christo nato.

Vnde statim de Italia exiens, in Pãnoniam rediit.

Hic etiam Leo sanctissimus, quum contra Eutychen epistolam ad Chalcedonense concilium scripsisset: eandem antequàm mitteret epistolam, Romę super altare beati Petri Apostoli ponens, per quadraginta dies ieiuniis & orationibus insistens, rogauit sanctum Petrum, vt si quid esset in eadem epistola emendandum, ad fidei (propter quod scripta erat) informationẽ, ipse dignaretur corrigere. Quod & factum est. Nam in fine quadraginta dierũ inuenit ipsam Epistolã in omnibus ad propositũ emendatam: ipso Petro reuelante.

Illo tẽpore sanctus Paulinus Nolanę ciuitatis episcopus, pro cuiusdam viduæ filio capto se tradidit, & in Aphricam deductus fuit. De quo scribit beatus Gregorius in Dialogo.

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

HILARIVS. XLIX.

465 *461 Hilarius, natione Sardus, ex patre Crispino, sedit annis sex, mensibus tribus, diebus decē. Et cessauit Episcopatus diebus decem.

Hic constituit, vt nullus Pontifex successorem sibi constitueret.

Et fecit ad sanctum Laurentium balneum & monasterium: & basilicā sanctæ martyris Bebianæ, vbi corpus eius requiescit cū quatuor milibus & ducētis sexaginta duobus sanctorum corporibus, exceptis paruulis & mulieribus. Qui etiam ibidem sepultus est, iuxta corpus eiusdem martyris.

Per idem tempus, vt legitur in historia Britonū, in Britannia regnabat Arturus, qui benignitate, & probitate sua Flandriam, Franciam, Noruegiā, Daciam, cæterasque marinas insulas sibi seruire coëgit. In prælio quoq; lethaliter

IMPERATORES. Anni à Christo nato.

pus, doctrina & miraculis claruit, ibiq; honorificè requiescit.

Hoc tempore Agmūdus rex Lombardorum, quum adhuc esset in Pannonia cū suis, pueros septem iuxta piscinam aquæ (quos quædam meretrix vno partu ediderat, & ad necandum proiecerat) casu reperit. Quumq; scire volens quid esset, in equo sedens, lancea quā gestabat reuolueret: vnus ex pueris hastam Regis manu tenuit. Quod rex admirans, magnum eum futurum pronuncians, cum diligētia educari fecit, atq; nutriri. Qui postea propter miram probitatem, in regē electus, multa fœlicitate Lombardos gubernauit.

Anno huius vj. pictor quidam, vt dicit Sigibertus, cū Saluatoris imaginē ad similitudinem Iouis pingere voluisset, aruit manus eius, quem culpam confessum sanauit Gennadius Episcopus Constantinopolitanus.

Anni à Christo nato. IMPERATORES.

ZENO. XLIX.

475 *476 ZENO, *imperauit annis septendecim.*

Hic fecit leges plurimas.

Leonem Augusti filium interficere quærens, pro eo quòd mater eius alium figura similẽ obtulit: ipsum Leonem occultè clericum fecit: qui in clericatu, vsq; ad tempora Iustini vixit.

Per idem tẽpus, corpus beati Barnabæ Apostoli, & Euangelium Matthæi, eius stylo scriptũ, ipso reuelante, repertum est.

Iste Zeno cum Gothis pacis fœdus iniÿt.

Theodoricus puer, à patre suo Principe Gothorũ, Zenoni Imperatori in obsidem datur. Qui Theodoricus quum octodecim annos habuisset, Imperator Zeno Reipublicæ vtilitatẽ prospiciens, misit illum cũ Gothis gente sua in Italiã, quam Odenatus occupatã tenebat. Quũ igitur Theodoricus per Bulgariam & Pan-

PONTIFICES. Anni à Christo nato.

liter vulneratus, secedit ad curandum vulnera in quandam insulam. Deinde Britonibus, de vita eius vsq; hodie nulla certitudo remansit.

SIMPLICIVS. L.

SIMPLICIVS, natione Tiburtinus, ex patre Castino, sedit annis quindecim, mense vno, diebus septem. Et cessauit episcopatus diebus sex. 468 *467

Hic vir beatissimus dedicauit basilicã sancti Stephani, iuxta basilicam sancti Laurentij, & basilicam sanctæ Bebianæ: vbi etiam corpus eius requiescit cũ tot milibus sanctorũ, vti suprà diximus.

Hic constituit apud sanctum Petrum & ad sanctũ Paulum, vt septem presbyteri per hebdomadas manerent, propter pœnitentes & baptizantes. Et fecit quinque regiones presbyteris Vrbis diuidẽdas: primam regionẽ, ad sanctum Petrum: secundam, ad sanctum Paulum: tertiam, ad san-

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

sanctum Laurentiū: quartam ad sanctum Ioannem in Laterano: quintam, ad sanctam Mariam Maiorē.

Et constituit, vt nullus clericus inuestituras à laico accipiat.

Sepultus est in Vaticano, iuxta corpus beati Petri Apostoli.

Eodem tépore fuit Merlinus vates in Britannia ex filia regis sanctimoniali & incubo dæmone natus. Nam ipsius regis Demerciæ filia, inter monachas in Ecclesia sancti Petri degebat, in vrbe Kærmedin, quæ asseruit se nunquā virum agnouisse, sed quidā in specie pulcherrima ipsā frequenter deosculans & euanescens, & rursum apparens & eam amplectēs, grauidam reliquit. Et quū rex Britanniæ ædificiū miræ magnitudinis cōstrueret, & de nocte euanesceret id quod in die ædificabatur, admirans à Magis accepit responsum, quòd ædificium non perficeret, nisi

IMPERATORES.

Anni à Christo nato.

Pannoniam Italiam peruenisset: & post magnos labores nō longe ab Aquileia in vberrimis pascuis se & suos recrearet: Odenatus cū totius Italiæ viribus ibidem ipsam inuadens, cōtritus est penitùs à Theodorico: ita quòd Odenatus cum paucis Romā fugiens quum à populo non fuisset receptus, vrbem Rauennæ se recepit: quem Theodoricus post trium annorū obsidionē peremit, & Romā veniens, cum gaudio est receptus. Postea Theodoricus omnia quietè tenens, Regis Francorum filiā duxit in vxorem.

Huius tēporibus, Henricus rex Aphricæ, Ariana hæresi maculatus plusquā trecentis episcopis ecclesias claudit: & ipsos in exilium in Sardiniā misit.

Eo tempore gens Saxonum, post multa & dira bella, insulam Britanniā possedit. Anno Domini cccc.xlix. Venerūt augeri Saxones in Britanniam.

Anni à Christo nato. IMPERATORES.

Eo etiam tempore, sanctus Germanus Altisiodorensis, & Lupus Trecensis, ad propellendam haeresim Pelagianam, in Britanniam, per papam diriguntur.

Eo tempore Fulgentius claret scientia & fide.

ANASTASIVS. I.

492 *494 ANASTASIVS imperauit annis vigintisex.

Huius tempore Thrasamundus Vandalorũ rex, in Aphrica catholicas ecclesias claudit. Centum & viginti episcopos in exilio Sardiniam mittit.

Per idem tempus apud Carthaginẽ Olympius quidam episcopus Arianus, sanctam trinitatem in bal neis blasphemans, tribus igneis iaculis, angelo mittente inuisibiliter, est combustus.

Barrabas quoque, episcopus quidam Arianus, dũ contra regulam fidei quendam baptizans dixisset: Bapti-

PONTIFICES. Anni à Christo nato.

nisi calcina admisceretur sanguine alicuius sine patre procreati. Et quum per regnum talis quaereretur, Merlinus puer à quodam puero secum cõtẽdente, talis notificatur. Et captus, Magos mentitos esse dixit. Et ostendens sub terra ędificij voraginem totum absorbentem, mortem euasit.

Hoc tempore Mamertus Viẽneñ. Episcopus claruit, qui Litanias ante ascẽsionem Domini instituit: Qui litaniarum ritus à Viẽneñ. Ecclesia in omnes *decreuit Ecclesias Galliarum. Haec enim causa fuit, quod terraemotus in vrbe Viẽneñ. Ecclesias domosque euertebat, & furia luporum aliarumque syluaticarum bestiarũ toto anno per vrbem vagantium omnes deuorabat. Palatium etiam Regis die sancto Paschae, igne caelesti est consumptum, & hęc clades terroris multũ addidit. *deturbit.

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

FELIX. LI.

486 FELIX tertius, natione Romanus, ex patre
*482 Felice presbytero, de regione Fasciolę, sedit annis octo, mensibus vndecim, diebus septemdecim. Et cessauit episcopatus quindecim diebus.

Hic fecit basilicam sancti Agapiti, iuxta basilicā sancti Laurentij martyris.

Hic constituit, ecclesias ab episcopo consecrādas.

Sepultus est in Ecclesia sancti Pauli.

Huius tēpore venit relatio ex Græcia, Petrum Alexādrinum propter heresim damnatum, ab Acacio episcopo Constantinopolitano reuocatum. Quod sanctus Felix grauiter accipiens, conuocato concilio damnauit Acacium & Petrum.

Hic etiam duos episcopos, quos pro prædicta causa in Constantinopolim legatos direxit, qui per Imperatorē pecunia corrupti

IMPERATORES.

*Baptizat te Barrabas per Filium in nomine Patris, in Spiritu sancto: statim aqua quæ fuerat ad baptizandum parata, nusquam comparuit. Quod aspiciēs qui baptizādus erat, abiit: & iuxta morem fidei, baptismum *suscipere voluit.* *suscepit.

Hic Hormisda papa, qui Symmacho successerat, legatos solennes in vrbem Cōstantinopolim dirigens, monuit, vt ab hæresi Ariana discederet. Qui non solùm legatos audire, sed nec etiā videre volens, subitò, diuino iudicio, per ictū fulminis interÿt.

Regnauitq́, tam infeliciter, vt diuersorum hostium vallatus agminibus, sæpius gemens & mœrens nullam suorum inimicorū vindictam meruit audire: quia nec iura ecclesiarum seruauit, sed hæreticis fauens, catholicos est persequutus.

IVSTINVS. LI.

IVSTINVS, *imperauit annis decem.* 518
*521

Anni à Christo nato. IMPERATORES.

Hic ardore fidei certabat, vt hæreticos dissiparet. Quod audiens Theodoricus, rex Arianus Italiæ, misit nuncios suos Constantinopolim ad Iustinum Imperatorem, mãdans, quòd nisi ecclesias hæreticis restitueret, ipse totam Italiam deuastaret.

Postea Thrasamundus Illyricus, Vandalorũ regnũ suscepit: qui sacramento astrictus à Thrasamundo, ne catholicis in regno suo consuleret, antequàm regnum susciperet, episcopos ab exilio reuocauit, & ecclesias reformauit.

Hic Iustinus Imperator Christianissimus, statuit, vt vbicũq; ecclesiæ hæreticorum essent, Catholicæ religione consecrarentur.

Quod autẽ in Italia rex Theodoricus Gothus, Ariana hæresi pollutus, audisset Ioannem papam & alios viros cõsulares in Cõstantinopolim dirigens, cõminatus est, quòd nisi Arianis ecclesias restitueret, omnes

PONTIFICES. Anni à Christo nato.

rupti fuerant, conuocato Concilio damnauit.

Hic constituit, quòd accusato dãdæ sint induciæ, vt ad respondendum præparare se possit. Et quòd accusatores & iudices, tales esse debent, qui omni careant suspicione.

GELASIVS. LII.

GELASIVS primus, 493 natione Apher, ex pa*494 tre Valerio, sedit annis quatuor, mensibus octo, diebus octodecim.

Hic fecit Orationes, Tractatus, & Hymnos, sicut Ambrosius: & Præfationem Missæ composuit, Verè dignum & iustũ est: quotidiano vsui.

Huius tẽpore facta est inuentio cryptæ sancti Michaëlis.

Inuenitur corpus beati Barnabę, & cum eo euangeliũ quod propria manu in Hebraico sermone sanctus Matthæus scripserat.

Auitus Viennensis episcopus Galliã defendit ab hæresi Ariana.

Hic

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

Hic Gelasius est, qui quoddam decretum composuit. Eo tépore floruerunt in Galliis Remigius Remeñ. Auictus Vienneñ. in Africa Fulgentius Ruspeñ. & in Italia Germanus Capuanus. Euangeliũ quod inuentum fuit cum corpore beati Barnabæ, ipse Barnabas ex doctrina Apostolorũ secũ deferre solebat: & vbicunque inueniebat infirmos, ponebat illud super illos; qui tã fide Bernabæ, quàm meritis Matthæi sanabantur.

ANASTASIVS. LIII.

498 *496 ANASTASIVS, secundus, natione Romanus, ex patre Fortunato, sedit annis tribus, mensibus vndecim, diebus viginti duobus. Et cessauit episcopatus diebus noue.

Hic constituit, vt nullus clericus prętermitteret officium suum ira vel rancore, præter Missam.

Hic Anastasium Imperatorem excõmunicauit. Eo

IMPERATORES.

Anni à Christo nato.

omnes per Italiam Christianos gladio perimeret. Qui à Iustino honorificè recepti, ad preces Papæ & nunciorum, compatiẽs neci Christianorum, de ecclesiis Arianorum supersedit. Dum verò hi, in itinere demorarẽtur, Theodoricus rabie iniquitatis stimulatus, Boëtium Senatorem, quem prius exilio relegauerat, & alios viros Catholicos gladio trucidauit. Ioannem verò papam, cum his cum quibus fuerat profectus, postquàm redierat in Rauennã ad ipsum, carcerali angustia peremit. Sed hanc ipsius crudelitatem, mox animaduersio diuina sequuta est. Nam nonagesima die post hoc facinus subita morte defunctus est. Cuius animã, quidã vir sanctus eremita, vidit per Ioannẽ papam in ollam Vulcani proijci.

Ad hunc Iustinũ Christianissimũ misit Hormisda venerabilis papa Constantinopolim Germanum epi-

Anni à Christo nato. IMPERATORES.

episcopum Capuanũ, cum multis aliis personis, pro reuocatione episcoporũ ca-
492 tholicorum, quos Anastasius perfid⁹ eiecerat. Quos nuncios cum grãdi lætitia clementissimus ille Imperator Iustinus suscepit.

Eodem etiam tempore imperij Iustini beata virgo Brigida, obijt in Scotia.

Circa hoc tempus Hildericus Rex Franciæ, propter insolentiam & luxuriosam vitã, de regno expulsus est à suis. Octo annis mansit apud Basinum Regem Turingorum. Quo reuocato in suũ dominiũ, Basina vxor Regis Basini Turingorum, relicto viro suo, sequuta est Hildericũ: qui ipsam suscipiẽs in vxorem, genuit ex ea Clodoueum: qui postea baptizatus per sanctum Remigiũ, Christianissimus effectus est, & sanctorũ martyrio aggregatus.

Hoc tempore, omnis pulchritudo Antiochiæ ciuitatis, per terramotum exterminata est. IV-

PONTIFICES. Anni à Christo nato.

Eo tẽpore multi presbyteri & clerici contra papam se erexerunt: eo quod cõmunicasset Fotino, diacono Thessalonicensi, qui familiaris fuerat Acacij damnati per Ecclesiam. Et quia Acacium restituere voluit; licet non potuerit, Diuino iudicio percussus est, quia quum ad secreta naturæ secessisset, egerendo intestina miserabiliter vitam finiuit.

Martinus hoc loco Gratianum, sequitur, quẽ Pighius & alij reprehendũt, Gratiani locus est dist. 19. cap. antepenult. & penult.

SYMMACHVS. LIIII.

SYMMACHVS, natione Sardus, ex patre Fortunato, sedit annis quindecim, mensibus septem, diebus vigintiocto. Et cessauit episcopatus diebus septem. 501 *498

Hic constituit omni die Dominico, & in natalitiis Sanctorum gloria in excelsis canere, & quæ sequuntur post verba, Angeli *sedit, in eodem hymno.

* addidit.

Sub contentione ordinatus est vna die cum Laurentio Symmachus, in basilica Constantiana: Lauren-

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

rentius, in basilica sanctæ Marię Maioris. Ex quacausa, separatus est clerus, & populus diuisus est à Senatu. Et facto Rauēnæ indicio coram Theodorico rege, electus est Symmachus, & confirmatus.

Clodoueus, rex Francorum, à beato Remigio baptizatur. Et Parisiis regalē ecclesiam ędificauit in honore Apostolorum Petri & Pauli.

Prædictus Clodoueus sæpius hortatus à Colcide vxore sua catholica, vt batisinum reciperet: Tādem cùm contra Alemānos cōgressum faceret, promisit se baptizandū, si victor rediret. Alemannis deuictis, cùm Remis à B. Remigio baptizaretur, nec adesset qui chrisma adferret, ecce subito columba celitus lapsa ampullam in Rostro detulit, ex quo Pontifex Regem in baptismo liniuit. Hæc ampulla vsq; hodie Remis seruatur, & inde Frācorum Reges vsque hodie

IMPERATORES.

Anni à Christo nato.

IVSTINIANVS. LII.

527 IVSTINIANVS *primus, imperauit annis* *529
triginta octo.

Hunc imperatorem Agapytus papa vir Dei, reuocauit ab errore Eutycheo.

Hic Leges condidit, & consummauit libros, scilicet Codicē, & Digestum.

Belizarius Patritius, mirabiliter de Persis triūphauit. Qui de Iudaa à Iustiniano missus ad Aphricam, Vandalorum gentem deleuit.

Hoc tempore obsessa est vrbs Roma à Gothis, vno anno, in circuitu: sed postea liberata est à Belisario patritio.

Arator Romanæ Ecclesiæ subdiaconus, poëta mirabilis: qui Acta Apostolorum metricè composuit, claret.

Floret Priscianus ille Grammaticus.

Hic Iustinianus abbreuiauit

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

uiauit leges Romanorum

His temporibus facta est mortalitas apud Constantinopolim: qua de causa constituta est solennitas Purificationis sanctæ Mariæ, quæ dicitur Hypante, dum hypantein Græcè, Latinè dicitur obuiare.

Hus Iustiniani temporibus post solitariā & arctam vitā in cœnobio monastico, apud montē Cassinum, sanctus degebat Benedictus.

Huius Iustiniani temporibus, Respublica multū prosperata est, tam in oriēte, quàm in Occidente, Nam licet ipse esset circa leges & libros intentus: tamen per patritium Belisarium, quem ad bella constituit, prosperè vbique gessit.

Nam postquàm Persas incredibili victoria vicit, transiuit in Aphricam contra Vandalos. Et ipsis victis, eos Romano Imperio subiecit.

Transiuitq; in Italiam con-

PONTIFICES.

Anni à Christo nato.

hodie inungantur. Baptizatus est cum innumerabili Francorū populo circiter annū Domini IↃ. Ecclesiam autem quā Parisiis ipse rex construxit, est illa, quæ nūc dicitur, apud sanctam Genouefam. Eo tempore Alamūdatus rex Saracenorum ab Orthodoxis baptizatus, cùm eum vellēt Eutychianæ hæresis quidā seducere, repulit eos hac fabulosa inductione, dicēs: quod literas accederit, Michaëlē Archangelū mortuū esse, illisq; respondentibus, impossibile esse, eò quòd angeli sint impassibilis naturæ. Quomodo ergo secūdum vos nudus Crucifixus est Christus, nisi duarū naturarū esset, quandoquidem nec angelus mortuus est.

Boëthius, vir consularis, in Italia claret: qui exulatur à Theodorico Rege Italiæ. Ibiq; libros sibi de Cōsolatione philosophię edidit.

Hoc tempore claret sanctus

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

ctus Remigi⁹, sanctus Maxẽtius abbas, sanctus Leodegarius, sanctus Arnulphus, & sancta Genouefa.

Eo tempore, Sigismũdus rex Burgundiæ, ad honorem sancti Mauritij sociorumq; eius apud Agaunum, ibidem quiescentiũ, monasterium construxit, multisque possessionibus ditauit.

Eodem tempore, Symmachus conuocata synodo eximia, constituit prædictum Laurentium, episcopum Nucherinum.

Post paucos annos terminatur ex inuidia per falsos testes Symmachus, & occultè reuocatur Laurentius. Sic iterum diuisus est clerus. Quidam adhærebant Symmacho alij Laurentio. Quare conuocato denuò Concilio ducentorum & quindecim episcoporũ, expurgatus est Symmachus ex crimine falso, & cum gloria restituitur, sed Laurẽtius cum suis condemnatur.

HOR-

IMPERATORES. Anni à Christo nato.

contra Gothos, qui eam & etiam Romam occupauerant.

Transiensq; per Siciliã venit Neapolim. Sed quia ciues propter Gothos, qui intus erant, eum recipere noluerunt: ipsam paucis diebus oppugnans, cepit: qui non solum in Gothos acriter desæuit, sed etiam in ciues: nullus enim ætati vel sexui parcere voluit: monasteriorum & clericorum, atque aliarum ecclesiarum bona diripuit.

Tandem quum ad vrbem Romã appropinquaret, Gothi, qui intus fuerant, nocturno tẽpore diuersis portis apertis Vrbis, versus ciuitatem Rauennam fugerunt, ibiqúe se congregantes, bello campestri omnes victi fuerunt. Belisarius verò patritius, victoria habita, ad Iustinianum in Constantinopolim rediit, regem Gothorum captum secum adducendo.

Iisdem tẽporibus tanta fa-

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

fames fuit per totam Italiam, vt matres puerorum suorum carnes comederẽt.

Eodem tempore floruit Caßiodorus, Rauennæ Senator, postea monachus, ornatus scientia & eloquentia.

Eodem etiam tempore, sanctus Herculanus, Perusinus episcopus, à Rege Gothorum capite truncato moritur.

*Iustinianus

*Hic *Iustinus imperator, postquàm mirificũ templum in Cõstantinopoli ad honorem sanctæ Sophiæ &* CHRISTI *construxit: ibidem, in multa pace defunctus sepelitur.*

Huius tempore Iudæi cum Saracenis adunati, omnes Christianos Cæsareæ Palæstinæ ciuitatis interfecerunt. Quod audiẽs Imperator, quendam mittit, qui graue de eis sumpsit vltionem.

His temporibus, construitur monasteriũ sancti Mauritij, sociorúmque eius, à Sigismundo Rege Bur-

PONTIFICES.

Anni à Christo nato.

HORMISDA. LV.

HORMISDA, natione 516
Cãpanus, de ciuitate *514
Frusinonia, ex patre Iusto, sedit annis nouem, diebus septemdecim. Et cessauit episcopatus diebus septẽ.

Hic clerum composuit, & Psalmos erudiuit.

Græcos reconciliauit, qui obligati fuerant vinculo anathematis, propter Petrum Alexãdrinum episcopum.

Hic postquàm eleemosynas multas erogasset pauperibus, nec non basilicis diuersa ornamenta contulisset, apud sanctum Petrũ trabem argenteã mille librarum & quadraginta relinquens, ibidem sepultus quiescit.

IOANNES. LVI.

525
IOANNES primus, na- *523
tione Tuscus, ex patre Constantino, sedit annis duobus, mensibus octo, diebus octodecim. Et cessauit episcopatus diebus 8.

Huius

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

Huius tempore Francia cõuertitur ad CHRISTVM.

Hunc Theodoricus rex Gothorum, qui dominabatur in Italia, misit Constantinopolim ad Iustinũ Imperatorem. Sed reuersus cum sociis suis, carcerali angustia peremit. Sed Deus impunitum nõ permisit. nam post paucos dies est rex extinctus. Cuius animam quidam sanctus heremita vidit per Ioannem papã in ollam Vulcani proiici.

Obiit autem Rauennæ, in carcere: cuius corpus translatum Romam est, & sepultum in ecclesia sancti Petri. Hic papa infirmus missus ad Iustinũ Imperatorem, equum à quodam viro, vt ei concederet, requisiuit. Quod fecit, vnde cùm idem papa remitteret, mulier viri solita equitare hunc equum, eum ascendere nõ valuit. Quare maritus dicto papæ remisit. Qui eum remittens, non mulieri, sed viro sedendo dedicat.

Fe-

IMPERATORES.

Anni à Christo nato.

Burgũdiæ, pro nece filij sui, quem de concilio nouerca interfecerat.

Hoc tempore Clodoueus, rex Francorum Christianissimus Alaricum regem Gothorum Arianum, apud Tholosam debellauit.

Hoc etiam tempore, in vrbe Parisiensi, claret sancta Genouefa virgo. Clodoueo rege Francorum mortuo, filij eius regnum inter se diuiserunt. Theodoricus sedem Metis est sortitus, Cleodomirus Aurelianis, Lotharius Suessionis, Hildericus verò Parisijs. Sed Lotharius alios superuixit, regnauitq́ annis pluribus. Hic Lotharius cum apud Compendiũ febre grauiter vexaretur, dicebat: Viri, viri, quid putatis, qualis est rex iste calorum, qui magnos sic dignoscitur interficere. & in hoc tadio obijt. Post cuius mortem, filij sui inter se diuiserunt regnum. Heribertus Parisiis statuit sedem sibi, Cuntranus Aureliis, Sigibertus

R Remis

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

Remis. Hilperic⁹ verò Sueßson. Principaliorē sedē regni Franciæ fuisse Sueßoni multis annis, dicitur. Eo tēpore in Gallia mons super Rhodanum fluuium, multis diebus dās mugitum, tandem ab alio monte sibi vicino est discissus, cum Ecclesiis, domibus, hominibus & bestiis, & in Rhodanū præcipitatus. Anno hui⁹ xiiij. Cometes apparuit, die sancto Paschæ cælū ardere visum est, verus sanguis ex nube defluxit in vestimentis hominum. Domus cuiusdam ab intus sanguine respersa apparuit, & secutæ clades variæ & malæ valetudines cum pustulis & vesicis populum afflixerent.

IVSTINVS. LIII.

566 IVSTINVS *secundus imperauit annis vndecim.*

Narses patritius, postquàm Iustino Augusto regem Gothorum in Italia superauit, Sophiæ Augustæ Iustini coniugis nimis perterritus, ad Lāgobardos se

PONTIFICES.

FELIX. LVII.

FELIX quartus, natione * Samius, ex patre Constantino, sedit annis quatuor, mensibus duobus, diebus tredecim. Et cessauit episcopatus mense vno, & diebus quindecim. 527 *526 * Sānis.

Hic constituit, vt infirmi ante transitum suum, sancto oleo debeant inungi.

Hic patriarchā Constantinopolitanum, Athanasiumq; nomine, excommunicauit propter hæresim.

BONIFACIVS. LVIII.

BONIFACIVS secūdus, natione Romanus, ex patre Sigmulto, sedit annis duobus, diebus vigintisex. Et cessauit episcopatus diebus sex. 531 *530

Hic constituit, vt clerici sint diuisi à Laicis, in celebratione Missæ.

Sepultus est in Ecclesia sancti Petri.

IOHANNES. LIX.

IOANNES secundus, natione Romanus, ex patre 634 *532

Anni à Christo nato. PONTIFICES.

patre Proiecto, de Cælio-mõte, ſedit annis duobus, menſibus quatuor, diebus ſex. Et ceſſauit epiſcopatus diebus ſeptem.

Hic damnauit Anthemium, Arianum epiſcopum.

Maurus, diſcipulus ſancti Benedicti ſanctitate claret in Gallia.

AGAPETVS. LX.

537 *534 AGAPETVS primus, natione Romanus, de regione Ioãnis & Pauli, ſedit annis duobus, mẽſibus vndecim, dieb⁹ octodecim.

Hic cõſtituit, vt proceſſiones fierent in Dominico die.

Hic ad Iuſtinianum Imperatorem veniẽs, in Cõſtãtinopoli ciuitate defunctus eſt: cuius corpus Romam translatum eſt, & in baſilica beati Petri ſepultum.

SILVERIVS. LXI.

540 *535 SILVERIVS, natione Campanus, ex patre Hor-

IMPERATORES. Anni à Christo nato.

ſe contulit: eosq́ in Italiam introduxit. Nam quũ gens Longobardorum habitaret in Pannonia, Narſes cum Arbure, qui fuit rex ipſorũ, & cum Rotario ſucceſſore ipſius, ſic facti ſunt amici, quaſi eſſent germani: & inierunt concilium, quomodo regnum Italicum à Iuſtino Imperatore & eius ſucceſſoribus eripere poſſent. Quod & factum eſt: & abſolutum eſt regnum Italicum à iugo Conſtantinopolitano.

Et ab illo tempore, Romani per Patritios cœperunt dominari.

Et factum eſt regnum Italiæ habitatio Longobardorum: qui Mediolano, Ticino, Brixia & Pergamo depopulatis, ibidem prius habitare cœperunt.

Poſt Rotarium, regnauit Guiſulphus & Heberectus.

Cui Heberecto ſucceſſit rex Luitbrandus.

Luitbrando verò ſucceſſit Grunualdus.

Anni à Christo nato. PONTIFICES.

Hormiſda, epiſcopo Romano, ſedit anno vno, menſibus quinque, diebus vndecim.

Hic in exilio interfectus eſt ab Imperatore. Nam Theodora Imperatrix, propter Anthemium epiſcopum de hæreſi condemnatum, quia ipſum reſtituere noluit, miſit in exilium in Pontiam inſulam: ibique mortuus eſt.

VIGILIVS. LXII.

541 VIGILIVS, natione Romanus, ex patre Ioan-
*537 ne, ſedit annis ſeptemdecim, menſibus ſex, diebus viginti ſex. Et ceſſauit epiſcopatus menſibus tribus, diebus quinque.

Huius tempore Beliſarius patritius liberauit Romam à captione Gothorum: & obtulit ſancto Petro crucem auream ex Vandalorum ſpoliis, centum libras pondo habentem.

Moritur in exilio, in ciuitate Syracuſis.

Hic ordinauit Miſſam celebrari in eccleſia, reſpiciens Orientem.

Hunc quemadmodum prędeceſſorem ſuũ, Theodora Imperatrix, propter Anthemium epiſcopum Conſtantinopolitanum perſequuta eſt. Et de mandato eius, ductus eſt Conſtantinopolim: vbi quum nollet Anthemium epiſcopum reſtituere, alapis concuſſus, de eccleſia ſanctæ Sophiæ, in quam confugerat, extrahitur: & miſſo fune in collo, per totam ciuitatem à manè vſque ad veſperam tractus, in exilium miſſus moritur.

Hoc tempore, in vna vrbe Ciliciæ, conſtat Theophilum archidiaconum extitiſſe, qui Chriſtũ & eius genitricem abnegando diabolo reuerentiã præbuit.

qui

qui poſtea per diabolum, ad quod volebat promotus; tandem ad cor rediens, & cum fletu dura pœnitentia ſe affligens, mediante beata virgine Maria, veniam & gratiam recuperauit.

Hic Vigilius, licet malè papatum intrauerit: eo quòd eſſet cupidus ad papatum, quum eſſet Siluerij papæ archidiaconus: propter ipſius conſilium Silucrius papa, ab Imperatrice Theodora, exilio eſt relegatus, vt ei in papatu ſuccederet: quia tandē reuera pœnituit: & pro fide exilio relegatus, ibidē feliciter vitam terminauit.

Huius tēpore apud Conſtantinopolim quinta ſynodus cōgregata eſt, ſub Iuſtiniano Imperatore, contra Theodorum & omnes hęreticos, qui beatam virginem tantùm hominem, & nō Deum & hominem genuiſſe affirmabant.

Hoc tempore ſanctus Medardus, epiſcopus Nouiomenſis obiit: quem Clotarius rex Sueſſionis cum magna gloria ſepeliuit.

Circa hæc tempora, ſanctus Remigius obiit, qui ſeptuaginta duobus annis catholicè Remenſem rexit eccleſiam.

Hoc tempore factum eſt miraculum in paruo Iudæo, qui cum coæuis, ſiue pueris Chriſtianis tendens ad Eccleſiam, corpus & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti recepit. Propter quod à patre ſuo in fornacem proiectus, per Chriſtianos inde extractus eſt illæſus. Eo quoque tempore Iudæus quidam imaginem ſaluatoris de eccleſia furtim deponens telo transfixit; & eam clam ad domum ſuam deferens, cùm eam vellet flammis exurere, ſe ſanguine Imaginis cruentatum videns, præ

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

Et illius filius Romualdus Sānitibus imperabat.

Illis temporibus, Lōgobardi, licet essent baptizati, nihilominus colebant idola sicut arbores: & etiā more bestiali, simulachrū serpentis viperæ.

A quo errore, vir sanctus Barbatus nomine, Beneuentanus episcopus ipsos retraxit. Nam & arborem quam colebant, succidit: & simulachrum viperæ aureum, in calicem commutauit.

Postea in Longobardorū regno successit Astulphus rex: cōtra quem venit rex Pipinus rex Frāciæ, vocatus per papam: sicut ostenditur, vbi de Pipino agitur.

Istius Romualdi temporibus, corpus sancti Bartholomæi de India primò peruenit in insulam Liparim: postea in Beneuentū translatum est.

Huius Iustini tempore Armenij fidem Christianā receperunt.

Eo tempore Longobardi co-

PONTIFICES.

stupore eam abscondit. Quam Christiani requirētes, & per vestigia sanguinis inuenientes, eam sanguinolentam repererūt, & Iudæum lapidauerunt.

PELAGIVS. LXIII.

PELAGIVS prim^9^, natione Romanus, ex patre Ioāne, sedit annis quatuor, mensibus decē, diebus octodecim. Et cessauit episcopatus mēsibus quatuor, diebus viginti quinque. 558 *555

Hic constituit, vt hæretici vel schismatici per seculares potestates punirētur.

Hoc tēpore beatus Brēdanus in Scotia clarus habetur. *Brandanus

Iste papa culpatus fuit de morte Vigilij: sed corā omni populo, tangendo crucem & Euangelium, se purgauit.

Huius tēpore ossa protomartyris Stephani Romam sunt delata: & cum sancto Laurentio in vno sepulchro collocata.

IOAN-

Anni à Christo nato. PONTIFICES.

IOANNES. LXIIII.

562 IOANNES tertius, natione Romanus, ex patre Anastasio, sedit annis
*566 duodecim, mensibus vndecim, diebus viginti septē. Et prius cessauit episcopatus mense vno, diebus tribus.

Hic reparauit & restaurauit cœmiteria sanctorum martyrum.

His temporibus Fortunatus poëta, vir egregius, vita & ingenio præclarus, Italus, Turonum veniens, gesta beati Martini episcopi conscripsit. Deinde in Pictauiensem episcopum ordinatus est.

Eodē tēpore sanctus Maurus, sancti Benedicti discipulus, qui de Italia Gallias venerat, post laudabilem vitam monasticam, migrauit ad CHRISTVM: & prope Parisios quiescit tumulatus.

Hoc tēpore ante aduentum Longobardorum in Italiam, igneę in cælo acies visæ

IMPERATORES. Anni à Christo nato.

di comam capitis tondebant: & hoc, à ceruice vsque ad occipitium. Nam ceruicem vsque ad occipitium radentes nudabant. Capillos à facie vsque ad ipsum os, demissos habebant. Vestimenta eorum, larga erant, & longa: & maximè linea, qualia Phrisones habere solent. Caligæ verò eorū, dependentes erāt vsque ad pollicem: quæ hinc inde laqueis corrigiarum ligatæ erant.

Iustinus verò imperator, qui fuit vir Catholicus, in maiori pace dies suos finiuisset, si ad consilium vxoris suæ Narsem patritium suum non turbasset.

Ex omni autem parte, bella Iustino insurrexerāt, postquàm Narses qui multum timebatur, à Iustino recesserat.

Erat enim Narses vir pijssimus, in religione catholicus, in pauperes munificus, in reparandis sanctorum basilicis studiosus: vigiliis & orationibus in tantum

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

tùm intentus, vt plus supplicationibus ad Dominum profusis, quàm armis bellicis, victoriam obtineret.

TIBERIVS. LIIII.

577 TIBERIVS *secundus, imperauit annis septem.*

Tempore huius Imperatoris Lōgobardi Italiā magna & potenti manu cœperunt, & depopulati sunt eam.

Gothi qui erant Pagani, & heretici, facti sunt Christiani.

Hic Christianißimus Tiberius, & in pauperes piissimus, thesauros palatij magnos multis pauperibus erogabat.

Et quum ipsum Augusta, eo quòd omnes thesauros pauperibus erogaret, tāquam dissipatorem Reipublicæ argueret, Confido in Domino (inquit) quòd Fisco nostro nihil deerit pecuniæ. si enim de his quæ nobis Dominus contulit, eleemosynas faciemus, thesauros

PONTIFICES.

Anni à Christo nato.

visæ sunt: de quibus scribit beatus Gregorius in Homilia, Erunt signa in Sole & Luna, &c.

Ioānes verò papa, postquàm perfecit in Vrbe ecclesiam apostolorum Philippi & Iacobi, & dedicauit eam, sepultus est in basilica sancti Petri Apostoli.

Circa hoc tempus, sanctus Germanus Parisiensis episcopus claret. Qui quū ęgrotaret, iussit ex opposito sui sculpi in muro, Quinto Calendis Maij. Cuius scripturę causam, per mortem ipsius, quę tali die euenit, constitit sibi diuinitùs fuisse reuelatū. Sepultusq́; est in ecclesia, quæ vsque hodie dicitur, ad sanctum Germanum de Pratis.

BENEDICTVS. LXV.

BENEDICTVS primus, natione Roma- 574
nus, ex patre Bonifacio, sedit annis quatuor, mense vno, & diebus octodecim. Et cessauit episcopatꝰ mēsibus tribꝰ, & diebus decē. *577

Huius

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

Huius tempore Longobardi inuaſerunt totã Italiam, comitãte multa fame & mortalitate: in quibus magnis laboribus & afflictionibus, idem Benedictus papa mortuus eſt, & ſepultus in baſilica ſancti Petri. Eo tempore Hiſpani & Franci de Paſcha celebrando diſſentiunt. Hiſpanis vij. Kal. Aprilis, Frãcis xiiij. Kal. Maij Paſcha celebrantibus. Sed Frãcos bene celebraſſe per hoc diuinitus patuit, quod fontes in Hiſpania qui in ſabbatho ſancto Paſchæ ad baptizandum ſponte ſolebant repleri, non Hiſpanorũ, ſed Frãcorũ Paſchate ſunt repleti.

PELAGIVS. LXVI.

580 PELAGIVS ſecundus, natiõe Romanus, ſedit annis duodecim, mẽſibus duobus, diebus x. Et ceſſauit epiſcopatus mẽſibus ſex, & dieb⁹ vigintiquinq;.

Hic ordinatus fuit abſque iuſſione Principis.

Eo tempore Longobardi

IMPERATORES.

ros autem conquiramus in cælo.

Item quum ipſe tranſiret per quoddam palatium Imperiale: vidit caſu quãdam tabulam marmoream, in qua erat crux inſculpta. Quumq́; illam tabulam feciſſet leuari, dicens indignum eſſe, crucem pedibus calcari, quæ in pectoribus aut in frontibus hominum debet eſſe: apparuit ſub ipſa, alia tabula, eodem modo cruce ſculptã. Quumq́; & illam leuari feciſſet, apparuit tertia cæteris conſimilis tabula. Et quum Imperator admirãdo & illã leuari feciſſet, inuenit infinitum theſaurũ. Eo quoque tempore quidã inuenit artem vt vitrũ faceret ductibile & plicabile, in modũ plumbi, & requiſitus à Tiberio, ſi eſſet alius qui hanc artem noſceret, reſpondit, eam ſe inueniſſe. Quod audiens Tiberius, protinus fecit eum decollari, dicens: quod ſi iſta ars ad notitiam multorum deueniret,

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

ueniret, aurum & argentum reputaretur vilissimũ. Hoc tempore Lupi Burdegalam vrbem ingressi, neminem metuẽtes, canes deuorabant. Hoc tẽpore Lotharius seu Chortarius infans iiij. mensium in regẽ Franciæ sublimatur.

MAVRITIVS. LV.

584 MAVRITIVS, *imperauit annis viginti.*

Eodem tempore, sanctus Gregorius insignis habetur.

Arsaces aduersus Romanos dimicantes, auro magis quã ferro pelluntur.

Hic fuit vir fide Catholicus, & Reipub. satis vtilis: qui Persas, & Armeniam, præliis, incẽdiis, captiuitate hominum, primo Imperij eius anno per præfectum suum debellauit.

Huius tempore beatus Gregorius archidiacon⁹, in papam eligitur: & ipse imperialibus literis suum affirmauit consensum.

Ea

PONTIFICES.

Anni à Christo nato.

di obsiderunt Romam, & multa vastatio ab eis in Italia fuit.

Per idem tempus, tantæ pluuię fuerũt, quòd omnino homines putabãt vt diluuium inundaret. Et talis clades fuit, qualem à seculo nullus meminit audiuisse. — *Portentum.*

Ab hoc Pelagio beatus Gregorius in Cõstantinopolim apocrisarius directus, hortatu Leandri Hispalensis episcopi, Libros Moralium & in Iob composuit. 580

Quum vero Tiberis ex prędictarum pluuiarum abundantia, in tantum excreuisset, vt super muros Vrbem ingrediens, magnam partem regionis occuparet, secum trahens innumeram multitudinẽ bestiarũ, maximè serpentium, cum vno ingenti dracone. Quę bestiæ post diluuium putrefactę, ex aëris corruptione, maximam mortalitatẽ hominum induxerunt: ita vt multæ domus in vrbe — *Cataclismus*

va-

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

vacuæ remanerent. Ex qua clade, etiam papa Pelagius est defunctus. Sepultusq; est in ecclesia sancti Petri.

GREGORIVS. LXVII.

59
*590 GREGORIVS primus, doctor, natione Romanus, ex patre Gordiano, sedit annis tredecim, mensibus sex, diebus decem. Cœpit quarto idus Martij. Prius tamen cessauit episcopatus mensibus quinque, & diebus sedecim.

Hic doctor diuinarum scripturarum solertissimus, inquisitor mansuetus fuit.

Hic cõposuit Homilias quadraginta, Iob & Ezechielem exposuit. Registrum pastorẽ fecit: Dialogum, & multa quædam alia bona addidit: nã multos libros composuit.

Hic in propria domo fecit monasterium.

Meritò, terrestris angelus vocatur, quia cælestem vitam duxit in terris.

In singulis ecclesiis Romanæ

IMPERATORES.

Anni à Christo nato.

Eo tempore in Saphat, non longè à Hierusalẽ, tunica Domini inconsutilis inuẽta est, ab episcopis Gregorio Antiocheno, Thoma Hierosolymitano, & aliis, in arca marmorea. Hæc autem delata est in Hierusalem.

Anno decimoquarto Mauritij, beatus Gregorius misit in Augliã Augustinum monachum, pro conuersione Saxonum, qui de nouo Britanniam intrauerant. Nam Britones, de quibus adhuc Gallenses remanserunt, ab Eleuthero papa iamdudũ antea Christiani facti fuerunt.

Tandem Mauritius Imperator, cum beato Gregorio discordabant plurimũ: adeò vt post multas detrectationes, quas Papa faciebat, etiam sibi mortẽ minaretur.

Apparuit autem Romæ quidam vir in monastico habitu euaginatum gladiũ habẽs, per ciuitatem transeundo, clamãs: eodem anno 536

Mau-

Anni a Christo nato. PONTIFICES.

manæ vrbis, in remissionem humani generis, singulis diebus quadragesimæ statuit fieri Stationes, deuotioni fidelium celebrandas.

522 Et ne erroris antiqui semen, de cætero pullularet, imaginibus dæmonum capita & cætera membra, fecit generaliter amputari. Vt per hoc, extirpata radice hæreticæ prauitatis, palma ecclesiasticæ veritatis plenius exaltaretur.

Is autem in Canone addidit, Diesque nostros in tua pace disponas.

Fecit etiam supra Apostolorum corpora Petri & Pauli, iugiter celebrari à Papa, siue à cardinalibus.

Hic instituit per septiformem Litaniam placare iram Dei. Septiformis verò dicta ideo est: quoniam tali modo sic ordinata fuit.

In primo choro, fuit omnis clerus.

In secundo, Abbates cum monachis.

In tertio, Abbatissę cum omnibus congregationibus suis.

In quarto omnes infantes.

In quinto omnes laici.

In sexto omnes viduæ.

In septimo, omnes coniugatæ.

Hic primus fuit inter Pontifices, qui se Seruus seruorum Dei inscripsit.

Titulus Pontificum nouus.

Et licet vita & scientia fuerit præclarus, multos tamen (& maximè post mortẽ) habuit detrectatores: adeo quòd propter detestationem ipsius & memoriæ deletionem, omnes libri sui comburi debebant: nisi Petrus, eius Diaconus, per Spiritum sanctum, quem in specie columbę viderat super ipsum sedisse, dum libros eius conscripsisset, confirmasset iuramento, &

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

to, & mortis suæ termino, quem prædixit, legẽdo in publico Euangelium.

Hic Augustinum cũ aliis Anglicis ad prædicandum destinauit, & ibi prędicantes, Anglicos ad fidẽ Christi conuerterunt. Huius tẽporibus Turonis verus sanguis de fracto pane effluxit. Tunc Gũtranus rex venando fessus, dum in gremio armigeri sui dormiret, iuxta riuum aquæ vidit armiger ex eius ore animal paruum exire. Cui volenti riuum trãsire, & nõ valẽti, armiger submisse surgens, gladium euaginatum trãs riuum posuit, & eundi, & redeundi viam parauit. & transiens intrauit montem quendam riuo propinquũ, & modico post rediens in os intrauit regis. Qui expergiscens, stupefactus dixit se per pontem ferreum quẽdam fluuium transisse, & sub quodã monte multos thezauros vidisse. Armiger hoc quidem audiẽs, ea, quæ viderat, domino suo

IMPERATORES.

Anni à Christo nato.

Mauritiũ gladio perimẽdũ. Quod Imperator percipiẽs, de malis suis pœnitẽs, per se & per alios Deum orauit, vt hanc retractaret sententiam. His gestis, audiuit in somnis vocem dicentem: Vis vt hîc, aut in futuro iudicio tibi parcam. Et Imperator respõdit: Amator misericorum Deus, hîc mihi redde malum meum, vt in futuro parcas.

Postea Mauritius in Oriente constitutus, quum milites suos à rapinis & furtis cohiberet, nec tamen eis stipẽdia cõsueta daret: milites prouocati Phocam super se, contra Mauritium, in Cæsarem creauerunt.

Quo audito, Mauritius ad insulam quandam fugit: ibiq; cum vxore & duobus filiis, per Phocam interemptus est.

Hic primus ex Græcorum gente, Romano præfuit imperio.

Huius tempore, apud Daonium, mulier genuit infan- Portẽta

Anni à Christo nato. IMPERATORES.

infantē sine oculis, sine brachijs sine manibus. A lūbis autē, erat vt cauda piscis.

In Nilo etiam flumine, apud insulam Deltam, Syrena in specie viri & mulieris, ab exercitu Romano visæ sunt, à mane vsque ad meridiem.

Tritones quoque, ab exortu Solis, vsque ad horam diei nonam visi sunt.

Puer quadrupes & duos vertices habens, Constantinopoli nascitur.

Hoc tempore, Ioannes Alexādrinus episcopus: qui ob eximiam in CHRISTI *pauperes pietatem, dictus fuit Ioānes eleemosynarius, claruit.* PHO-

PONTIFICES. Anni à Christo nato.

suo retulit. Et rex pergens ad locū, montemque iubēs concauari, thezauros plurimos inuenit, eosque acceptos, vsibus sanctæ ecclesię delegauit. Tunc in Gallia quidam cædens ligna, in sylua adeò à muscis infestatus est, vt per biennium amens remaneret. Deinde sub religionis habitu exhibebat se pseudoprophetā. Deinde magnam post hoc faciens sanitatem super infirmos, Christū se esse dicebat, & pro Christo se adorari iubebat. Nolentes adorare, cum populo, qui multus adherebat, impetebat hostiliter. Tandem à quodam fideli est occisus, & sic qui eum sequi solent, sunt dispersi. Eodē etiam tempore Tunica Domini nostri Iesu Christi in ciuitate Zaphat non longè à Ierosolyma, est inuenta, & in Ierusalem, vbi crux Christi veneratur, est posita.

SABINIANVS LXVIII.

SABINIANVS, natione Romanus, sedit anno vno, mensibus quinque, diebus nouem. Et cessauit episcopatus mense vno, & diebus vigintisex. 604

Hic constituit, vt horæ diei per ecclesias pulsarentur.

Hic

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

Hic quum beato Gregorio post mortem derogaret, & maximè illius liberalitati: & propter hoc, manum adiutricem egenis subtraheret: sanctus Gregorius ipsum ter, per visum, pro culpa redarguens: & quarto, quum se corrigere nollet, in capite percussit: quo tactu etiam euigilans, vexatus in capite expirauit.

Romanum Imperium iam inclinatur.

PONTIFICES.

BONIFACIVS. LXIX.

606 *607 BONIFACIVS tertius, natiõe Romanus, sedit mensibus octo, diebus viginti octo.

Hic cõstituit, vt nitidus pannus super altare poneretur. In aliis Chronicis habetur, quod hic Papa obtinuit, quod ecclesia Romana caput omniũ ecclesiarũ esset apud Phocã, quod infra de sequenti dicitur.

BONIFACIVS. LXX.

607 *608 BONIFACIVS quartus, natione Marsorũ, de ciuitate Valeria, ex patre Ioanne Medico, sedit annis sex, mensibus octo, diebus duodecim. Et cessauit põtifica-

IMPERATORES.

PHOCAS. LVI.

Anni à Christo nato.

PHOCAS, *imperauit annis octo.* 604

Iste, seditione militari Imperator effectus est.

Mauritium Augustum nobilem & multos interfecit.

Prælia grauißima aduersus regem Persarum exercitatus est: quibus Romani fortiter debellati, plurimas prouincias & ipsam Hierosolymam dimiserunt.

Hic conceßit beato Bonifacio Papæ quarto, Pontifici Romano templũ quod Pantheon dicebatur: vt cõsecraretur, in honore beatæ Mariæ & omnium Sãctorum.

Priscus

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

Priscus autem, Phocæ homicidium non sustinẽs, ad Heraclium in Aphricã mittit: vt filium suũ Heraclium contra Phocam mitteret. Quod & factum est. Nam Heraclius nauigio veniens, Phocam vicit. Hoc tempore dum pauper quidam à nautis eleemosynam peteret, nec desisteret dicente quodam sibi, nihil eos habere præter lapides, subiecit pauper: omnia ergo vertantur in lapides. Vnde factũ est, quod quicquid manducabile erat in naui, in lapides est cõuersum, colore & forma eorundem permanente.

HERACLIVS. LVII.

612 HERACLIVS, *cũ Cõstantino filio suo imperauit annis triginta & vno.*

Huius temporibus Sisebustus Gothorum gloriosissimus princeps, plurimas Romanorum ciuitates sibi rebellantes suscepit, & Iudæos

PONTIFICES.

tificatus mensibus septem, diebus vigintiquinque.

Hic obtinuit ab Augusto Phoca Imperatore, vt ecclesia beati Petri apostoli, caput esset omnium ecclesiarum: quia Constantinopolitana, primã omniũ ecclesiarum se scribebat.

Iste Bonifacius papa & Christiani templum, quod dicitur Sancta Maria Rotunda, vbi multoties à dæmonib' percutiebãtur Christiani, rogauit Imperatorẽ Phocam, vt condonaret ei hoc templum, ita mirabiliter dedicatum ad honorẽ Cybelis Matris deorum, & Neptuni Dei marini, in calendis Nouembris: vt ipse posset dedicare illud ad honorem beatæ virginis Mariæ & omnium sanctorũ. Quod Cæsar ei concessit. Et ipse Papa cum Romano populo, in die calendarum Nouembris, illud dedicauit. Et statuit, vt in ipso die Romanus Pontifex ibi celebraret Missam: & populus accipiat corpus & san-

Anni à Christo nato.

Anni à Christo nato. PONTIFICES.

& sanguinem Domini nostri IESV CHRISTI, sicut in die Natalis Domini. Et in isto die, omnes Sancti cũ Virgine matre CHRISTI Maria & spiritibus cælestibus, & omnis populus Christianus habeat festiuitatẽ. Et defuncti, habeãt per ecclesias totius mundi, sacrificiũ sequenti die, pro redemptione animarum.

DEVSDEDIT. LXXI.

613 *615 DEVS DEDIT, natiõe Romanus, ex patre Stephano subdiacono, sedit annis tribus, diebus viginti. Et cessauit pontificatus mense vno, diebus vigintisex.

Hic dum quendam oscularetur leprosum, statim à lepra mundatus est.

BONIFACIVS. LXXII.

616 *618 BONIFACIVS quintus, natione Campanus, de ciuitate *Nicopoli, sedit annis quinque, diebus tredecim. Et cessauit pontifica-

*Neapoli.

IMPERATORES. Anni à Christo nato.

daos regni sui subiectos, ad fidem CHRISTI *conuertit.*

Tertio anno huius Heraclij Imperij, Cosroës rex Persarum, multam partem Reipublicæ Romanæ cepit. Deuastauitq́; Hierosolymam, & venerabilia loca incendit. Qui populorum captiuas copias, vnà cum patriarcha Zacharia, & precioso ligno sanctæ crucis, in Persidem duxit.

Anno autem Heraclij duodecimo, Cosroës rex Persarum interẽptus est ab Heraclio. Et tunc populus à captiuitate liberatus, cum sancta cruce reuocatus est.

Eo tempore, Mahumetus propheta Saracenorũ surrexit. Mahumet.

Fuit autem magus. Et quia epilepticus, ne perciperetur, dicebat se tunc loqui cum angelo. quotiescunq́; caderet Et de principatu latronum, peruenit ad regnum. A quodã etiã

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

monacho, nomine Sergio, apostata, ad decipiendum populum informabatur.

Hic Mahumet siue Mahometus traxit originem de Hysmaël, & cum mercator esset pauperrimus, quandam diuitē viduam, mentiens se Messiam, duxit vxorem. Et cum dicta mulier doluisset, se Epilepticonupsisse, dixit ipse, se cum Gabriele Archangelo loqui, & tanquā carnalis homo non valens sustinere eius splendorē, deficiebat & cadebat. Credidit hoc mulier, & omnes Arabes, & Ismahelitæ, quibus cœpit nouas leges fingere, ipsis legibus deuotionis testamento fidē adhibens. Quas leges Ismahelitæ suas appellāt, eūq; suum legislatorē esse profitentur. Item nota, quod cùm Corradinus Turquaniæ soldanus anno Domini m. cc. xix. Ierusalem descenderet, de sepulchro Domini destruendo Saraceni concilium habuerūt: sed

PONTIFICES.

Anni à Christo nato.

ficatus mēsibus sex, diebus tredecim.

Hic constituit, vt fures ecclesiarum essent anathematizandi.

Et vt testamentum valeret, iussione Principis.

Et vt acolytus, reliquias martyrū nō audeat leuare.

Sepultus est apud sanctum Petrum.

HONORIVS. LXXIII.

HONORIVS primus, 621
natione Cāpanus, ex *622
patre Petro Mocorsi, sedit annis duodecim, mensibus vndecim, diebus septemdecim. Et cessauit pōtificatus mensibus septem, diebus octodecim.

Hic constituit, vt in omni sabbatho ad Sanctum Petrum procederent Litaniæ.

Hic etiam clerum salubriter erudiuit. Ac super eleemosynas, quas quotidie pauperib⁹ distribuebat, larga manu, multas ecclesias auro argentoq; decorauit.

Hic sepultus est apud sanctum Petrum.

Hoc

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

Hoc tempore Anastasius martyrio coronatur. Qui natus in Perside, magicas artes puer à patre didicit. Sed mox vt à captiuis Christianis nomen CHRISTI didicit, Hierosolymam petens, post baptismum monachus efficitur. Et tandem à Saracenis captus, diuersis & grauissimis pœnis interimitur.

Mox quidam dæmoniacus, eius tunica indutus curatus est. Cuius corpus Heraclius imperator, deuictis Persis, deducens Romã, in monasterio sancti Pauli ad Aquas Saluias collocauit.

Hic etiam papa, ecclesiã sancti Petri auro argentoq; splendidè decorauit: & eã tabulis æreis per totũ cooperuit. Fecit etiam ecclesiã beatæ Agnetis, vbi requiescit: & beati Pancratij, via Aurelia: & quatuor Coronatorũ. Sepultus est in Vaticano in ecclesia sancti Petri.

SEVERINVS. LXXIIII.

634 635 SEVERINVS, natione Roman⁹, ex patre Abieno,

IMPERATORES.

Anni à Christo nato.

sed huic temeritati nemo manus apposuit, propter sancti loci reuerentiam. Sic enim in Alchorano libro regis eorum scriptum habent, Iesam Christũ Dominum nostrum credunt de Maria virgine conceptum & natum. Quem sine peccato vixisse prophetam & plusquàm prophetam protestantur; & cæcos illuminasse, leprosos mundasse, mortuos resuscitasse finitiuè asserunt. Verbum & spiritum Dei, & viuum ad cælos ascendisse non discredunt. Vnde quando tempore treugarum sapiẽtes eorum Ierosolymam ascendebãt, Codices euangeliorũ sibi postulabant, eos exosculantes & venerantes, propter munditiam quam Christus docuit, & maximè propter Euãgelium Lucæ, Missus est Angelus Gabriel, quam literam inter eos sepius repetunt & retractant. Lex autem illorum, quam diabolo dictã-

 temi-

Annis à Christo nato.

IMPERATORES.

te ministerio Sergij monachi apostata, ab haeretico Mahometo Saraceni habent Arabicè scriptam, à gladio cœpit, per gladium tenere animabitur. Mahometus iste illiteratus fuit, sicut ipse protestatur in Alcorano suo, & quæ ipse dictauit, promulgauit, per cōminationes statuit obseruari. Luxuriosus fuit & bellicosus. Ideoq; de immunditia & vanitate legem statuit, quam carnaliter viuentes in parte voluptatis firmiter obseruāt. Huius Eraclij tēpore Dagobertus regnat super Frācos, cuius filius Sigibertus, cùm à sancto Amando baptizaretur infans xl. dierum existens, cunctis tacentibus, respondit. Amen.

Heraclius deuicta Perside cū gloria rediens, Zachariam Patriarcham & omnem populū Christianum captiuum Hierosolymam reduxit (vt diximus) cum sancta Cruce, quā à Cosdroē receperat. Et

PONTIFICES.

Annis à Christo nato.

no, sedit anno vno. Et cessauit pontificatus mensibus quatuor, dieb⁹ vigintiocto.

Hic Pontifex, sanctus & benignus fuit: amator cleri & pauperum. Res ecclesiarum & possessiones ampliauit. Sepultusque est apud sanctum Petrum.

IOANNES. LXXV.

IOANNES quartus, natione Dalmata, ex patre Venantio scholastico, sedit annis septem, mēsibus nouem, diebus octodecim. Et cessauit pontificatus mense vno, diebus tredecim. 635 *638

Hic thesauris ecclesiarū distractis, multa milia hominum per Istriam & Dalmatiam à seruitute redemit.

Sepultusq; est in Ecclesia sancti Petri.

Hic Anastasij & Vincentij ac aliorum martyrū corpora, de Dalmatia in Histriam transferēs, iuxta fontem Lateranēsem, in oratorio sancti Ioannis euangelistæ recondidit.

THEO-

Anni à Christo nato.	PONTIFICES.	IMPERATORES.	Anni à Christo nato.
	THEODORVS. LXXVI.		

643 THeodorvs primus, natione Græcus, ex pa-
*640 tre Theodoro episcopo, de ciuitate Hierusalem, sedit annis sex, mensibus quinq;, & diebus octo. Et cessauit pontificatus diebus quinquagintadu bus.

Hic constituit benedictionem cerei in Sabbatho sancto.

Hic librum pœnitentialem composuit.

Hoc tempore, Paulus Constantinopolitanus episcopus, Pyrrhi successor, nō tantùm vesana sua doctrina, sed etiā aperta persequutione, Catholicos cruciat. Apocrisarios etiam Romanæ ecclesiæ, qui ad eius correctionem missi fuerant, quosdā carceribus, quosdam verò verberibus affecit. Vnde & ipsum, sicut antecessorem suum, papa damnauit.

MARTINVS. LXXVII.

649 MArtinvs, de ciuitate Tudertina, pro-
*647 uinciæ Tusciæ, sedit annis sex,

Et ita, cruce relata, celebritatem Exaltationis ipsius Crucis instituit fieri annuatim.

Hoc tēpore floruit Isidorus Hispalensis episcopus beati Leādri successor.

Hic vir eruditissimus, Etymologiarum librū cōposuit. Chronica etiam, à tempore Iouiniani vsq; ad obitum suum conscripsit.

His temporibus floruit sanctus Gallus, abbas in Alemania, sancti Columbani discipulus.

Anno Imperij Heraclij decimoquinto Saracenos, qui hactenus sub regno Persarum fuerant, Heraclius ipsos deuictos Romano reddidit imperio.

*Huius tempore, Mahumet princeps Saracenorum moritur, post quem * Abia principatur. anno 632.* *Ebubezer. 632

Heraclius autē, quum esset astronomus, vidit in astris, regnum suum à circuncisa gente vastandū: propter quod mandauit regi

regi Francorum, vt omnes Iudæos in regno præciperet baptizari. Quod & factum est.

Verùm postea inter Romanos & Saracenos bellum implacabile oritur: adeò vt Heraclius timens de cruce Domini, ipsam è Hierusalem in Constantinopolim transtulit. Cuius
1247 *pars magna, postea anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimoseptimo, ad instantiam Christianissimi Ludouici Regis Francorum, Parisiis est translata.*

Eo tempore, sancta Aurea claret, quam sanctus Eligius, Monasterio, quod ipse construxerat Parisiis, præfecit.

638 *Anno Heraclij vigesimooctauo, Saraceni, qui sibi rebellauerant, destructa Hierosolyma, Antiochiam capiunt.*

Demum Heraclius hydropicus effectus, moritur, Monotelitarum hæresi maculatus, quæ negat in CHRISTO *duas fuisse voluntates. Nam ex quo crucem Domini in Hierusalem portàuerat, & in partibus illis fuerat commoratus, cum patriarcha Iacobitarum de fide disceptans, ab eo decipitur.*

Hic locus est deprauatus. vide annotationes.

Iacobitæ verò sunt Christiani, quos Apostolus Iacobus ad fidem conuertit. Sed iam de fide malè sentiunt. Asserũt quidem CHRISTVM *de Virgine natum, & ad cælos ascendisse: at nequaquam Deum fuisse.*

Tempore Heraclij, regnum Persarum, quod virtute sua excusserat iugum à Romanis: tũc à Saracenis deuictum est. Nam Arabes pulso Rege ipsorum Hormisda, vsque in præsens poßederunt.

Sisebustus rex Gothorum, in Hispania multas ciuitates quas Romani tenebant, vi occupauit. Et ab illo tempore vbique in orbe terrarum cœpit deficere irrecuperabiliter dominium Romanorum.

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

sex, mensibus duobus, & diebus vigintisex. Et cessauit pontificatus diebus vigintiocto.

Hic dũ celebraret Missam, spatarius Olympij missus est ad occidendũ eum: qui leuando gladium, statim cæcus effectus est.

Hic celebrauit Romæ Cõcilium, vbi damnauit praui dogmatis assertorem Paulũ Cõstãtinopolitanum, falsi nominis patriarcham. Propter quod Cõstantinus Imperator, ipsum Constantinopolim euocauit: & inde in exilium Cersonã missus: ibi ad CHRISTVM feliciter migrauit. Cuius festum agitur in crastino sancti Martini episcopi Turonensis.

EVGENIVS. LXXVIII.

655 *654 EVGENIVS primus, natione Romanus, de regione Auentina, clericus à cunabulis, ex patre Ruffino, sedit annis duobus, mensibus octo, diebus vigintiduobus. Et cessauit pontificatus mense vno, diebus vigintiocto.

Hic

IMPERATORES.

Anni à Christo nato.

CONSTANTINVS. LVIII.

649 *641 *Constantinus tertius, in Italia cum Heracleona fratre eius, imperauit annis septemdecim.*

Iste filius Heraclij in Sicilia interfectus est.

Sub hoc plurima pars Reipublicæ à Saracenis desolata est.

Pessimus in omnibus fuit. Nam Martinum papam interfecit

643 *Insuper, veniens Constantinus Romam, deposuit quicquid erat ad ornatum ciuitatis Romæ, & secũ in Siciliã asportauit.*

Anno Cõstãtini sexto, Saraceni Aphricam occupant.

Hic Constantinus, à Paulo Constantinopolitano deceptus, exposuit typum contra fidem Catholicam: nec vnam, nec duas voluntates seu operationes in Christo esse confitendas.

Ob hoc Martinus papa

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

Concilium celebrans ducentorum episcoporum, anathematizauit hæreticos, Tyrium, Sergium, Paulum quoque præsentis erroris incẽtorem. Hac de causa, papa Martinus, de mandato Imperatoris Constantini capitur: & tandem Cersonæ, vbi & sanctus Clemens relegatus fuerat in exilio moritur.

Eo tempore, sanctus Hydocus, regis Britanniæ filius, regno & mundo relicto, eremita effectus, in pago Pontino requieuit in CHRISTO.

Hic Constantinus Imperator, multos orthodoxorum verberibus & exiliis condemnauit. Eo quod hæresi suæ acquiescere nollent. Propter quod, dum apud Constãtinopolim penè esset omnibus exosus, ad Italiã nauigauit, volens ipsam recipere è manibus Lõgobardorum, & ibi requiescere & residere. At quum ad Beneuentano-

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

Hic autem omnibus & benignus & amabilis, maximæque sanctitatis, sepultus est apud sanctum Petrum.

Eo tempore cecidit ignis de cælo, & magnus timor omnes inuasit, pestilentiaque grauissima tribus æstiuis mensibus grassata est, cunctis videntibus apparebat angelus bonus & malus, vt ciuitas cremare videretur: & quoties iussu angeli boni, angelus malus venabulo, quod manu ferre videbatur, hostium cuiusquã domum percussisset, tot ex eadem domo sequenti die interibant.

VITALIANVS.
LXXIX.

VITALIANVS, natione Signensis, prouinciæ Campaniæ, ex patre Anastasio, sedit annis quatuordecim, mensibus sex. Et cessauit pontificatus mensibus duobus, diebus tredecim. 657

Hic cantũ Romanorum composuit, & organo concordauit.

Hic

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

Hic nuncios suos direxit ad imperatorem, iuxta consuetudinem, significans de sua ordinatione. Qui nuncij postquàm reuerenter fuissent recepti, renouatis Romanæ ecclesiæ priuilegiis, redierunt: portantes Euangelia auro cõscripta, & preciosis gemmis decorata: quę Imperator sancto Petro Apostolo transmiserat. Sepultusq; est apud sanctum Petrum.

*Papa. Hic *propter quendam Græcum, Theodorum nomine, habitu monachum, & magnę literaturę virũ, Cantuariensi ecclesiæ in Anglia pręfecit in episcopum. Qui Theodorus scripsit Pœnitentialem librum, mirabili & cauta discretione distinguens modum singularum culparum. De quo libro, in iure canonico frequenter fit mentio.

DEODATVS. LXXX.

671 DEODATVS, natione
*672 Romanus, ex monacho, de patre Iouiano, sedit

IMPERATORES.

tanorum fines accessisset, Grunualdus eiusdem prouinciæ dux fortiter resistẽdo, ipsius exercitum debellauit. Cernens igitur quòd ibi non proficeret, Romam perrexit. Cui sexto ab Vrbe miliario, Vitalianus papa reuerenter occurrit: & eum ad basilicam beati Petri, cum populi frequentia perduxit: Et quum in Vrbe per duodecim dies residisset, magna ductus cupiditate, varia ornamentorum genera ex ære & marmore, quibus vrbs ornabatur, in Tiberim vexit, vt Constantinopolim trãsferret. 661
Inter quæ, basilicam Dei genitricis & martyrũ, quæ olim Pantheon dicebatur, æreis tabulis coopertam discooperuit.

Igitur à Roma digressus, quum in Siciliã nauigasset, in balneo à suis occiditur. Notandũ quòd Constantinus filius Eraclij post patrem incepit imperare, sed quarto mense imperij sui à nouerca sua Martina &

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

& Pyrrho Patriarcha veneno perimitur; & mox Martina cũ filio suo Eraclona imperium arripuit. Verum Eraclonas abscisso sibi naso, Martina abscissa sibi lingua in exilium relegantur. Et mox Cõstans qui & Constantinus post mortẽ patris sui Constantini imperauit annis xxvi.

Post decessum eius, milites quẽdam Armenium, Mezentium nomine, Imperatorem creauerunt.

Sed non multò pòst Cõstantinus, Constantini filius, ibidem nauigio veniẽs, imperialem purpurã sumpsit: & Mezentium cum interfectoribus patris sui, morte turpissima condemnauit.

Hoc tẽpore Humarus princeps Saracenorum, in loco, vbi prius fuerat templum Iudæorum, quod Vespasianus destruxerat: tẽplum quod nunc est in Hierusalem construxit, in quo adorant Saraceni.

His temporibus, Francorum

PONTIFICES.

Anni à Christo nato.

dit annis quatuor, mẽsibus duobus, diebus quinque. Et cessauit pontificatus mensibus quatuor, diebus quindecim.

Hic tãtę benignitatis fuit: vt omnẽ hominem à maiori vsque ad minorẽ, ad se venientem, consolatum dimitteret.

Huius tempore translatum est à monte Cassino corpus sancti Benedicti, ad cœnobiũ Floriacẽse, quod est celebre in Aurelianensi diœcesi. Et etiam corpus sororis ipsius Scholasticæ. Hic sepultus est apud sanctum Petrũ. Circa hæc tempora regnante Constantino tertio post Lotharium regẽ Franciæ, filium Dagoberti regis Francorum, absoluta fortitudine & scientia, de regni potẽtia disponebatur per maiores domus. Regibus solo nomine regnantibus. His moris erat principari quidem secundum genus, & nihil agere vel disponere, quàm irrationabiliter edere & bibere, deniq; mo-

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

morari, & Kal. Maij præsidere corā tota gente, & salutare & salutari, obsequia & dona recipere, & rependere.

Domn* DONNVS. LXXXI.

675 *676 DONNVS, natione Romanus, ex patre Mauritio, sedit annis tribus, mēsibus sex, diebus decem. Et cessauit pontificatus mensibus duobus, diebus quindecim.

*ædificauit Hic *decorauit illum locum ante basilicam sancti Petri, qui dicitur Paradisus.

Sepultusq; est apud sanctum Petrum.

AGATHO. LXXXII.

678 *679 AGATHO, natione Siculus, sedit annis duobus, mensibus sex, diebus tribus. Et cessauit pontificatus anno vno, mensibus septem, diebus quindecim.

Hic etiam dum quendā leprosum oscularetur, statim mundatus est.

Huius tempore Rauēnata

IMPERATORES. Anni à Christo nato.

corum exercitus de Prouincia veniens, Lōgobardiam intrauit. Cui quum Grunualdus cum Lōgobardis occurrisset, & fugam simulans, tētoria vacua quidē hominibus, sed plena bonis, maximè vino relinquens: & Franci putātes eos metu ipsorum fugisse, ad tentoria perueuissent, & cibo repleti, potu inebriati, in nocte dormirent: Grunualdus cum suis irruens super eos, penè omnes extinxit.

CONSTANTINVS. LIX.

COnstantinus quartus, filius Constantini, imperauit annis septemdecim. 670

Huius tempore Saraceni Siliciam inuadunt, & cum spolijs multis recedūt.

Istius etiam tempore, sexta synodus celebratur Constantinopoli, cōtra Gregorium patriarcham, vbi adfuerunt ducenti & octo episcopi.

Hic autē fuit fide Catholicus, moribusque modestus

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

destus. Sapienti quoq; usus
670 *est consilio cum Arabibus qui Damascum inhabitabant, & cum Bulgaris pacem firmissimam fecit.*

Restaurauit etiam ecclesias, quæ per hæreticos diruptæ fuerant, à temporibus Heraclij proaui sui.

Insurrexit contra Monotelitas, quos pater & auus protraxerant, satagens eorum opiniones delere. Pro quo & sextam synodum vniuersalem congregauit Constantinopoli, in qua fuerunt ducenti octogintanouem episcopi. Quæ synodus, in vno Domino nostro Iesu Christo duas naturas & duas voluntates declarauit.

Huius anno primo Grunualdus Longobardus, rex Beneuentanorum, quum quarta die post phlebotomiam accepto arcu colũbam percutere nisus est: vnde vena brachij eius dirupta est, & superponẽtibus medicis venenata medicamenta, defunctus est.

Huius

PONTIFICES.

Anni à Christo nato.

ta ecclesia, quæ diu sedi Apostolicæ rebellis fuerat, ad obedientiam rediit.

Huius tẽpore celebrata est sexta synodus apud Cõstantinopolim, ducentorum sexagintaquatuor episcoporũ. Sepultus est apud sanctum Petrum. 89

LEO. LXXXIII. 681

LEo secundus, natione Siculus, ex patre Paulo, sedit annis tribus, mensibus decẽ, diebus septemdecim. Et cessauit pontificatus mensibus vndecim, diebus vigintiduobus. *682

Hic constituit Pacẽ dare in ecclesiis totius Christianitatis fidelibus post Agnus Dei.

Hic fuit eloquẽtissimus, in diuinis scripturis sufficiẽter instructus. Græca Latinaque lingua eruditus. Erga inopum prouisionem, non solùm mentis pietate, sed etiam studij labore sollicitus.

Huius tempore, procurante Deo & ipsius labore, ecclesia Beneuentana, posuit

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

fuit se sub ordinatione sedis Apostolicæ: vt defuncto archiepiscopo, qui electus fuit iuxta antiquam consuetudinem, veniat ad Romanam curiam ordinandus.

Hic fecit constitutionem, vt qui ordinādus fuerit archiepiscopus, nulla cōsuetudine, pro vsu pallij aut diuersis officiis, aliquid persoluere ecclesiæ debeat. Hic sepultus est in ecclesia beati Petri.

BENEDICTUS. LXXXIIII.

684 BENEDICTUS secundus, natione Romanus, ex patre Ioanne, sedit annis duobus, mēsibus decem, diebus duodecim. Et cessauit pontificatus mensibus duobus, diebus quindecim.

Hic autem Benedictus, ex vitæ sanctitate concordans cū nomine, multas in Vrbe ecclesias restaurauit.

Sepultusque est apud sanctum Petrum.

IOAN-

IMPERATORES.

Huius tēporibus pestilentia Ticina ciuitas adeò depopulata est, vt hominibus per iuga montium fugientibus, inter præfatam vrbem herba nascerentur & fruteta.

Mortuo autē apud Constātinopolim orthodoxo Augusto, filius eius Iustinianus sibi successit in imperium.

Huius etiam Cōstantini tempore, regis Persarū coniux nomine Cæsarea, de Persida cum paucis fidelibus clàm venit Constantinopolim. Vbi quum per Imperatorem de sacro fonte leuata fuisset: quum multùm requisita à suis fuisset, & tandem inuenta, ad virum redire nollet, nisi primū Christianus efficeretur: ipse cum quadraginta milibus Constantinopolim pacificè veniens, cum omnibus baptizatus est.

Eo tempore Bulgari vltra Mæotides paludes habitantes, vbi est magna Bul-

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

Bulgaria, fines Romanorum deuastabant. Quos quia Constantinus Imperator superare non valuit, in confusionem Romanorũ pacem cum ipsis contraxit, annua tributa eis persoluendo.

IVSTINIANVS. LX.

687 IVSTINIANVS *secundus, Imperatorr annis decem imperauit.*

Iste contraxit pacem cũ Saracenis decennio, terra marique.

Hic bonus, prudens & largus, Romanum imperiũ auxit nimis. Cuius gesta leguntur in Pantheon.

Et condidit multas leges, & ecclesiastica officia multum honorauit. Sed circa finem suum sextam synodum, quam pater suus fecerat, infirmare nititur. Et Sergium papam, in hoc sibi resistentem, & ecclesiam, frustra turbare molitur.

Anno igitur suo decimo, Leo patritius Iustinianum regno priuat. Eumq; naso & lingua priuatũ, in exilium

PONTIFICES. Anni à Christo nato.

IOANNES. LXXXV.

IOANNES quintus, na- 686
tione Syrus, ex ciuitate *685
Antiochia, ex patre Habũdo, sedit anno vno, diebus decem. Et cessauit pontificatus diebus duobus.

CONON. LXXXVI. 687

CONON natione Ro- *686
manus, de regione Cęliomontis, ex patre Benedicto, sedit annis duobus, mensibus vndecim, diebus nouem. Et cessauit pontificatus mense vno, & diebus octodecim.

Hic sanctæ & multũ cõmendabilis vitę sepultus est apud sanctum Petrum. Hoc tempore floruerunt Proiectus Auernorũ Episcopus & martyr; Leodegarius Augustadieñ Episcopus & martyr. Hoc tẽpore quidam in Britannia à morte resurgẽs, multa quæ vidit, de locis pœnarũ & purgatorij enarrauit.

SERGIVS. LXXXVII.

SERGIVS, primus na- 689
tione Syrus, de regione *687
Antiochena, ex patre Tyberio,

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

rio sedit annis nouem, mē sibus octo, diebus viginti-tribus. Et cessauit pontificatus mense vno, diebus xx.

Hic constituit, vt Agnus Dei, ter cantetur in Missa, in fractione corporis Dominici.

Hic Deo sibi reuelante, inuenit in sacrario beati Petri capsam argenteam in loco obscurissimo, multę annositatis: ita vt argentea nō appareret, in qua sigillum erat expressum. Quo ablato, inuenit crucem, præciosis lapidibus adornatam, & ineffabilem portionē crucis Dominicæ interius repositam, quæ in die sanctæ Crucis adoratur.

Corpus primi Leonis papæ, Deo reuelante transtulit apud Virzenburg Osterfranck.

Sanct' Kilianus cū sociis suis, martyrio coronantur.

Sergius verò post laudabilem vitā sepultus est apud sanctum Petrum.

Eo tēpore Echal rex Britonum ad Sergium Papam Ro-

IMPERATORES.

Anni à Christo nato.

lium Corsonam relegat.

Hoc tempore, Beda venerabilis presbyter claret.

Circa idem tēpus, sanctus columbanus, de Hibernia venit in Burgundiam.

LEO. LXI.

LEO *secundus, imperauit annis tribus.* 697

Huic Tiberius ab imperio pulso, nasum abscidit: eoq́; in exiliū in Corsonā retruso, imperauit pro ipso.

Eo tempore schisma magnum fuit. Nam synodus Aquileiæ facta, quintam vniuersalem synodum à Iustiniano primo & Vigilio papa Constātinopolim cebrata, suscipere noluit: quod Sergius papa, ad concordiam reduxit.

TIBERIVS. LXII.

TIBERIVS *secūdus, imperauit annus septē.* 700

Huius temporibus Gisulphus dux Beneuentanus, Italiam deuastauit.

Tempore huius Tyberij quum Iustinianus in exilio Cor-

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

Corsone positus, populo publicè assereret, se adhuc Imperium resumpturũ, & populus zelo Augusti ipsum interficere intenderẽt, fugit ad principem Turcarũ, qui sibi germanam suam tradidit in vxorem. Eiusq́; fretus & Bulgarorum auxilio, imperium recuperauit. Leonemq́; & Tiberiũ Imperij occupatores, iugulat. Tantam in aduersarios vltionem exercens, vt quoties sibi à naso præciso guttam defluentem rheumatis detergeret, penè toties aliquem de aduersariis occideret.

IVSTINIANVS. LXIII.

707 IVSTINIANVS *ille secundus, imperauit annis sex.*

Iste est idem qui suprà priuatus fuit imperio. Sed quia tali anno recuperauit Imperium, propter hoc iteratò repetitur vt nouus.

Igitur Iustinianus post resumptionẽ imperij, fidem ortho-

PONTIFICES.

Anni à Christo nato.

Romam veniens ad baptizandum, sed in breui post obijt. Ex hinc illud antiquissimum regnum Britonum corruit, quod ferè omnibus regnis diuturnius fuit. Nam tempore Heli sacerdotis vsque ad tempus hoc per annos circiter m. dccc. cucurrit. Porrò reliquiæ Britonum in Galliis residentes, non iam Britones, sed à quodã duce Gallone, dicti sunt Gallenses.

LEO. LXXXVIII.

LEO tertius, natione Romanus, ex patre Nicolao diacono, sedit annis duobus, mensibus vndecim. 698

Hic per patritium Romanorum factus est papa.

Hoc tempore sanctus Lambertus episcopus, quia Pipinũ* principẽ alterius Pipini, qui fuit pater Caroli, increpare ausus fuit, quòd pellicem Alpaidem nomine, suæ vxori Plectrudi superduxerat: ab Odone, fratre Alpaidis occiditur Leodij,

*auum

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

dij, & in Traiecto tumulatur. Sed postea in episcopatu Leodiési est trãslatus.

Hic Leo in Romanorum Chronicis, in catalogo pontificum non ponitur, fortè propter malũ introitum. Vnde apud ipsos, & etiam in Decreto, sequens Leo tertius nominatur.

IOANNES. LXXXIX.

701 IOANNES sextus, natione Grecus, ex patre Patrono, sedit annis tribus, mensibus duobus, diebus vigintitribus. Et cessauit põtificatus mense vno, diebus nouemdecim.

Hic coronatur martyrio, sepultusque est in ecclesia sancti *Stephani ad Catatumbas.

*Sebastiani.

IOANNES. XC.

704 *705 IOANNES septimus, natione Romanus, ex patre Gregorio, sedit annis tribus, mensibus septem, diebus septemdecim. Et cessauit episcopatus

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

orthodoxam amplexus, Constantinum papam ad se Cõstantinopolim inuitat: eũq́; venientem & redeuntem, Apostolicæ dignitatis gloria honorat.

Porrò Iustinianus statuit, Corsonã, vbi fuerat in exilio, euertere: & congregatis omnibus nauibus quas habere potuit, per patritiũ suum interfecit omnes, præter infantes.

Quumq́; & iteratò infantes vellet perimere, homines prouinciæ quendam exulem, Philippum nomine, sibi præfecerunt. Qui Constantinopolim veniens, Iustinianũ cum filio peremit.

PHILIPPVS. LXIIII.

PHILIPPVS *secundus, imperauit anno vno, mensibus sex.* 713

Iste fugit in Siciliã propter exercitum Romanorũ.

Hic quum esset hæreticus, omnes picturas ecclesiasticas præcepit auferri: propter quod Romani imaginem

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

ginem numismatis sui recipere noluerunt.

ANASTASIVS.

LXV.

715 *ANASTASIVS secundus, imperauit annis tribus.*

Hic Philippum captum oculis priuauit.

Iste in omnibus malus fuit.

Huius exercitus Theodosium elegit in Imperatorem. Qui Anastasio deuicto, ordinauit ipsum in presbyterum.

THEODOSIVS.

LXVI.

718 *THEODOSIVS tertius imperauit annis duobus.*

Iste benignus fuit, & humilis corde, imperiū tenuit: quem quidam Leo potentissimus, de imperio deposuit. Qui postea clericus factus, residuum vitæ in pace deduxit.

LEO. LXVII.

720 *719 *LEO tertius, cum Constantino filio, imperauit annis vigintiquinque.*

Huius

PONTIFICES.

Anni à Christo nato.

tus mensibus nouem.

Hic fuit eruditꝰ sciētia, & facūdus in eloquentia.

Hic fecit oratoriū sanctæ Mariæ Dei genitricis, intra ecclesiam beati Petri Apostoli: cuius parietes Mosaico opere depinxit: ibique ante altare sepultus est.

SISINNIVS. XCI.

SISINNIVS, natione Romanus, ex patre Cresimundo sedit diebus viginti. Et cessauit pontificatus mensibus sex. Huius tempore maximū schisma fuit. 708 *707

CONSTANTINVS.

XCII.

CONSTANTINVS natione Syrus, ex patre Ioanne, sedit annis septem, diebus quindecim. Et cessauit pontificatus diebꝰ quadraginta. 708 *707

Hic sepultꝰ est in Vaticano, in ecclesia sancti Petri.

Hunc Iustinianus Imperator ad se venire Cōstantinopolim fecit: ac solenniter ipsum recipiēs,

vt

Anni à Christo nato. PONTIFICES.

vt Dominica die in ecclesia sanctæ Sopię Missam celebraret, rogauit, communionem de manibus eius accipiens: ac vultum in terram proiiciens, vt pro peccatis suis Dominum exoraret, postulauit, cuncta priuilegia Romanæ ecclesiæ renouando.

Hic etiam Philippum Imperatorē denunciauit hęreticū: eoquòd sanctorum imagines deleuerat.

Sub hoc pōtifice Choëret & Opha Reges Anglorum, Romam veniūt: ibique in monachos attonsi, Regi regū militando feliciter vitā finierunt.

Pontifex verò sepultus est apud sanctum Petrū.

GREGORIVS. XCIII.

715 GREGORIVS secūdus, natione Syrus, ex patre Ioanne sedit annis sedecim, mensibus octo, diebus viginti. Et cessauit pontificatus diebus trigintaquinque.

Hic cōstituit quintam feriam

IMPERATORES. Anni à Christo nato.

Huius tempore, Saraceni Constantinopolim venerunt: & tribus annis ciuitatem obsidentes abscesserunt, & inde multa bona abstulerunt.

Anno secundo Leonis orationibus & prælijs fortiter resistunt Saracenis. Fertur autem miraculose Saracenos hoc modo victos fuisse apud Constantinopolim. In monasterio sanctæ Dei genitricis iuxta palatiū, in mari iuxta sanctam Sophiā erat imago beatæ virginis, quæ tenebat filium in brachijs, quam depinxit .S. Lucas in tabula, cum adhuc viueret sancta Maria. Hæc imago vocatur Ægidiactoros, id est, deductrix, quoniam duobus cæcis aperuit oculos hæc sancta Maria, & deduxit eos ad sanctam Ecclesiam suam, & illuminauit eos. Cum ista imagine facere consueuerunt omni die Martis processionem per totam ciuitatem. Cùm ergo obsessa esset ciuitas Cōstantinopolitana à dictis Saracenis

Anni à Christo nato. IMPERATORES.

cenis, & ciues ieiunarent, simul & orarent & pugnarent, quidam ciuis admonuit adferri dictam imaginem, & ab omnibus fieri oratione ad illam; hoc modo: Sancta Maria Dei genitrix: quæ toties nos liberasti, libera nos modò de inimicis filij tui, & si vis vt imaginem tuam non mergamus in mari, merge illos. Et cùm hoc dixisset, ille secretè tenuit imagine sub vnda, & statim procella surrexit, & omnes Saracenorum naues mersit ac confregit.

Anno Leonis tertio, Luitprandus Longobardorũ rex, audiens quod Saraceni depopulata Sardinia, loca illa in quibus ossa beati Augustini erant, dehonestarent: quæ propter Saracenorum vastationem de Hippona illuc vsque delata fuerant, legatos illic direxit: qui dato multo auro, preciosas illas reliquias secum detulerunt vsq; Genuam: vbi præfatus rex personaliter occurrens, cum magno gaudio & de-

PONTIFICES. Anni à Christo nato.

feriam per totam Christianitatem in Quadragesima ieiunari, & missarum celebritatem.

Huius tempore Bonifacius episcopus gentem Germanorum contulit ad CHRISTVM.

Huius tempore Petronax, ciuis Brixianus, diuino instinctu & Gregorij papæ hortatu animatus, cœnobium sancti Benedicti apud castrum Cassinum laudabiliter reędificauit: quod plus quàm cẽtum annis à primo tẽpore Longobardorũ desolatum fuerat.

Quidã scribunt, quòd hoc tempore sanctus Ægidius, natione Græcus, venit in Prouinciam.

Hic Gregorius prædictum Bonifacium à Britannia venientem, episcopum consecrat. Et per ipsum, verbũ Dei in Germania prædicat. Qui postea archiepiscopus Magũtinus factus, cũ in Phrysia prædicaret, martyrio coro- 718

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

coronatur: & transfertur ad *Vildense cœnobium, quod ipse construxerat.

*Vuldense

Hic etiam quum Leo imperator imagines Christi & beatæ Virginis, & aliorum sanctorum in ciuitate Constãtinopolitana igne cremari iussisset: idẽ ipsi facere præcipiẽs, non solum facere renuit, sed etiam ipsum Imperatorem pro ipso facto anathematizauit.

Hoc tempore Carolus pater Pipini, maior domus Franciæ, Saxones debellat: Necnon Rheni transiens fluuium, Alemannos & Sueuos atque Barbaros perlustrat, vsq; ad Danubium omnia occupando. Subegit etiam Phrysones, Burgundiam & Lothoringiam. Saracenos quoque de transmarinis partibus cum innumerabili multitudine in Prouinciam veniẽtes, Arelatę cum ipsis pugnãdo omnino deleuit.

Gregorius verò distribuis

IMPERATORES.

deuotione, ipsas papa deferens, in ecclesia beati Petri Apostoli, quam extruxerat, honorifice sepeliuit.

Huius Leonis tẽpore Richardus dux Phrysonum, ad prædicationẽ Valurammij Senonensis episcopi adductus, vt baptizaretur, cũ vnum pedem lauacro imposuisset, alterum retraxit: quærens vbi plures maiorũ suorũ essent, in inferno vel paradiso. Et audiens, quòd in inferno: intinctum etiam pedem retraxit. Melius est (inquiens) vt plures quàm pauciores sequar. Et ita ludificatus est à diabolo, quũ sibi permulta bona in annos plurimos promitteret, tertia die subita morte extinctus fuit.

Hic Leo imperator à quodam transfuga fidei seductus, contra imagines Dei & sanctorum, bellum indixit, easq; vbique deponi, & incendi iubet. Pro quo errore, ei Gregorius papa scripsit. Sed in vacuum multũ redarguit. Constantinopolitani

Anni à Christo nato. IMPERATORES.

tani quoque pro depositione imaginum cōtra ipsum tumultuantur. Aliqui etiam pro hac re martyrizantur.

Eo tēpore gens Saracenorū per mare angustū trāsiens, totā Hispaniā occupauit. Et quū post decem annos etiā Aquitaniā occupare voluisset, Carolus Martellus cū eis bello congrediens, plus quàm trecēta millia de eis extinxit: perditis tantum de suis mille quingētis.

Hoc Leone in perfidia mortuo, successit filius Constantinus.

Eiusdem tempore Constantinopoli perierunt peste trecenta milia hominum.

Circa hoc tēpus, quidā Syrus pseudochrist⁹ apparuit, qui multos Iudæos seduxit.

CONSTANTINVS. LXVIII.

745 *743

CONstantinus quintus, Leonis filius, imperauit annis trigintaduobus.

Hic impietatum patrum successor, legumq́, à patribus conditarum persequutor, omni tempore vitæ malefi-

PONTIFICES. Anni à Christo nato.

butis rebus monasteriis & omni clero, sepultus est apud sanctum Petrū.

GREGORIVS. XCVIII.

731

GREGORIVS tertius, natione Romanus, ex patre Marcello, sedit annis nouem, mēsibus octo, diebus vigintiquatuor. Et cessauit diebus nouem.

Hic adiunxit in Secreta, Quorum solennitas hodie in conspectu gloriæ maiestatis tuæ celebratur, Domine Dominus noster, in toto orbe terrarum, &c.

Et fecit recedere totā Italiam à potestate Leonis Augusti hæresiarchæ, ob depositionē imaginū.

Huius tempore Alebrandus rex Longobardorum Romam obsedit.

Sepult⁹ est in Vaticano, in basilica sancti Petri.

Hic Gregorius quum Leonem ob depositionē imaginum CHRISTI &

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

& sanctorũ, incorruptibilem videret Romam & Italiam & Hesperiam totam ab eius iure discedere fecit, & vectigalia interdixit: Synodumque pene mille episcoporũ Romæ celebrando, venerationem sanctarum imaginum cõfirmat, atq; violatores generali sententia anathematizauit.

Hic quũ Roma obsideretur à Longobardorum Rege, misit nauigio ad Carolum patrem Pipini, claues confessionis sancti Petri rogãs, vt Romanam ecclesiam à Longobardis liberaret.

Hic papa, Viẽnę archiepiscopatum instituit. Quę quidem vrbs dicitur Vienna, quasi Bienna: eo quòd biennio fuit constructa.

ZACHARIAS. XCV.

740 ZACHARIAS, natione Grecus, ex pa-
*741 tre Polycronio, sedit annis decem, mẽsibus duobus,

IMPERATORES. Anni à Christo nato.

leficus, & magicis deseruiẽs luxuriis operã dedit. Et multi clerici & monachi, & laici in fide periclitati sunt. Habebat etiam sibi consuetudinem Anastasium Constantinopolitanum, falsi nominis Patriarcham.

Huius anno octauo, Rachis Longobardorum rex,
dum rupto fœdere Romanos inquietare nititur, à Zacharia papa nõ solùm à malo reprimitur, sed etiã eius instinctu cum vxore & filiis Romam veniens monachus efficitur. Cui Astulphus frater in regno succedit. 750

Anno verò ipsius vndecimo Astulphus rex Longobardorũ tributũ exigit à Romanis. Et Papa Stephanus auxiliũ Pipini nititur inuocare.

Anno Constantini duodecimo, Pipino Longobardiam ingresso, Astulphi exercitus à Francis vincitur.

Idem Constantinus vocata Constantinopoli synodo, præcipiẽs deponi imaginem Dei, ecclesiam grauissimè scandalizat.

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

Omnes enim imagines tam CHRISTUM, quàm alios sanctos repræsentantes, mandauit deponi. Necnon infectus dæmonum incantationibus, sacrificijs, sacrilegijs, ac monachorum peremptionibus, sic ecclesiã Dei persequitur. Qui etiam vesaniam Diocletiani persequutoris ecclesiæ quodam, transcendere videbatur.

Iste Constantinus quintus, cum filio suo Leone, & cum Pipino Rege Francorũ & patritio Romanorum, eiusq; filijs Carolo & Carolomanno, imperauit annis sedecim.

ET *quia hîc incidit historia Pipini, vt sciatur quis fuit iste Pipinus, genus per ordinẽ disseremus.*

Mortuo primo Pipino, principe Francorum factus est princeps filius eius, ex concubina, Carolus dictus Martellus. Hic fuit bellicosissimus, Saxones armis subiugat: deuicit Lansfridum Alemannorum ducem, & Alemanniam sibi fecit vectiga-

PONTIFICES.

Anni à Christo nato.

bus, diebus quindecim. Et cessauit põtificatus diebus duodecim.

Hic pacem cum Longobardis fecit: & Dialogorum libros de Græco in Latinum transtulit.

Hic Carolomannum Francorum regem, fratrẽ Pipini, fecit fieri clericũ: & misit eum in Cassinense monasterium, vt monachus fieret. Cui etiam monasterio, dona plurima cum priuilegio sedis Apostolicæ contulit.

Huius admonitione, Heraclis rex Longobardorum cum vxore & filiis, relicto mundo, monasticum indutus est habitum.

Ad hunc papam monachi cœnobij Cassinensis, adiuncto sibi Carolomanno, Romam venerũt, rogantes, papam, vt literas Regi Francorum Pipino dirigeret: quatenus corpus beati Benedicti, quod Floriacenses monachi furtiuè habuerãt, loco

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

loco Cassinensi restituerent.

Quod rex Pipinus quũ mandasset monachis Floriacensibus, ieiunantibus & flentibus: nuncij, qui corpus auferre debuerãt, percussi sunt cæcitate. Et hoc cognito, ibidem remansit.

Zacharias verò papa, omni virtute ornatus moritur: & apud sanctũ Petrum tumulatur.

Huius tẽpore corpus beatæ Mariæ Magdalenę, à Gerardo, comite Burgundiæ, Versiliacum est translatum. Quamuis alij scribãt, quòd apud Ephesum quiescat: & alij, quòd in Italia, in insula lacus sanctæ Christinę.

Hic pontifex, in Lateranensi ecclesia, corpus beati Gregorij martyris, cum epitaphio Græcis literis exarato reperit: & cum magna solẽnitate ad Velum aureum, in ecclesia sui nominis, recondidit. Mortuo Zacharia papa

pa

IMPERATORES.

Anni à Christo nato.

ctigalem. Suenos quoq; & Bauaros debellat: & Eudonem ducem Aquitaniæ. Et sic sibi tandem Aquitaniam Burgundiamq; subiecit.

Quumq; instarent sibi multa bella, ecclesias spoliat, decimas militibus conferendo. Propter quod sanctus Eutherius Episcop⁹ Aurelianẽsis, vidit postea animam ipsius in inferno.

Eo tẽpore Hildericus regnauit in Frãcia, totus deses & remissus: nihilq; in regno, nisi nomen habebat.

Carolus Martellus victoriosissimus postea moritur, & in sancto Dionysio sepelitur. Sed post aliquod tempus, in sepulchro ipsius, nihil penitus de corpore inuenitur, nisi solùm vnus maximus serpens.

Huius principatus hæredes facti sunt Carolomannus & Pipinus.

Carolomanno tanquàm primogenito, cessit Turingia & Austria.

Pipino verò minori, Burgundia & Prouincia.

T 5 *Sed*

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

Sed Carolomannus anno principatus sui quinto, deuotionis causa, ad limina Apostolorum visitanda Romam adiit. Ibique coram Zacharia papa, mundo renuncias, est ab eo tonsus in clericum: & factus monachus cessit in montem Serapti. Factoq; ibi cœnobio, in honore sancti Siluestri, & alio monasterio sancti Andreæ, nō longè ab eodē monte, ipsis benè dotatis ibidem religiosè est conuersatus. Sed quum multi Francorū & Teuthonicorum Romam venientes ipsum inquietarent, transiit ad montē Cassinum: Ibiq; post laudabilem vitam, quieuit in Christo. Eodem tempore claret sanctus Bonifacius Maguntinus archiepiscopus, qui in sylua Boëtania, cœnobium Fuldense fundauit in partibus Germaniæ, quod cæteris monasteriis præclarius extat: Abbas etiam illius loci, in curia Imperatoris, magni honoris habetur. Hoc autem monasterium dici-

PONTIFICES.

pa Constantinus quidam subito ordinatur sacerdos ex laico: & tyrannica ambitione papatu inuaso Ecclesiæ Dei magno scandalo præfuit. Contra hūc Philippus à quibusdam Romanis papa constitutus, sed non multo post deponitur, & Constantinus pseudo papa oculis priuatur, & Stephanus in sede Apostolica collocatur.

STEPHANVS XCVI.

STEPHANVS secundus, natione Romanus, ex patre Constantino, sedit annis quinque, mense vno, diebus viginti octo. Et cessauit pontificatus mense vno, diebus decem. 751 *752

Hic, ob infestationem Aistulphi Regis Longobardorū, pergens in Franciam vnxit Pipinū in Regem Francorum. Cui Pipinus veniēti occurrit ad trium miliarium spatiū, de equo descendens: & per

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

per frenum, stratoris officium exercens, vsque ad suum palatium deduxit.

Hic, vltimo anno pontificatus sui Romanũ imperium à Græcis trãstulit in Germanos, in personã magnifici Regis Caroli, túc in iuuenili ætate cõstituti. De qua trãslatione, tangit Decretalis Venerabilem, de electionibus. Hilderico rege Francorũ in monachum commutatato, Pipinus princeps auctoritate Apostolica, & Francorum electione, in regem vngitur à sancto Bonifacio Moguntiæ Episcopo. A Stephano quoq; papa eius successio per filios suos Carolum Magnum, & Carolomãnum, benediciturin hęreditate regalis successiõis, & omnis alienigena ab ei⁹ inuasione Apostolico anathemate interdicitur.

PAVLVS, XCVII.

756 PAVLVS, natione Ro-

757 manus, ex patre Constan-

IMPERATORES.

Anni à Christo nato.

dicitur imperari à militibus mille.

Pipinus verò fratre suo Carolomãno monacho existente, solus gubernabat Francorum principatum, & Maior domus dicebatur.

Et misit ad Zachariam papam, quis potius rex deberet esse, an ille, qui ocio deditus solo nomine regnabat: vel ille, qui omne pondus regni sustinebat? Cui quũ papa respõdisset, quòd ille potius, qui vtilius regni gubernacula ageret: Franci mox inclusi, rege Hilderico & vxore suã in monasterio, Pipinum regem sibi constituunt. Quem sanctus Bonifacius Maguntinus archiepiscopus, iussu papæ in regem vnxit. 77

Interim Zacharias papa moritur, & Stephanus in papam consecratur.

Huius tempore Astulphus rex Longobardorum, per quosdam pessimos Romanos inductus, Tusciam occupando, & vallem Spo-

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

Spoletanam vsque Romam peruenit, Ecclesias vbi sanctorum corpora acquiescebant, & alia loca sacra, igne & ferro deuastando, de vnicuiusque capite censum repetendo.

Papa Stephanus tantã hominum & ecclesiarũ afflictionem cernens, personaliter iuit in Franciã ad Pipinum. Et vt Astulphum regem reprimeret, secum in Italiam, & vsque Romam perduxit. Tunc & in patritium Romanorum Pipinus est electus. Et Astulpho rege Longobardorum manu forti cõpresso, restitutis viribus sancti Petri, Pipinus est in Franciam reuersus.

Astulpho mortuo, Desiderius rex Longobardorum efficitur.

Eo tempore corpus sancti Viti martyris per abbatẽ sancti Dionysij Fultandum nomine, à Roma defertur in Franciam.

Finito bello Aquitanico, & in Aluernia & in Gasconia, moritur Pipinus, & apud

PONTIFICES.

Anni à Christo nato.

stantino, de regione Viæ latæ sedit annis decem, mense vno. Et cessauit põtificatus anno vno, mense vno.

Hic constituit diuina officia celebrari ante horam sextam, in quadragesima.

Iste transtulit corpus sanctæ Petronellæ virginis, filiæ beati Petri Apostoli, cum titulo quẽ beatus Petrus Apostolus scripserat, Aureæ Petronellę, dulcissimæ filiæ. & in sarcophago precioso reposuit.

Iste fuit mitissimus & misericors. Nullũ malum pro malo reddidit.

Hic cum paucis familiaribus suis, noctis silentio per cellas infirmorũ & pauperum & incarceratorum circuibat, necessaria eis ministrando: viduis etiam ac pupillis & aliis egenis opẽ ferebat.

Hic quum propter æstiuum calorem apud sanctum Paulũ moraretur: ibi-

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

ibidē mortuus sepelitur: sed postea Romanis cum honore apud sanctū Petrum defertur.

Hoc tempore sanctus Gingolphus in Burgundia claret.

Hic in Francia fontem emit, & in Burgundiam exire impetrauit.

Hic quum vxorē propter adulteriū dimisisset, ab adultero clerico occiditur. Sed quū vxor eius miraculis coruscanti derogaret, & diceret: Si Gingolphus miracula facit, anus meus cantet. Quod mox completur: quia quū semper loquebatur, anus eius cantabat.

GONSTANTINVS. XCVIII.

765 *767 Constantinus secundus, ex laicis, natione Romanus, sedit annis duobus, mense vno.

Hic ex laico subitò factus est presbyter, & tyrānica ambitione papatus inuasor, magno scandalo eccle-

IMPERATORES.

apud sanctum Dionysium tumulatur: & Carolus Magnus, filius eius, in Regem substituitur

*His temporibus Imperator Constantinopolitanus ferè solo nomine tantùm imperabat: quia in Oriente & meridie quasi omnia, Principes Saracenorum occupauerant, propter quod & ecclesia fideliū, eo quòd *imagines blasphemabat, multā persequtionem sustinuit: & quàm plurimos de Christianis Saraceni interfecerunt.* *Mahomet.

Anno istius Constantini vij. in vestibus hominū, & in velis ecclesiarum apparuerunt graticulæ quasi leo designatæ. Anno huius xv. Caput Ioannis baptistæ in Aquitaniam est allatū. Eo tempore fuerunt socij duo Amicus & Aurelius in tantum consimiles, quod vnus ab altero vix posset agnosci.

LEO. LXIX.

LEO *quartus, imperauit annis quinq; per se.* 777 *578

Hic quū insaniret cupiditate,

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

ditate, cōcupiuit cuiusdam ecclesiæ coronam, habētem carbunculos: quam quum portaret in capite, febre correptus moritur.

CONSTANTINVS. LXX.

783 *Constantinus sextus filius cum Irene matre sua, imperauerunt annis decem. Sed quia matrem priuauit Imperio, ipsa rācore stimulata fœmineo, filium exoculans imperauit tribus annis.*

Constantinus verò ante excæcationem, sine matre imperauit quinque annis.

Huius Constantini primo anno, quædā aurea lamina in Constantinopoli, in quodam sepulchro, cū quodam defuncto ibidem iacente, inuenta est, cum hac scriptura, CHRISTVS NASCETVR DE VIRGINE MARIA, ET CREDO IN EVM: SVB CONSTANTINO ET IRENE IMPERATORIBVS, Ô SOL, ITERVM ME VIDEBIS.

Horum

PONTIFICES.

Anni à Christo nato.

ecclesiæ Dei fuit. Sed zelo fideliū ab Ecclesia deturbatus, oculis priuatur.

STEPHANVS. XCIX.

STEPHANVS tertius, 767
natione Siculus, ex pa *768
tre Oliuo, sedit annis tribus, mensibus quinque, diebus vigintiocto. Et cessauit pontificatus diebus octo.

Sepultus est in vaticano, in basilica sancti Petri.

Hic ex Gallia & Italia conuocata synodo Romæ, omnia à Constantino ordinata deordinauit, præter baptisma & chrisma. Et omnes per ipsūm ordinatos degradauit.

Circa hęc tēpora anno Constantini xxi. Turci à Caspiis portis erumpentes, Armeniam infestāt. In quorum patria cum antiquo tempore pestilentia fuisset, persuasu Christianorum in modum crucis se totonderunt, & quia per hoc signum salus patriæ reddita est, hunc tondendi

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

dendi ritum tenuerunt. Anno quoq; sequẽti gelu magnũ fit à Kal. Octob. vsque ad Februariũ. Hinc pelagus ponti vsq; ad centum miliaria præ glaciei rigore fuit ad duritiem lapidum conuersum, habẽs xxx. cubitos à superficie in profundũ. Nix quoque per xx. cubitos illud cooperuit. Ita vt inde mare cõfirmaretur, & pedibus calcaretur. Mense verò Februarij gelu conscissum est in duas partes adinstar montium: stellæ quoque de cælo visæ sunt subitò cecidisse, ita quod omnes timerent & putarent finẽ mundi imminere. Hoc tempore in Syria ciuitate Bericho, quæ subiacet Antiochiæ, in domo cuiusdam Christiani quidã Iudæi inuenerunt imaginem saluatoris nostri: & omnia opprobria quæ Iudæi CHRISTO intulerant, eius imagini inferebant: & aperto latere eius exiuit sanguis & aqua. Quod

IMPERATORES.

Anni à Christo nato.

Horum imperij anno octauo, facta est secunda synodus in Nicena, vbi adfuerunt trecenti & quinquaginta patres: in qua affirmatũ est, Spiritum sanctũ à Patre & Filio procedere.

His temporibus Sol septemdecim diebus obscuratus, non apparuit: ita vt multi dicerent, propter excæcationem pij Imperatoris, hoc contigisse.

Irene autem, vt securiùs regnaret, oculos filiorum Constantini filij sui fecit euelli: ne quid mali aduersus eã, propter patris excæcationẽ, quã mors sequuta fuerat, machinaretur.

Eo quoque tempore Pipinus, Caroli magni ex cõcubina filius, gibbo deformis, à quibusdam Francorum primoribus promißiõe illectus, contra patrem coniurauit. Vnde cõuictus tonsuratur, & in primo cœnobio retrusus vsq; ad finem vitæ permansit. Complices verò coniurationis, alij in exiliũ relegantur, alij perimuntur.

Anno

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

Anno Irene vltimo, Romani qui ab imperatore Constantino iā diu animo discesserant, nunc accepta occasionis oportunitate, quia mulier excæcato imperatore, scilicet Constantio filio suo, eis imperabat, omnium vno consensu, Carolo rege Francorū Imperatorias laudes acclamant, eumq; per manus leonis papæ Cæsarem & Augustum appellant.

NICEPHORVS & *Michaël, in aliis Chronicis non ponuntur.*

NICEPHORVS.

LXXI.

799 NICEPHORVS, *imperauit in Constantinopoli, mensibus nouem.*

Imperiū Orientis deficit. *Quibus temporibus Imperium Orientale quasi ad nihilum deuenerat.*

MICHAEL. LXXII.

800 MICHAEL *imperauit annis duobus. Vir fuit orthodoxus & amabilis omnibus.*

Omnes quos læserat auaritia

PONTIFICES.

Anni à Christo nato.

Quod illi accipientes, ex eo omnes collectos in synagoga sua aspergebāt, volentes experiri, si vera essent quæ audiuerant de IESV. Et videntes Iudæi singulos sanari à languoribus suis, cōpuncti imaginem ad Deodatum ciuitatis Episcopum cū sanguine detulerūt. Quibus baptizatis, Episcopus per ampullas sanguinem diuisum longè lateq; diuidens prædicabat magnalia Deī, obtestans omnes, vt singulis annis v. Id. Nouemb. memoria passionis Dominicę celebraretur.

ADRIANVS. C.

ADRIANVS primus, natione Ro- 780 *772
manus, ex patre Theodoro, de regiōe Via lata, sedit annis vigintitribus, mensibus decē, diebus octodecim. Et cessauit pontificatus diebus tribus.

Huius precibus vocatus Carolus Magnus, Pipini

pini, filius, obsedit Longobardos in Papia, vbi cepit Desiderium Regem & vxorem eius, quos captiuos duxit in Franciam: & veniens Romã, reddidit omnia quæ pater eius Pipinus dederat beato Petro: adiuncto quoque ei ducatu Spoletano & Beneuentano. Et ob hoc, ipse patritius Romæ effectus est.

Hic restaurauit sanctum Anastasium ad Aquam Saluiam post incendium.

Hic ædificauit turres & muros vrbis Romæ.

Hic portas æreas maiores dedit sancto Petro.

*Septima. Huius tempore celebrata est *alia synodus, vbi trecenti episcopi adfuerunt, apud Constãtinopolim.

Aliam synodum ipse Papa Adrianus, præsente Carolo Rege, Romæ celebrauit, in qua fuerunt centum quinquagintaquatuor episcopi religiosi, & alij abbates & prælati: in qua Carolo dedit Adrianus papa & synodus ius eligendi Pontificem, & sedem Apostolicam ordinandi. Et inter Archiepiscopos, per singulas prouincias, inuestituras ab ipso recipere. Anathematizauitque omnes huic decreto rebelles: & iussit bona eorum, nisi resipiscerent, publicari.

Quicquid etiam Longobardi Romanis retroactis temporibus abstulerant, totum Carolus restituit.
783 Et tunc cessauit regnum Longobardorum Carolo in tota Italia dominante.

Hoc tempore floret Albinus, qui & Alcuinus, Caroli eruditor. Hic genere Anglicus fuit, ingenio clarus, & Philosophia excellentissimus, non tantùm scientia, sed etiam morum honestate præclarus. Ab eo, Carolus didicit omnes artes liberales. qui etiam studiũ de vrbe Parisios transtulit, quod de Græcia illuc translatum fuerat à Romanis.

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

Fueruntque. Parisiensis studij fundatores quatuor Monachi Bedæ discipuli, Robanus, Alcuinus, Claudius, & Ioánes Scotus. Verũ ante istos venerũt & duo Scoti Monachi, ex Ybernia cũ mercatoribus Britannicis ad littus Galliæ: qui in seculari & sacra scriptura mirabiliter eruditi erãt. Et hi per vicos euntes clamabant: Si quis sapientiæ cupidus, veniat ad nos, & accipiat eam, nam venalis est apud nos. Hæc tamdiu conclamata sunt, donec ab admirantibus insanosque illos esse putantibus, ad aures Regis Karoli Magni scilicet amatoris sapientiæ, perlata essent. Qui celeriter vocatis istis, interrogauit, si veram sapientiam haberent. Sapientiam, inquiunt, habemus, & in nomine Domini eam quærentibus, dare parati sumus. Qui cum quæsiuisset ab illis; quid pro ea peterent. Responderũt: Loca tantum oportuna, & animas ingeniosas, sine quibus transire non potest peregrinatio ista; alimenta, & quibus tegamur. Quo ille percepto, ingenti gaudio est repletus: & primum quidem apud se vtrunque paruo tẽpore tenuit; Postea verò cùm ad expeditiones bellicas vrgeretur, vnum eorum nomine Clementem in Gallia Parisiis residere facit. cui & paruos; nobilissimos, mediocres & pauperes satis multos cõmendauit, & eis prout necessarium habuerunt, victualia ministari præcepit. Habitaculum oportunum ad meditandum deputatum est. Alterum verò in Italiam direxit, cui & monasterium S. Augustini iuxta Ticinum vrbem delegauit, vt illic qui vellent, ad discendum conuenirent. Audiens ergo Alcuinus iste, quòd Karolus religiosos viros ac sapiẽtes gratanter susciperet, venit ad eũ cum prædictis sociis in omnibus scripturis exercitatis,

Anni à Christo nato. PONTIFICES.

tatis, vtpote doctissimi Bedæ discipulis.

Cui etiam Carolus commisit monasterium sancti Martini Turonensis regendum. Nam monachi, preteritæ religionis obliti, adeò defluxerant, quòd sericis induti vestibus, & deauratis calceamentis incedebant, carnis oblectamentis vacando. Vnde vno monacho vidente, duo angeli dormitorium intrãtes, omnes monachos extinxerunt: excepto illo solo qui angelos videbat: qui ne interimeretur, sed ad pænitentiam agendã reseruaretur, vix ab angelis obtinuit.

Huius cœnobij postea factus fuit Alcuinus abbas & gubernator, ac in omni sanctitate informator. Et post laudabilem vitam, ibidem doctor egregius tumulatur.

Hic beatus pontifex tam inter muros Vrbis quàm extra, multas ecclesias restaurauit: & muros Vrbis qui vsque ad fundamenta diruti erant, renouauit.

Hic etiam in monasterio sancti Stephani, quod contra ecclesiam sancti Petri situm est, congregationes monachorum instituit: vt in ecclesia beati Petri cum tribus monasteriis, quæ Gregorius tertius instituerat, laudes sedulàs persoluerent. Sepultusque est in ecclesia sancti Petri, in Vaticano.

Tempore huius papæ condemnatur heresis Feliciana, quæ asserebat filium Dei in diuina natura verè Deũ esse, in humana natura nuncupatũ. Itẽ in diuina natura ipsum esse verè filiũ Dei, in humana verò adoptiuum: vnã enim personam Dei & hominis diuidens in duas personas, scilicet veri filij & adoptiui.

LEO CI.

794 LEO quartus, natione Romanus ex patre Azul-
796 pho, sedit annis viginti, mensibus quinque, die-

Anni à Christo nato. IMPERATORES.

ritia Nicephori, consolatus est, ipsos ditando.

Omnes etiã qui aduersabantur fidei orthodoxæ, conabatur extinguere.

CAROLVS. LXXIII.

802 CAROLVS *primus Magnus, accepit imperium Romanorum, & imperauit annis quatuordecim, mense vno, diebus quatuor.*

Hic existens rex Francorum antequàm esset Imperator, precibus Adriani papæ vocatus fuit, & obsedit Longobardos in Papia: vbi cœpit Desiderium & vxorem eius, quos captiuos duxit in Franciam.

Qui veniens Romam, confirmauit omnia quæ pater eius Pipinus dederat beato Petro Apostolo: adiuncto ei ducatu Spoleti & Beneuenti. Et ob rogatum Romanorum, factus est imperator.

Huius tempore comites, Palatini, Rolandus, Oliuerius, & cæteri, Saracenos in

PONTIFICES. Anni à Christo nato.

bus sedecim. Et cessauit põtificatus diebus tribus.

Hic dum pergeret die sancti Marci, cum Litaniis, quas ipse constituit ante Ascensionẽ Domini, ad sanctum Petrum, captus & excæcatus est: præcisa est quoque ei lingua. Sed Deus omnipotens, reddidit ei visum & loquelam.

Postea pergens ad Carolum Regem Frãcorum, ibi susceptus est cum magno honore: & rediit Romam cum præfato rege.

Et facta est vindicta de inimicis eius: purificantese papa, de quibusdam criminibus sibi illatis.

Idem rex ab eo est coronatus in Imperatorem Romanum.

Hic fecit porticum sancti Petri, qui adhuc dicitur ciuitas Leonina: & muro eam cinxit, propter incursum Saracenorum.

STEPHANVS. CII.

STEPHANVS quartus, natione Romanus, 814 *816

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

ex patre Iulio, ſedit mēſibus ſeptē. Et ceſſauit Pontificatus diebus viginti-octo.

Hic Gallias veniēs, honorificè ab imperatore Ludouico ſuſcipitur. Et captiuos multos per Franciam redimens, Romam reuerſus, diem clauſit extremum.

Sepultusque eſt in eccleſia ſancti Petri.

PASCHALIS. CIII.

816 PASCHALIS, natione
*817 Romanus, ex patre Martino, ſedit annis octo, diebus ſeptemdecim. Et ceſſauit pontificatus diebus octodecim.

Hic corpus beatæ Ceciliæ, ipſa ei reuelante; & corpora beatorum Tiburtij & Valeriani, nec nō & ſancti Vrbani Papę: de cœmiterio, vbi erant reconditi, manu propria eleuās, intra Vrbē in eccleſia beatæ Ceciliȩ honorificè collocauit

Hic etiam ante aditum ad

IMPERATORES. Anni à Christo nato.

in Hiſpania deuicerunt. Sed proditione Ganelonis comitis mortui ſunt.

Hic ſubactis Saxonibus & aliis Germanis, & penè totius Occidentis regionibus, Coloniæ trans Rhenū duos pontes conſtruxit.

Hic barbā ad pedis longitudinem deferens, cibi potusq́, tēperatiſſimus fuit.

Filios ſuos quàm citò ætas patiebatur, faciebat equitare, & armis intendere.

Filias verò lanificio aſſueſcere, & colo ac fuſo, ne per ocium torpeſcerent.

Regnum quoque Francorum, quod poſt patrem 703
ſuum Pipinum regendum ſuſceperat, quàm plurimùm ampliauit.

Chriſtianum cultum, ſumma pietate ſemper excoluit.

Romā veniendo de equo ad miliare deſcendit: & pedes eùndo per Vrbē, omnes eccleſiarum poſtes humiliter deoſculatus fuit. Ac etiā tunc in Vrbe, monaſteriis

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

ac ecclesiis multa munera largitus fuit.

Hic terram sanctam à Saracenis occupatam, legatis patriarchæ Hierosolymitani & Cõstantini Imperatoris Constantinopolitani receptis, terræ sanctæ compatiẽs, cũ magno exercitu illuc vsq; peruenit. Et quum recuperata terra, per Constantinopolim rediret, auro argentoq; gemmisq; preciosis à Constantino Imperatore exhibitis, quum nollet recipere, solas Christi, & sanctorum reliquias postulauit. Præmissoq; ieiunio & oratione recepit de corona Domini partem, quæ tunc ipso cernente floruit. Et clauum vnum passionis Domini, partem crucis Dominicæ, & sudariũ Domini: & camisiam beatæ Mariæ, & brachium sancti Simeonis. Quæ omnia comitantibus multis miraculis, secum detulit: & in Aquisgrano, in basilica sanctæ Mariæ, quam ipse construxerat, recondidit. *Ad*

PONTIFICES.

Anni à Christo nato.

ad corpus beati Petri, circa ostia ærea altare cõstruxit, & in ipsô corpus sancti Sixti primi recondidit.

Hic etiam ecclesiam sanctæ Praxedis reparãs, congregationem Græcorum monachorum ibidem instituit. Et circa duo millia corpora sanctorum ex cœmiteriis colligens, ibidem honorificè recondidit.

EVGENIVS. CIIII.

EVGENIVS secũdus, 824 natione Romanus ex patre Bonomundo, sedit annis tribus, mensibus duobus.

Hic primùm sanctæ Sabinæ presbyter cardinalis, eandem ecclesiam cyburio argenteo super altare, & pictura solenni decorauit.

Hic deinde per laicos Romanos excęcatus est, & martyrio coronatus.

Hic sepultus est in ecclesia S. Petri in Vaticano. Hoc tempore .s. anno x. Lu-

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

Ludouici, terræmotus factus est magnus, multæ dom° & villæ igne cælesti cremãtur. Homines & animalia ictu fulminis exanimantur. Fruges grandine vastantur: cum ipsa grandine veri lapides immensi ponderis cadunt, & sequuta est magna mortalitas.

VALENTINVS. CV.

827 VALENTINVS primus, natione Ro-
*824 mus, natione Romanus, sedit diebus quadraginta. Et cessauit pontificatus diebus tribus.

GREGORIVS. CVI.

828 GREGORIVS quartus, ex patre Ioanne, natione Romanus, sedit annis sedecim.

Hic ecclesiã sancti Martini in monte, prius à fundamento destruxit: & postea nouis fabricis eam erexit.

Hic ex assensu Lodouici Imperatoris & omnium episcoporũ instituit, vt festum

in

IMPERATORES.

Ad numerum etiam elementorum, id est, literarũ in alphabeto, cœnobia fundauit: & in vnoquoq; per ordinem, vnam literam ex auro fabricatã, plus quàm centum libris Turonensiũ pendentem reliquit: vt ex ordine literarum, tẽpus fundationis vniuscuiusque monasterij cognosceretur. Quæ literæ adhuc in pluribus monasterijs reperiuntur.

Hic etiam quatuor archiepiscopatus, videlicet Treuerensis, Coloniensis, Maguntinensis, ac Salseburgensis, diuitiis ac honoribus ampliauit.

Carolus verò, filio suo primogenito Ludouico coronato, plenus bonis operibus moritur: & Aquisgrani in basilica sanctæ Mariæ, quam ipse construxerat, honorificè sepelitur.

Antequam moreretur Carolus, aduocatis ecclesiarum prælatis, quos habere potuit, omnes thesauros eis tradidit per ecle-

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

clesias piè distribuendos.

Hic Carolus per dissonantiam cantus inter Romanos & Gallos offensus, iudicans, iustius esse de puro fonte, quàm de turbato riuo bibere, duos clericos Romam misit, vt autenticum cantum discerent à Romanis, & docerent Gallos: & primo per hos Metensis ecclesia, & per illos omnis Gallia, ad Romani cantus auctoritatē est reuocata. Idem verò Carolus per vniuersum mundū nomina, actus & obitus sanctorum, nuntius missis conquisiuit, quæ per Helmandum monachum, in vnum volumen postea compilata sunt. Ieronymus verò, & Beda, & Florus hoc ipsum fecerant, sed non integrè. Hic autem diebus singulis annotauit ea. Inuētum est autem, quod diebus singulis concurrebant plusquam ccc. festa. Ideoq; statutū est, vt diceretur, & aliorū plurimorum sanctorū. &c.

Post hæc idem Carolus per ma-

PONTIFICES. Anni à Christo nato.

stum omnium Sāctorum celebraretur calendis Nouembris, in partibus Franciæ & Germaniæ: quod ex institutione Bonifacij papæ Romani faciebant.

Hoc tempore orta est magna turbatio Christianis. Nā de Romanis quidam scelerati miserunt ad Soldanum Babyloniæ, vt Romam veniens Italiam possideret. Tanta itaque multitudo Saracenorū per portum Centumcellēsem intrans impleuit superficiē terræ vt locustæ. Obsessa Roma capitur, & ciuitas Leonina: ecclesia sancti Petri spoliatur, & equorum stabulum efficitur. Et non solū ciuitas, sed omnis Tuscia, in solitudinem redigitur. Tandem, ad petitionem Gregorij papæ, Guido Marchio cum Longobardis veniens, & postea Lodouicus cum Gallicis, cum multa sanguinis effusione Christianorū, Saraceni sunt fugati.

Huius tempore Saraceni

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

ni Apuliam & Siciliã deuastauerunt.

Hic etiam beatus pontifex sanctorum martyrum corpora Fabiani, Sebastiani, Gorgonij, ac Tyburtij, à cœmiterijs, in quibus antè iacuerant, releuans, ad ecclesiam sancti Petri perduxit: & in oratorio Gregorij, separatis altaribus, sicut ibidem patet, collocauit.

Corpus etiã sancti Gregorij, à loco vbi prius iacuerat, eleuans, sub altari ipsius posuit.

Et post innumera bona, ipse pontifex sepultus est apud sanctum Petrum.

Huius tempore vir clemẽtissimus Lodouicus Imperator, congregatis Episcopis & nobilissimis viris, fecit apponi & ordinari libri canonicam normam, continentem regulam sanctimonialium. Ipsius denique tempore cœperũt deponi ab episcopis & clericis baltei, gemmis & cultibus ornati, & singula auro cooperta, & exquisitæ vestes

IMPERATORES.

Anni à Christo nato.

manum Pauli Diaconi sui describens optima quæque de dictis catholicorum patrum, lectiones vnicuique festiuitati conuenientes per anni circulum in ecclesia legendas, fecit compilari. Mensibus quoque anni idem Carolus iuxta propriam .i. Theutonicam linguam vocabula imposuit: ventos autem xij. proprijs nominibus appellauit, cum iiij tantum Cardinales venti vocarentur, Sedẽ quoque imperialem, quam Constãtinus Magnus à Roma apud Constantinopolim transtulit, Romæ retulit circiter cccclxviij. annis euolutis. De Carolo scribit Turpinus Archiepiscopus, quod cùm esset Viennæ orãs ante altare raptus est in extasim, & vidit tetrorũ spirituum agmina præterire, quos omnes quidam similis Aethiopi sequebatur, lento gradu. Cui dixit: Quo tenditis? Aquisgranũ, inquiunt, ad mortem Caroli, vt spiritum ad tartara

*vide Turpinũ cap. vltimo

Anni a Christo nato.

IMPERATORES.

rapiamus. Et ait: Adiuro te per nomen Domini nostri IESV CHRISTI, vt peracto itinere ad me veniatis. Tūc morati modicum ad eum redierunt, eo ordine quo prius, & dixit ad illum, cui prius locutus fuerat: Quid egistis? Gallitianus inquit sine capite, tot & tantos lapides & ligna, in ministerio basilicarum suarum in sua statera appendit, sic quod magis appendeant bona eius, quàm mala. Idcirco eius animā nobis abstulit, hisque dictis euanuit. Anno huius Caroli tertio, luna ter obscurata est, & sol semel. Aues quoq; miræ magnitudinis visæ sunt in aëre. Anno eius vij. translatio S. Bartholomæi facta est de insula Libertina apud Beneuentum.

LODOVICVS. LXXIIII.

816 LODOVICVS cū *Lothario filio suo, imperauit annis vigintiquinque. Hic*

PONTIFICES.

Anni a Christo nato.

stes & alia pariter ornamēta. Idem Lodouicus adiecit quædam secularibus legibus capitula necessaria.

SERGIVS CVII.

SERGIVS secundus, natione Romanus, ex patre Sergio, sedit annis tribus, mensibus duobus. Et cessauit diebus quindecim. 844

Hic autē vocabatur priùs os porci.

Vnde ab isto Sergio, cæteri omnes proprium nomen deinceps mutauerunt. *Vide annota.

Iste coronauit Lotharium Imperatorem.

LEO. CVIII.

LEO *quintus, natione Romanus, ex patre Radualdo, sedit annis octo, mēsibus tribus, diebus sex. Et cessauit pontificatus diebus sex. 847 *quartus.

Huius tēpore Adolphus rex Anglorum, qui primus totius Anglię obtinuit momonarchiam, deuotionis causa venit Romam. Et coram Leone papa, obtulit tributum beato Petro: de vna-

.. qua-

Anni à Christo nato. **PONTIFICES.**

quaque domo argenteum
850 vnum in anno. Et hoc tributum vsque hodie perseuerat.

Hic pontifex catholicus, multæ patientiæ, multæq; humilitatis, & diuinarum Scripturarum extitit feruentissimus perscrutator: & etiã vigiliis & orationibus semper intentus fuit.

Hic primùm à parentibus, ob studia literarum in monasterio sancti Martini, confessor iuxta ecclesiã beati Petri Apostoli positus fuit: vbi nõ solùm in scientia, sed etiam in cõuersatione, tanquam perfectus monachus profecit.

Hunc postea, Sergius papa, presbyterum faciens, titulum Sanctorum quatuor sibi assignauit. Quo Sergio mortuo, & nondum sepulto, omnes Romani, tam clerus, quàm populus, vna voce Leonem, in summũ pontificem elegerunt. Qui mox factus pontifex, sancti Petri & sancti Pauli basilicas, & alias ecclesias, quas Saraceni

IMPERATORES. Anni à Christo nato.

Hic filius Magni Caroli; habuit duos fratres: vnum, qui Teuthoniam: alium, qui Hispaniam regebat. Et ambos superauit: qui in vltimo, malum finem habuerunt.

*Hic habuit tres filios, videlicet Lotharium, Pipinum, & Lodouicum. Primum, scilicet Lotharium, Cæsarem fecit. Cui etiam Italiam regendam commisit. Secundum Pipinum Aquitaniæ Regem fecit. Tertium verò, scilicet Ludouicũ, * Barbaris & Germanis Regem & Principem concessit.* * Bauaris.

Hoc tempore, legati, Michaëlis Imperatoris Cõstantinopolitani tulerunt imperatori Ludouico inter cætera munera, libros sancti Dionysij: qui cum magno gaudio sunt recepti.

Eo tẽpore floruit Rabbanus, monachus abbas Fuldẽsis, poëta magnus, & in scientia theologiæ præclarus.

His temporibus Eueldus

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

dus rex Danorum, cum vxore & filiis, & magna parte Danorum, Maguntiæ baptizantur.

Hoc etiam tēpore, Lodouicus rex Germanorū, quatuordecim duces Bohemorum, cum sequacibus baptizari fecit, & in fide Christiana edoceri.

816 *Lodouicus imperator cum Pipino rege Aquitaniæ, Britanniam inuasit: & ipsam ferro, & igne totam vastauit.*

Et postea cōtra Lodouicū Imperatorem, filiorū eius & optimatum oritur magna cōmotio. Sed Imperator plures optimates exulauit. Et ex hoc, filios ipsos & optimates plurimos contra se prouocauit.

Post hoc malitia quorundam actum est, vt etiā consensu Romani Pontificis, & etiam Episcoporū, nec non & procerum iudicio, pius Imperator à suis proditus, & traditus, in potestatem filiorum redactus, arma deponit, & reclu-

PONTIFICES.

Anni à Christo nato.

ni paulò antè omnino deuastauerant, honorificè restaurauit.

Hic pro Neapolitanis in mari contra Saracenos pugnantibus, orando Collectam fecit, Deus cuius dextera beatum Petrū ambulantem in fluctibus, &c. Et postea quā muros ciuitatis Leoninæ perfecerat, apponendo seras portis, fecit & dixit illam Collectā, Deus qui beato Petro collatis clauibus, &c.

Illi autem Saraceni, qui cū magna multitudine Romam venerant, dum spoliatis ecclesiis beati Petri, & Pauli redirent in Africam, submersi sunt in mari.

Leo verò papa Romæ moritur, & in Ecclesia sancti Petri sepelitur: cuius festum agitur decimaseptima Calendis Augusti.

IOANNES. CIX.

POST hunc Leonem, 855
Ioānes, Anglus, natiōe Margantinus, qui alibi legitur fuisse Benedictus tertius,

recluditur. Sed Deo disponente, eodem anno populus de facto Imperatoris pœnitens, in pristino honore restituit: filijq́ eius veniam pro commisso exposcunt.

Eo tempore, ossa beati Viti martyris è Parisiis transferuntur in Corbeiam, Saxoniæ monasterium multum solenne. Vnde testati sunt ipsi, hoc in præsagium contigisse, quia ab illo tempore, gloria Francorum, quantum ad Imperium, translata est ad Saxones.

Eodem tempore Normanni, qui iidem sunt quod Norueni, grauiter Galliam infestant. à Frisonibus tributum accipiunt. Isti verò xl. annis, & vltrà bellum Gallicis & stragem maximam intulerunt. Sed eis tandem data est in signum pacis quædam pars Galliæ à Rege Francorum, quæ ab eis vsque hodie Normannia nuncupatur. Anno huius xiiij. in Gasconia annona de cælo pluit frumento similis, sed grana breuiora habens.

Lodouicus autem Imperator, postquàm omnia quæ Constantinus Romanæ ecclesiæ contulerat, confirmauerat: venienti ad se Lothario filio suo reconciliatur. Eiq́ Imperij coronam relinquens, diem clausit extremum.

Huius tēpore, in territorio Tullensi, puella duodecim annorum post sacram communionem à sacerdote in Pascha susceptam, per sex menses pane & aqua, deinde ab omni cibo & potu per triennium abstinuit.

835 *Huius tempore in Gallia ante solstitium æstiuale, magna tempestate exorta cum grandine ingens fragmentum glaciei cecidit: cuius latitudo sex pedum, & longitudo quindecim, & altitudo duorum fuit.*

Strabus discipulus Rabani claret: qui librum ad istum Lodouicum imperatorem, de officiis ecclesiæ scripsit.

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

ob deteſtationẽ facti hoc faciat. Nec ideo ponitur in catalogo ſanctorum Pontificum, tam propter muliebris ſexus, quàm propter deformitatem facti.

BENEDICTVS. CX.

857 *855 BENEDICTVS tertius, natione Romanus, ex patre Patrodo, ſedit annis duobus, menſibus quinque. Et ceſſauit pontificatus diebus quindecim.

Hic conſtituit, vt clerici ordinatè incederent, & honeſtè.

Hic etiã porticũ à porta ciuitatis vſque ad ſanctum Paulum ædificauit: & alia quædam, à porta vſque ad ſanctum Laurentium reſtaurauit.

Sepultus eſt ille apud ſanctum Petrum.

NICOLAVS. CXI.

859 *858 NICOLAVS primus, natione Romanus, ex patre Theodoro, ſedit annis nouem, mẽſibus duobus, diebus viginti.

Hic

IMPERATORES.

trum pro imperio: & ideo Saraceni, & alia diuerſæ gentes, quo modo Romanum Imperium inuadãt, contendunt.

Huius tempore Normanni de mari per Ligerim Galliam intrantes, penè totam igne ferroq; deuaſtant. Saxones etiam ex alia parte, ſe imperio opponentes, Galliam ferro & igne deſtruunt. 731

Item Lotharius iſte primus, cũ filio ſuo Lodouico, imperauit annis quinque.

Lotharius verò decimo quinto Imperij ſui anno, partito inter filios ſuos regno, renunciauit ſeculo. Et in Prouincia monaſterio, ſuſcepto habitu monachali, nõ multò pòſt obdormiuit in CHRISTO. *De cuius anima, maxima inter dæmones & angelos fuit altercatio: ita quòd & cunctis aſſiſtentibus, corpus diſtrahi videbatur: ſed orãtibus monachis dæmones fugati ſunt.*

Anno Lotharij nono, ſancta

Anni à Christo nato.

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

cta Helena Constantini mater, Romæ in ecclesia sanctorum Marcellini & Petri sepulta, in Franciam transfertur: & in diœcesi Remensi cum magna veneratione excolitur. Postquàm Lotharius pacificauerat se cum Carolo caluo & Ludouico fratribus suis, apud Virdunium, Carolus accepit occidentalia, à Britannico mari, vsq; ad Mosam flumium, in qua parte ex tũc & modò nomen Franciæ remansit. Ludouico verò Orientalia cesserũt, omnis scilicet Germania vsq; ad Rheni fluenta. Lotharius verò quia maior natu erat, regna Italiæ obtinuit cum Roma, & Imperator est vocatus. Obtinuit etiam magnam partem Franciæ inter Scaldam & Rhenũ, cuius pars à Lothario Lotharingia nunc vocatur. Prius autem Troia Lotharingia vocabatur. Eo tempore quædem pseudoprophetissa diem iudicij dicens

PONTIFICES.

Anni à Christo nato.

Hic vir fuit sanctissimus post magnum Gregorium. 859
Vix vllus in sede Romana apparuit illi comparandus. Cuius ordinationẽ Lodouicus Imperator sua præsentia roborauit.

Huius tempore Coloniæ orta tempestate, populo in Basilica sancti Petri cõfugiente, subitò fulmẽ instar ignei draconis cecidit, scindens basilicam, & tres homines in diuersis locis occidit, sex semiuiuos relinquens.

Huius tempore sanctus Cyrillus penè omniũ Sclauorum apostolus, corpus sancti Clementis papæ à Corsona, vbi in mare Ponticum proiectum fuerat, mari exsiccato auferẽs, Romam deportauit: quod per papam & Romanos in Ecclesia sancti Clementis fuit reconditũ. Vbi & ipse sanctus Cyrillus, paucis diebus expletis sepelitur, miraculis coruscando.

Nicolaus verò papa, post multa quæ fecit, in Eccle-

sia

PONTIFICES.

sia sancti Petri sepelitur.

Huius tempore Rex Bulgarorum Christianissimus cum sua gente conuersus non multum post, filio maiore in Regem ordinato, abrenuncians seculo, monachus fit. Sed cùm filius eius postea ad gentilitatis cultum vellet redire, militiæ cingulo, & cultu regio resumpto, filiũ persecutus, cepit, & oculis eius effossis, eũ in carcerem trusit, & filium iuniorem in regnum locauit, sacrumq; habitum recepit, in eo vsq; ad vitæ finem perseuerans.

ADRIANVS. CXII.

868 *867 ADRIANVS secũdus, natione Romanus, ex patre *Carolo episcopo, sedit annis quinque.

*Thalaro.

Ad hunc Lotharius rex quem Nicolaus papa, propter adulterium excõmunicauerat, Romam vt se excusaret, venit. A quo, dum pro ostensione innocentiæ

IMPERATORES.

dicens instare, Maguntiã, solicitabat, ita vt aliquot sacri ordinis ministros ad se inclinaret, quæ ab Archiepiscopo correcta cõfessa est per suggestionem presbyteri cuiusdam quæstus causa hoc fecisse. Hoc tempore Bohemorũ Duces cũ suis baptizantur persuasu Lodouici regis Germaniæ.

LODOVICVS. LXXVI.

LODOVICVS *secũdus, imperauit annis viginti & vno.* 855

Iste habuit præliũ cum Romanis.

Hic fuit Lotharij filius, à Sergio papa in regem coronatus. Et viginti vno annis sine patre regnauit.

Huius tempore corpora sanctorum martyrũ Vrbani papæ & Tiburtij Altisiodorum dicuntur translata: & in ecclesia sancti Germani reposita.

Per idem tempus Normanni Aquitaniæ terminos repetentes, Andegauũ,

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

Turonum, Pictauiũ deuastant. Quibus Panulphus dux Aquitaniæ occurrens perimitur. Et cæteri, tanquam oues à lupis, consumuntur.

Hoc etiam tempore gẽs Danorum Angliam deuastant, regemq́; piissimum & Christianissimum illius prouinciæ Aymundum, capitali sententia condemnant.

Eodẽ etiam tempore, in Brixia Italiæ tribus diebus tribusq́ue noctibus de cœlo sanguis pluisse dicitur.

Huius Lodouici filius Carolus iunior, per tres dies in præsentia patris & optimatum vexatus est à dæmone. Et in ipsa vexatione cõfessus est hoc sibi adeò accidisse, quia contra patrem conspirationem tractauerat.

Lodouicus in Italia moritur: & Carolus patruus eius in Imperatorem sublimatur.

Huius Lodouici tẽpore, regem

PONTIFICES.

Anni à Christo nato.

centiæ suæ ad cõmunionem corporis & sanguinis IESV CHRISTI, tam ipse, quàm optimates sui, per papam inuitati fuissent: on nes qui indignè perceperant, ipso anno mortui sunt. Rex etiam ipsa via redeundo, Placentiæ defunctus est.

IOANNES. CXIII.

IOANNES octauus, sedit 875
annis decem, diebus *872
duodecim.

Hic vnxit oleo Carolũ filium Lodouici Regis in Imperatorem.

Huius tempore Saraceni per Italiam discurrẽtes, ecclesiam sancti Benedicti in monte Cassino, destruxerunt.

Ad hunc Ioannẽ, Ioannes Romanæ ecclesiæ diaconus, vitam primi Gregorij papæ in quatuor libellis laudabiliter scripsit.

Hic autem iniuriã perpessus est à Romanis, ita vt in custodia detentus esset: eo quòd non fauebat Carolo,

regem Fräcorum Carolum domestica cura in filijs afflixit. Nam Carolomannum vsque ad diaconatus ordinem promotum, pater cepit, & excæcauit, pro eo quòd ad apostasiam conuersus, omni genere nocendi regnum perturbans, alter Iulianus effectus fuerat.

Porrò alter filiorum Carolus, dum cum quodam fortitudinem suam voluisset experiri, incautè peremptus periit.

Huius tempore Ioannes Scotus, doctissimus in Scripturis, in Franciam venit: & rogatu Lodouici, Hierarchiã Dionysij transtulit de Græco in Latinum. Qui postea per discipulos, quos docebat, stilis confossus mortuus est.

CAROLVS. LXXVII.

876 CAROLVS *secundus, Imperator, anno vno & mensibus nouem imperauit.*

Huius tempore Saraceni perdiderunt Siciliam.

Hic Carolus, Caluus dictus, Romam properat. Et Ioannẽ papã ac Romanos per munera sibi attrahẽs, Imperator efficitur. Sed statim à Lodouico fratre suo, bellum contra ipsum paratur: eo quòd se inconsulto Imperium vsurpauit.

Hic Carolus, tam in Francia, quam in Italia, monasteria diuersa religionum, magnarumq; possessionum, & ecclesias construxit, vel destructas reparauit.

Suo tempore, comitatus Flandriæ exordium habuit. Flandria enim antea non erat tanti nominis nec opulentiæ, sicut modò est. Sed à Regis Francorum forestariis regebatur.

Et Andacer regebat Flandriam sub Ludouico filio Caroli magni, tanquam forestarius, non tamen Comes dicebatur. Huius filius BaldeWinus rapuit Iudith filiam huius Caroli Calui, propter quod excommunicatur. Sed Carolus episcoporum & optimatum consilio recõciliatus, Balduino & Iu-

Anni à Christo nato. IMPERATORES.

dith, dedit ei & suis heredibus Flandriam.

Imperator verò quum à Gallia in Italiã pergeret, per quendam Iudæum nomine Sedechiam, potionatus, in Alpibus diem clausit extremum.

Iste in Compendio, monasterium sancti Cornelij fundauit.

Hic autem Carolus cogitauerat facere oppidum ad instar Constantinopolis: & iam nomine suo appellauerat Carolopolim.

CAROLVS. LXXVIII.

877 *CAROLVS tertius, qui dicitur Grossus,*
*883 *vel iunior, imperauit annis viginti duobus.*

Huius tempore maxima fames fuit per totam ferè Italiam.

Hic Galliam & Germaniam pacificè possidens, anno secundo Imperij sui, à Ioanne papa coronatur.

His diebus, plus quàm quinque milia Normannorum de Gallis perimantur. * Normanni.

PONTIFICES. Anni à Christo nato.

rolo, quum in Frãcia fuisset, vnde in custodia seruatus est ab eis. Nam cũ Lodouico Balbo sibi cõtrario, ferè per annũ moratus fuerat.

Hic tradidit venerabili viro Ansegiso, Senonensi archiepiscopo, caput sanctissimi Gregorij, & brachiũ Leonis papæ. Quas venerandas reliquias, Senonis in ecclesia sancti Petri, cum magna veneratione deportauit, & etiã collocauit.

Sub hoc, celebrata fuit quinta synodus, in Constantinopoli: vbi adfuerunt trecenti & octoginta tres patres. Cui præfuit Petrus presbyter cardinalis: & Paulus Antiochenus episcop[9], & Eugenius hostieñ. Episcopus, apocrisarij papæ. Huius tẽpore gens Danorum Angliam infestans, Emundum Regem decollauit, cuius caput lupus illæsum seruauit, & cum à multis quæreretur, vocem hanc emisit:

Anni à Christo nato. PONTIFICES.

Here, here, here, quod in Anglica lingua sonat, hic, hic, hic.

MARTINVS. CXIIII.

883 *882 MARTINVS secúdus, sedit anno vno, mẽsibus quinque. Et cessauit pontificatus diebus duobus.

ADRIANVS. CXV.

884 *883 ADRIANVS tertius natione Romanus, ex patre Benedicto, sedit annis duobus, mensibus tribus.

Hic autem constituit, vt Imperator non intromitteret se de electione papæ.

STEPHANVS. CXVI.

886 *885 STEPHANVS quintus natione Romanus, ex patre Adriano, de via lata, sedit annis sex, diebus nouem. Et cessauit pontificatus diebus quinque.

Huius tempore quum Normanni adiunctis sibi

IMPERATORES. Anni à Christo nato.

tur. Demũ Normanni sibi adiunctis Danis, Franciam & Lotharingiam peruagantes, igne, ferroq́ multas ciuitates consumunt: sicut Coloniam, Leodium, Tungris, Ambianum, Treuerim, & quàm plurimas alias. Quumq́ Galli & Germani sic se à Normannis paganis opprimi cernerent, Caroli Imperatoris auxilium inuocant. Et dũ cum manu potenti contra Normannos venisset, rex Normannorũ, pace facta, per matrimoniũ baptizatus est, & per imperatorem, de sacro fonte susceptus. Et tandem quũ non posset eos de Francia expellere, concessit eis regiones quæ vltra Sequanam erãt: quæ pars adhuc hodie dicitur Normannia, à Normannis.

Primus dux eorũ, fuit Robertus.

Robertus autem genuit Guilielmum.

Guilielmus verò Richardum.

Anni à Christo nato. IMPERATORES.

Richardus autem Richardum secundum & Robertum Guischardum: hic Robertus Apuliam, Calabriam, & Siciliam deuicit: Venetos quoque, et Alexiũ Græcorum Imperatorẽ superauit.

Qui Robertus Normãnus genuit Guilielmũ nothum.

CAROLVS *verò Imperator, deficiens corpore & spiritu, ab optimatibus regni repudiatur.*

Hic autem modicum tempus zelatus vxorem suam, pro eo quòd plus iusto familiariter ageret cũ Vercellensi episcopo, protestatus tãdem, se eam nunquam cognouisse: illa verò virginem se gloriata, accepto autem repudio monasterium intrauit.

His temporibus gens Hungarorum à Scythia egressa, à Pincernatis propulsa, in Pannoniam primitus venit: & eiectis inde Auaribus, ibi vsq; hodie permansit. Hac gẽs illo tem-

PONTIFICES. Anni à Christo nato.

Danis penè totam Galliã deuastarent: propter ipsorum timorẽ corpus beati Martini Turonensis, Altisiodorum est deportatũ, & in ecclesia sancti Germani collocatũ. Sed monachis propter oblationes litigantibus, & suo sancto miracula quę fiebant ascribentibus: pro determinatione, leprosus inter sanctos, scilicet Martinum & Germanum positus, ex parte Martini curatur tantùm: & alia nocte reuersus est, ex altera parte ab eodem curatur: non propter impotẽtiam Germani, sed quia hospitantem honorauit.

FORMOSVS. CXVII.

FORMOSVS, episcopus Portuensis sedit annis quinque, mensibus sex. Et cessauit põtificatus diebus duobus. 892 *891

Hic per picturam renouauit ecclesiã totam principis Apostolorum beati Petri.

Hic

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

Hic aliquando, ob timorem Ioannis papæ fugiens, episcopatū Portuensem dereliquit. Et postea cùm reuocatus redire nollet, anathematizatus est. Sed postea ad papam veniens in Galliam, vsque ad laicalem statum degradatus est. Insuper iurauit, nec ad episcopatum, nec ad Romam se regressurū. Postea à Martino successore Ioannis contra iuramētum restitutus, non solùm Romam reuersus est, sed etiam Romanum episcopatum suscepit. Propter quam rem, multa altercatio deinceps fuit: prout in sequentibus patebit.

BONIFACIUS. CXVIII

897 *896 BONIFACIVS sextus, natione Tusc⁹, sedit diebus quindecim.

STEPHANVS. CXIX

898 *897 STEPHANVS sextus, natione Romanus, sedit anno vno, mensibus

IMPERATORES.

tempore adeo inculta fuisse narratur, vt carnibus crudis ad cibum, humano verò sanguine ad potum vteretur: quemadmodum & Phalangi, qui vltra Ruthenos morantur, faciunt.

ARNVLPHVS. LXXIX

ARNVLPHVS *imperauit annis trib⁹.* 899 *895

Hic Normānos Gallia vastata, qui Lothoringiā, & Dardaniā circa Leodiū, & circa Maguntiam vastabant, incredibili plaga prostrauit. Et tunc cœpit iugum Normannorum & Danorū cessare: qui quadraginta annis Galliā vastauerant.

Sub hoc Romanum imperium & regnum Francorum miserè discerpitur. In Italia nempe Berengarius & Guido de Regno cōtendunt, Franci verò neglecto Carolo filio Ludouici Balbi paruo quasi decennio regem sibi præficiunt Ottonem filium Roberti, ducis Borgundiæ. Rodolphus verò corona sibi imposita,

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

rex Burgundiorum statuitur, quod regnum non multo tempore durauit.

Demum Imperator Arnulphus, longa infirmitate tabefactus, nulla arte medicabili poterat adiuuari, quin à pediculis consumeretur.

Arnulpho filius eius Lodouicus succedit: sed ad coronam Imperij non peruenit. Vnde ipse fuit finis Imperij, quantum ad posteritatē Caroli, culpis exigentibus: quia ecclesias quas patres eorum extruxerāt, non fouebant, sed potius dissipabant.

Postquam Arnulphus Normannos & Dacos deuicisset, qui regnum Franciæ per XL. annos vastantes, quasi ad nihilum redegerant, ita per Richardum Borgundiæ ducem, & Robertum Parisien. comitē, Ottonis Regis fratrē sunt deducti Normanni, vt baptismū reciperent. Erāt autem tunc eis duo duces, Rollo, & Gillo cognati. con-

PONTIFICES.

Anni à Christo nato.

tribus. Et cessauit pontificatus diebus tribus.

Hic à Formoso papa episcopus Anagine ordinatus, ipsum Formosum persequitur: & omnes ordinationes ipsius, irritas debere esse decreuit. * vide annot.

Legitur etiam, quòd ipse corpus Formosi in concilio positum, & in papali veste exutum, laicali induit: & duobus digitis dextrę eius abscisis, manus eius in tumulum iactari præcepit.

ROMANVS. CXX.

ROMANVS nomine, & natione Romanus, sedit mēsibus tribus, dieb⁹ vigintiduobus. 899 *898 *tribus

Hic contra Stephanum sentiens, reconciliauit omnes ordinatos à Formoso.

THEODORVS CXXI.

THEODORVS secūdus, natione Romanus, sedit diebus tantùm viginti. 899 *898

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

IOANNES. CXXII

900 IOANNES nonus, sedit annis duobus, die-
*898 bus quindecim.

* vide sancta. Hic autem Ioãnes pugnã fecit cum Romanis.

Hic ad cõfirmandam ordinationem Formosi, synodũ septuaginta quatuor episcoporum Rauennæ statuit: vbi synodus, quã Stephanus papa contra Formosum fecit, reprobata fuit.

BENEDICTVS. CXXIII.

902 BENEDICTVS
*900 quartus, natione Romanus, sedit annis tribus, mẽsibus duobus. Et cessauit põtificatus dieb⁹ sex.

LEO. CXXIIII.

905 LEO sextus, sedit diebus quadraginta.

Hunc post quadraginta dies ordinationis suæ, Chrystophorus presbyter suus capiens, & in caceré trudens, per inuasionem rapuit præsulatum. Qui quum

IMPERATORES.

Anni à Christo nato.

Consilio autem accepto cum optimatibus suis Carolus rex Franciæ, dedit Gilloni comitatũ Blesensem, Rolloni verò Gillam filiam suam, & totam Neustriã. & assistentibus consulentibus, & dicentibus, vt pedes largitoris osculæretur, dedignatus genibus Regis aduoluit apprehendens pedem eius, ad os suum stans attraxit, eũq; cadere fecit. Quo resupino secutus est risus Normãnorum: Francis eum reprehendentibus, excusat se Rollo, allegans esse talẽ prouinciæ suæ morem.

LODOVICVS.

LXXX.

LODOVICVS *tertius, imperauit annis sex.* 902
*907

Istius tempore Italici cœperunt imperare. Exẽpto enim Imperio à Francis, fertur ad Italicos, secundum sententiã Romanorum. Quoniam Francigenæ non adiuuabant Romam contra Longobardos

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

rebellantes, & multas ipsis Romanis iniurias inferentes. Propter quā causam, tempore istius Lodouici, diuidi cœpit imperiū. Quidam enim (sicut infra patebit) tantum in Italia, & quidam tantùm per Alemanniam imperabant: & hoc vsque ad Ottonē primum, qui cœpit vtrobique imperare.

Iste Lodouicus tertius, Berengarium, qui tunc regnabat per Italiam, fugauit.

Et quùm pro ipso regnaret, Veronæ capitur et excæcatur: & Berengarius Imperio restituitur.

BERENGARIVS. LXXXI.

908 *Berengarius primus, imperauit annis quatuor.*

Iste prudens in armis, habuit bellum cum Romanis.

Hoc tempore, à Guilielmo, pio principe Burgundiæ, Cluniacense monasterium fundatum est.

CON-

PONTIFICES. Anni à Christo nato.

quum septem mensibus præfuisset, à Sergio papa deponitur, & in carcerem tanquam inuasor retruditur, & demum monachus efficitur.

CHRISTOPHORVS. CXXV.

Christophorus, sedit mensibus septem. 906 *905

Hic de papatu eiectus, factus est monachus.

SERGIVS. CXXVI.

SERGIVS tertius, natione Romanus, ex patre Benedicto, sedit annis septem, mensibus tribus, diebus sedecim. Et cessauit pontificatus diebus septem. 907 *906

Huius tempore ecclesia Lateranensis corruit, quam papa à fundamentis reparauit.

Hic Sergius diaconus, per Papam Formosum, à papatu est reprobatus. Tandem papa factus, ad Francos se contulit: quorum auxilio, Christophorum

vide Onuphrium

rum

Anni à Christo nato.

PONTIFICES

rum inuasorem papatus incarcerans, Romam ingressus papatũ obtinuit. Et in vltionem suæ repulsæ, Formosum è sepulchro extractum, & in sede põtificiali sacerdotaliter indutum, decollari præcepit, & in Tiberim iactari; & omnes per ipsum ordinatos deordinauit. Quem à piscatoribus inuentum, & postea in basilica sancti Petri positum, quædam sanctorũ imagines adorasse, & venerabiliter salutasse, palã omnibus visæ sunt.

ANASTASIVS. CXXVII.

914 *913 ANASTASIVS tertius, natione Romanus, sedit annis duobus, mensibus duobus. Et cessauit põtificatus diebus duobus.

LANDO. CXXVIII.

916 *915 LANDO, natione Romanus, sedit mensibus sex. Et cessauit pontificatus

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

CONRADVS. LXXXII.

CONRADVS *Alemannus, imperauit annis quatuor.* 912 913

Iste nõ annumeratur inter Imperatores, propterea quod non imperauit in Italia: & ideo caruit benedictione Imperiali.

Huius tempore Saraceni Apulium, Calabriam, & penè totam Italiam deuastant.

Anno quarto Conradus rex moriens, coram principibus regni regem designat Henricum, filium Ottonis ducis Saxoniæ.

Tũc super Frãcos regnauit Carolus simplex, qui auxilio Lotharingorũ iuxta successionẽ Robertum fratrem Ottonis Regis, qui cõtra eum regnum Franciæ inuasit, cũ multis peremit. Sed tandem ipse propter hoc captus, & traditus custodiæ, exul & martyr moritur.

BE-

Anni à Christo nato. IMPERATORES.

BERENGARIVS. LXXXIII.

916 Berengarius secūdus, imperauit annis quatuor, in Italia.

HENRICVS. LXXXIIII.

920 HENRICVS rex imperauit annis vndecim: & hoc per Alemanniam. Vnde nec ipse, inter imperatores computatur: quia nec regnauit in Italia, nec fuit per papam coronatus.

Huius tempore Spirigneus dux Bohemorum, ad fidem conuertitur. Et licet fuerit neophitus, præcæteris tamen iste, iustè ac religiosè principatur. Post quē Venceslaus filius eius, iustitia & sanctitate præclarus: cui frater suus Boleslaus, piis & sanctis eius actibus inuidens, iniquè aduersatur. Et postea primo anno primi Ottonis, ab eo occiditur, vsurpando principatum. In vltionem, Otto Imperator Boleslaum per

940

PONTIFICES. Anni à Christo nato.

ficatus diebus triginta & vno.

IOANNES. CXXIX.

IOANNES decimus, sedit annis tredecim, mēsibus duobus, diebus tribus. 917 *916

Hic fuit filius Sergij papæ, & episcopus Rauēnâs, qui inuasor ecclesiæ fuit, & ab omni populo Rauennate depositus est.

Huius consilio & auxilio Saraceni, qui tunc dominabantur in Italia, primò prope Vrbem deuicti sunt.

Demū ipse papa, cum marchione Alberico intrans Apuliam, cōtra Saracenos apud Garilianū cum Saracenis durū bellum habentes, Victores effecti, postquàm Romā redierunt, à populo Romano cum gaudio & honore sunt recepti. Sed postea, discordia interueniente, Marchio ex Vrbe expulsus, in Orta castrum extruens, ibi se recepit: & nuncios ad Vngaros, vt terram

per bellum aggreditur: & per quatuordecim annos eum impugnans, cum magna ruina suorum, ipsum superauit, Bohemiam totam deuastando. Prædictus verò sanctus Venceslaus
929 licet esset Princeps & dominus, tamen tantæ humilitatis & deuotionis fuit, quòd cum vno seruo clàm de nocte ad syluã ibat: & propriis suis humeris ligna deferens, ante fores viduarum & pauperum clàm reponebat. Colligebat etiam spicas de nocte, ex agro suo, & clàm virga excutiens, & manu propria hostias faciens, distribuebat per ecclesias.

Hic post trecentos annos passionis suæ, regi Danorum Henrico quiescenti, per visum apparuit: eiq; quo genere mortis deberet mori, reuelauit: præcipiens sibi, vt in honore ipsius qui Venceslaus dicebatur, monasteriũ construeret. Qui rex à somno consurgens, stupefactus de visione, cœpit de sancto Venceslao (de quo nunquam audiuerat) ab episcopis & aliis, quis esset, perquirere. Et certificatus, quòd fuisses princeps Bohemiæ, & à fratre occisus, cœpit ad honorem ipsius nominis in Riuallia Cisterciensis ordinis monasterium magnarum possessionum extruere. Sed antequàm consummasset, fratre suo, Abel nominato procurante (vt sibi sanctus ille reuelauerat) peremptus est.

Henricus verò rex moritur, & filius eius Otto primus, in regem coronatur.

Iste Henricus quoscunque fures, latrones & sicarios inuenit, fortes ad præliandum, indulta venia, equos & arma dedit eis, & legionem ex eis ad debellandum barbaros exponebat.

BERENGARIVS. LXXXV.

931 BERENGARIVS tertius, imperauit annis septem. Huius tempore magnum schisma fuit in Italia.

Lo-

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

LOTHARIVS.

LXXXVI.

938 *LOTHARIVS secundus, imperauit annis duobus.*

Istius tempore Sol factus est sicut sanguis. Vnde post paucos dies, cædes magna hominum sequuta est.

BERENGARIVS.

LXXXVII.

940 *Berẽgarius quart⁹, cũ Alberto filio suo, imperauit in Italia annis vndecim.*

Hic Berengarius nimia feritate premebat Italiam: & Aluidam Lotharij Imperatoris relictam, tenebat incarceratam. Sed Otto rex Alemanniæ, Italiam potenter intrans, Berengario depulso, reginam liberat. Eámque sibi in Vxorem suscipiens, natalis Domini festum Papiæ celebrat. Sed postea, Berengario ab Ottone in gratiã recepto, Longobardiam sibi reddidit: excepta Marchia Treuisina, Verona, & Aquileia. Sed paruo tempore pòst, ab Apostolica sede,

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

terram Romanorum possiderent, misit. Qui venientes, totam Tusciam depopulando, mares & fœminas & quicquid tollere poterant, in Vngariam deportauerunt. Propter quod Romani commoti, prædictum marchionem trucidauerunt. Vngari verò deinde singulis annis per multa tempora, fines Romanos deuastare solite erant.

Ioannes verò papa, à militibus Guidonis captus est, & in carcerẽ missus, super os ceruicali posito, strangulatus est.

In cuius Ioannis loco, 930
alter Ioannes subrogatur.

IOANNES. XI. 130.

Et quia idem Ioannes malè intrauerat, statim eiectus fuit. Et ideo in numero pontificũ non ponitur.

LEO. CXXX.

LEO *septimus, natio- 931
ne Romanus, sedit *935
mẽsibus sex, diebus quin- *sextus
decim.

Anni à Christo nato. PONTIFICES.

decim. Et cessauit pontificatus diebus decem.

STEPHANVS. CXXXI.

932 *935 STEPHANVS septimus, natione Romanus, sedit annis duobus, mense vno, diebus vigintiduobus. Et cessauit diebus duobus.

IOANNES. CXXXII.

934 IOANNES vndecimus natione Romanus, sedit annis quatuor, mensibus decem, diebus quindecim. Et cessauit pótificatus die saltem vno.

Hic primo anno in Genua ciuitate fons sanguinis largissimè effluxit. Forté portendens ipsius cladem imminentem. Nam eodem anno, à Saracenis ex Aphrica veniētibus capta fuit, & hominibus, & thesauris euacuata.

LEO. CXXXIII.

939 *937 *septimus. LEO octauus, natione Romanus, sedit annis tribus, mensibus sex, diebus decem. Et cessa-

IMPERATORES. Anni à Christo nato.

de, & à Longobardia veniunt legati ad Ottonem, conquerentes de tyrannide Berengarij. Otto verò pro corona Imperij vocatus, Romam tendendo quum in Lōgobardiam venisset, Berengarium captiuauit: & Bauarium in exilium misso, Romam veniēs, & à papa & à Romanis ad coronandū solenniter recipitur.

Circa hæc tempora fuit in Vasconia mulier ab vmbilico sursum diuisa, duo pectora & duo capita habens: vna comedente vel dormiente, altera quandoque neutrum faciebat: vixeruntqúe multo tempore, sed nec vno tempore mortuæ sunt. Portentum.

Isti quatuor Berengarij & Lotharius in alijs chronicis pro Imperatoribus non ponuntur.

OTTO. LXXXVIII.

OTTO *primus dux Saxoniæ imperauit annis vigintiduobus.* 951 *938

Hic fuit primus Imperator Teuthonicus. Exēpto enim

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

enim Imperio ab Italicis, soli Teuthonici imperauerunt vsque ad præsens tempus.

951 *Hic potens quum esset in Saxonia, & multis annis regnasset per Allemanniam, quidam de cardinalibus & Romanis, propter malum statum Ioãnis papæ duodecimi, miserunt occultè ad ipsum, vt super ecclesia Romana necessitate, Romã veniret, & etiam Imperij gubernacula possideret. Ipse verò per Longobardiam et Tusciam potenter Romam veniens, à papa & à clero & à populo Vrbis, honorificè est receptus: & in Imperatorem coronatus, multa donaria fecit ecclesiis.*

Hic pacata Italia, cum vxore sua Longobarda, in Saxoniam rediit: de qua filium genuit, tam regni quàm etiam sui nominis successorem. Cui filiã Imperatoris Constantinopolitani de Romano sanguine procreatã, in coniugẽ dedit.

Deinde

PONTIFICES.

Anni à Christo nato.

cessauit mense vno.

Circa hæc tẽpora cùm imperaret Otto prim⁹ Danis, qui Christum Iesum & idola simul colebant, cũ Poppone clerico, qui esset in conuiuio, altercãtibus super cultura Dei, & Deorũ: Danis asserentibus IESVM CHRISTVM esse quendã Deũ, Deos verò maiores & antiquiores illo: Poppone econtra affirmante, Iesum Christum verum Deũ solumque esse: Rex Danorum Araldus dicit clerico, vt fidem propositam à se probaret testimonio veritatis. Quod annuente clerico, ingentis ponderis ferrum valde ignitũ manibus illius ferendum imponitur: quod cùm clericus ad palatiũ tulisset, absque læsione, Rex penitus abiecta idololatria, se suosque ad colendum verum Deum & solum conuertens, clericus ad episcopatum est promotus.

STE-

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

STEPHANVS.

CXXXIIII.

942 *940 STEPHANVS octauus, natiõe Germanus, sedit annis tribus, mensibus quatuor, diebus quindecim. Et cessauit pontificatus diebus decem.

Hic autẽ à quibusdam Romanis mutilatus fuit.

MARTINVS. CXXXV.

946 *942 MARTINVS tertius, natione Romanus, sedit annis quatuor, mẽsibus sex, diebus quatuordecim. Et cessauit põtificatus diebus tribus.

AGAPETVS. CXXXVI.

950 *946 AGAPETVS secundus, natione Romanus, sedit annis octo, mensibus sex, diebus decem. Et cessauit põtificatus diebus duodecim.

Huius tempore Otto primus, abbas Cluniacẽsis, obdormiuit in CHRISTO. Cui successit Ademarus: & Ademaro successit sanctus Maiolus, vir miræ virtutis, & reparator monasticæ disciplinæ.

IMPERATORES.

Anni à Christo nato.

Deinde propter bonum statum Romanæ ecclesiæ pluries Romam veniens, & iterum ad partes suas rediens, ibidem piis operibus intendendo: in allodio suo apud Maydeburg, ecclesiã miræ pulchritudinis ad honorem sancti Mauritij fabricauit, & etiam maximis possessionibus ampliauit.

Hic post depositionem Ioannis papæ, propter infamiam, Leone papa à clero Vrbis creato, postquàm Romani, ipso absente, tertium papam videlicet Benedictũ creassent, Romam veniens cum magno exercitu eam obsedit: quousque Benedictum intrusum papam sibi præsentauerint. Qui Leone papa reducto ad sedem suam, pacificatis omnibus rediit in Saxoniã, ducens secum Benedictum papam, qui ibidem in exilio est sepultus.

Hic etiam multitudinem paganorũ circa eundem locum habitantium,

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

conuertens ad Christũ, fœliciter est defunctus: & in Maydeburg, in ecclesia sancti Mauritij sepultus est.

OTTO. LXXXIX.

973 *968 *duodecim. OTTO *secundus, cum Ottone filio suo imperauit annis * decem.*

Hic quum Græcos in Calabria incautè persequeretur, amissis militibus, exiliens de manu eorũ euasit.

Demum exercitum cõgregans, Beneuentum obsedit: qua capta, ossa beati Bartholomæi (vt dicitur) inde apportauit. At Romæ in insula, in quadam concha honorificè collocauit: & in terram suam, per Tiberim & mare, in præfata concha trãsferre cogitauit. Sed eo in breui, vita exempto, preciosus thesaurus ibi remansit vsque ad hodiernam diem.

Hic filio suo Ottone in Saxonia relicto, cum regina & exercitu magno, per Italiam transiens venit Romam. Ibique à Benedicto septimo, cum magna lætitia

PONTIFICES.

Anni à Christo nato.

IOANNES. CXXXVII.

IOANNES duodecimus, ex patre Alberico principe, de regione Via lata, sedit annis octo, mensibus decem, diebus quinque. Et cessauit põtificat⁹ diebus duodecim. 959 *955

Huius pater Albericus, quum esset potens in Vrbe, vocatis nobilibus, rogauit eos, & induxit iuramento constringendo, vt mortuo Agapeto papa, promouerent filiũ suum Octauianum in papam. Quod & factum est. Vocatusque est ille, Ioannes.

Hic erat venator, & totus lubricus, adeò quòd publicè fœminas etiam tenebat. Propter quod quidam cardinalium & Romanorum scripserunt Ottoni principi Saxonũ occultè, vt scandalo Ecclesiæ cõpatiens, sine mora Romã properaret. Hoc papa percipiens, Ioanni diacono cardinali, tanquã huius facti cõsiliario, nasum: & alteri Ioanni subdia-

diacono, qui literas ſcripſerat, manũ amputari fecit.

Hic quum frequenter per Imperatorẽ & clerum de ſua correctione fuiſſet monitus, & nõ correctus: præſente Imperatore de papatu deſtitutus: communi voto Leo papa eligitur. Hic Leo cùm electus adhuc erat laicus, fecit ea quæ ſunt Apoſtolici: nec longè poſt Romani papam Ioannem reuocant: à quo illecti, Imperatorem Ottonẽ Romæ morantem ſunt aggreſſi, & ita ab eius exercitu ſunt attriti, vt niſi per Leonem papam reuocarentur, Romani ad internecionem delerentur.

BENEDICTVS. CXXXVIII.

BENEDICTVS quintus, ſedit menſibus duobus, diebus quinque. Et ceſſauit pontificatus diebus viginti. 968 *964

Hic viuente Leone papa, à Romanis in papam eligitur: propter quod Imperator Otto, quum Romam obſideret, traditur Benedictus Imperatori à Romanis.

Et Leone reſtituto, Benedictus in exilio in Saxonia moritur: & in Hamburg ſepelitur.

Ioannes verò oblectatus adulterio, ſine pœnitẽtia ſubitò moritur. Tunc cum Otto Imperator Romam obſideret, oppreſſit in tantum Romanos fame, quod promiſerunt ſe numquàm papam electuros, abſque licentia ſua, & ipſum Leonem recepturos.

LEO. CXXXIX.

LEO *nonus ſedit anno vno, menſibus quatuor. 968
Et ceſſauit pontificatus diebus decem. *964

Hic autem propter malitiam Romanorum, qui *octau* ſuos intrudebant, ſtatuit, vt nullus papa fieret, niſi de conſenſu Imperatorum.

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

tia est coronatus cum regina. Erat enim summa pax inter papam & Imperatorem.

Accidit quòd in eodem tempore Agareni, & Barbari, Calabriæ fines ingressi, omnia igne & ferro vastabant. Contra quos Otto Imperator cum Teuthonicis, Longobardis, Gallis, & Romanis procedens, acriter dimicauit. Sed Romanis & Beneuētanis terga vertentibus, Christianorū excercitus penè omnino est extinctus. Imperator verò solus ad mare perueniens, quosdā rogauit, vt ipsum in nauim reciperent: asserens, se vnum esse ex militibus Imperatoris. Qui suscepto eo in nauim, considerantes dispositionem & decorem ipsius, loquebantur Gracè, credentes ipsum non intelligere, quòd ipse esset Imperator, & quòd vellent ipsum Constantinopolim ducere ad Imperatorem suum.

Quod Imperator intelligens,

PONTIFICES.

Anni à Christo nato.

IOANNES. CXL.

IOANNES decimus tertius, natione Narniensis, sedit annis septé, mensibus vndecim, diebus quindecim. Et cessauit pontificatus diebus tredecim. 970

Hic à Petro præfecto vrbis Romæ comprehēsus est: & in castello sancti Angeli detrusus: deinde in Campaniam, in exilium missus: post decem méses & octodecim dies, reuersus est Romá. Et de persequutoribus eius, ab Ottone Imperatore supplicium est sumptú. Nam nobiles Vrbis, quos culpabiles inuenit, alios trucidauit, alios laqueo suspédit: quàm plures verò in exilium, ad Saxoniæ partes transmisit.

BENEDICTVS. CXLI.

BENEDICTVS sextus, 978
natione Romanus, sedit *972
anno vno, mensibus sex. Et cessauit pontificatus diebus decem.

Hic

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

Hic autem in castello sancti Angeli retrusus, strãgulatus est absynthio.

DONNVS. CXLII.

979 DONNVS secundus, sedit anno vno, mensibus tribus. Et cessauit pontificatus diebus duobus.

BONIFACIVS. CXLIII.

980 974 BONIFACIVS septimus, sedit anno vno, mensibus quinque, diebus quindecim. Et cessauit pontificatus diebus viginti.

Hunc Romani suffocato Benedicto sexto, papam fecerunt: qui postea non valens in Vrbe subsistere, depradata ecclesia sancti Petri omnibus preciosis, fugit in Constantinopolim: tandem Romam cum magna pecunia rediens, quum proficere non posset, Ioãni diacono Cardinali oculos eruit.

Et ipse deinde subitò extinctus est.

Be-

IMPERATORES. Anni à Christo nato.

ligens, & grauiter dolens, circumuenit ipsos asserens se magnam pecuniam habere absconditam in Sicilia, rogans, vt illuc irent: & accepta pecunia, simul cum gaudio properarent.

Ipsis autem propter hoc ad littus accedentibus, vidit Imperator Episcopum in armis, Probum Cæsium nomine: & inuocato suo auxilio, Imperator cũ Episcopo omnes nautas, scilicet quadraginta trucidauerũt. Sic neque vnus euasit, per virtutẽ sancti Petri Apostoli: quem Imperator sollicitè inuocabat.

Et sic ad Imperatricem veniẽs, cum gaudio ab ipsa & à suis baronibus est susceptus: Romam rediens, post paucos dies est defunctus: & apud sanctum Petrũ honorificè tumulatus.

Hoc tempore sanctus Adelbertus, siue Albertus, natione Bohemus floruit.

Hic primò episcopus Pragensis, postea reuelãte Deo Pannoniam veniẽs, primũ

 Re-

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

Regem Vngarorum, videlicet Sāctum Stephanum, cum multis aliis baptizauit Demum per Poloniam transiens, & eosdem in fide confirmās, & in Prussiam veniens, ibidem prædicando fidem, martyrio corona-
974 *tur, anno Domini noningentesimo septuagesimoquinto.*

Sub hoc tempore sanctus Edoardus rex Anglorum, à nouerca sua (vt dicitur) dolo occiditur, miraculis coruscando.

OTTO. XC.

983 *OTTO tertius, im-*
*985 *perauit annis octodecim.*

Hic Otto tertius, secundi Ottonis filius Romā veniēs, à papa Gregorio quinto, in Imperatorem est coronatus. Deinde è Roma in Apuliam, ad sanctum Angelum, causa peregrinationis & orationis transiuit. Sed reditum per Beneuentum faciens, corpus sancti Paulini episcopi, secum Romam detulit.

Hic

PONTIFICES.

Anni à Christo nato.

BENEDICTVS. CXLIIII.

BENEDICTVS septi- 982
mus, natiōe Romanus, *975
sedit annis decem, mensibus sex. Et cessauit pontificatus diebus quinque.

Hic fauore Imperatoris multos ex Romanis capi fecit.

Huius tempore in Remensi ecclesia fuit quidā archiepiscopus vir honorabilis, nomine Radulphus, ex genealogia Caroli Magni, quæ iam in regno Franciæ cessauerat regnare, propagat⁹. Quē Hugo, tunc rex Franciæ, de alia prosapia genitus, in corde odio habens: conuocatis episcopis, allegans ipsūm illegitimū, deponi procurauit: Gilbertum monachum, philosophū, imò potius necromanticū, substituēdo.

Quod summus pontifex intelligens, legatum misit: & Remis concilio conuocato, Gilbertus ille depo-

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

deponitur, & sic Radulphus restituitur.

Gilbertus verò depositus, ad Ottonem Imperatorem se cõtulit: quem & ipsa scientia erudierat. Qui nacta oportunitate, primò eum Rauennatum archiepiscopum, postea Romanum pontificem, diabolo instigante, fieri procurauit: qui infrà dictus est Syluester secundus.

Vnde versus:

Scandit R. Gilbertus, ad R. pòst papa vigens R.

Et hic versus est Epitaphium eius: & intelligitur per has tres literas, R. Remis, Rauenna, & Roma, quibus fuit in põtificatu.

IOANNES. CXLV.

992 *984 IOANNES decimus quartus, sedit mensibus octo. Et cessauit põtificatus decem diebus.

Hic in castello sancti Angeli, per quatuor menses famẽ afflictus, mortuus

IMPERATORES. Anni à Christo nato.

Hic ordinata Italia trãsitum faciens per Galliam, in Saxoniam reuersus est. 986

Sed Crescentius consul Romanorum, Gregorio papa fugato, fecit papam quendam Græcum, Ioannẽ nomine, Placentinum episcopum, valde pecuniosum. Quod audiens Imperator, ad Vrbem cum magno furore est reuersus. Et Crescentium in castro sancti Angeli tãdiu obsedit, quousque ipsum cum castro captum, truncauit capite. Ipsum verò põtificem oculis orbatum membris cæteris debilitauit. Demum Imperator ordinatis Imperij rebus, ducens secum nobiles aliquos Romanos, in Saxoniam est reuersus. Et visitans locum in Polonia, vbi sanct⁹ Adalbertus quiescebat martyr, & accepto brachio Romã reuersus est, locans illud in Insula, in ecclesia, in qua modò dicitur quiescere Bartholomæus Apostolus.

Tunc Imperator incœpit con-

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

construere grāde palatium in Vrbe, in palatio Iuliani Imperatoris. Sed Romanis reclamantibus, Imperator multis persequutionibus Romanis illatu, post paucos dies vitam finiuit.

Electio Imperatorum cæpit.

Et licet isti tres Ottones per successionem generis regnauerint: tamen postea fuit institutum, vt per officiales imperij Imperator eligeretur, qui sunt septē, videlicet primò tres cācellarij isti.

Maguntinēsis	*Cancellarius*	*Germaniæ.*
Treuerensis		*Galliæ.*
Coloniensis		*Italiæ.*

Marchio Brandeburgēsis, camerarius est.

Palatinus, dapifer.

Dux Saxoniæ, ensem portat.

Rex Bohemus, pincernam agit.

Vnde versus.

Maguntinensis, Treuerensis, Coloniensis,
Quilibet Imperij fit cancellarius horum:
Et Palatinus, dapifer:
Dux, portitor ensis:
Mar-

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

tuus est: & postea sepultus in Vaticano.

IOANNES. CXLVI.

IOANNES decimus quintus, natione Romanus, sedit mensibus quatuor. Et cessauit pontificatus die saltem vno. 993 *995

IOANNES. CXLVII.

IOANNES decimus sextus, natione Romanus, sedit annis decē, mensibus decem, diebus septem. Et cessauit pontificatus diebus sex. 994 *995

Hic fuit in armis eruditissimus, & multos libros composuit.

Hunc Crescentius patriti' Vrbis ita cœpit persequi, quòd ipsum oportuit Vrbem relinquere, & Tusciam intrare.

At quū Crescentius cognouit, quòd papa misisset pro Ottone tertio in suo auxilio: statim misit nuncios ad ipsum papā, vt ad Vrbem rediret.

Tunc autem veniente papa, ipse Crescētius cum Senatu, ad pedes papæ se pro-

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

prostrauit, & veniam postulauit. Sicq; facta pace, Romæ papa defũctus est.

GREGORIVS. CXLVIII.

1003 GREGORIVS quintus, natione Saxo, ex patre Ottone, sedit annis duobus, mẽsibus sex. Et cessauit põtificatus diebus quindecim.

Hic Bruno antea dictus, quum esset consanguineus Ottonis tertij, ad instãtiam Imperatoris est in papam electus. Sed post paruũ tempus, Crescentius cõsul vrbis, Placentinum episcopum de legatione Cõstantinopolitana cum magna pecunia redeuntem, in papatũ intrusit. Sed hoc factum, per Imperatorẽ grauem vltionem recepit.

IOANNES. CXLIX.

1006 *996 IOANNES decimus septimus, natione Græcus, sedit mensibus * decem. Et cessauit episcopatus diebus viginti.

*6. dies. 5.

Hic nihil constituit.

Ipso

IMPERATORES.

Anni à Christo nato.

*Marchio, præpositus cameræ: pincerna, Boëmus: Hi statuunt dominũ*cunctis per secula summũ.*

* communi sedere.

His tẽporibus floruit Fulbertus, Carnotensis episcopus: qui inter alia laudabilia, Stirpem Iesse, Solem iustitiæ, & Chorus nouæ Hierusalem composuit.

Anno huius sexto fertur annona pluisse de cælo in Albania, alij etiam pisciculos paruos de cælo pluisse ferunt. Anno quoque huius vij. Lotarius Rex Francorũ obiit, cui successit Lodouicus filius eius anno j. Quo mortuo, Francis transferre regnum volentibus, ad Carolum Ducem Franciæ patruum dicti Ludouici, dum ille rem ad concilium differret, regnũ vsurpat Hugo comes Parisien. Saxo genere: qui dictus est Capet, vel Capeta. sicque defecerunt Reges de stirpe Caroli Magni.

Anno Domini CCCCXX. Pharamundus Rex Franciæ adhuc paganus, in Regem

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

gem à Francis est electus, postquam fluxerunt LXV. vsque ad Clodoueum quintum Regem Franciæ primùm catholicum, qui circiter anno Domini quingẽtisimo, à B. Remigio Remensi Episcopo est baptizatus. Huius verò progenies super Francos vsque ad annos D.CCLXI. regnauit. Ex quo Pipinus pater Caroli magni in regem à Francis eligitur, & à Stephano papa ipse cum filiis suis in hereditatem regalis successionis benedicitur. Regnauit itaque huius Pipini progenies vsq; ad annos Domini DCCCCLXXXVII. Nam ex hinc Hugo iste Capet regnũ Frãciæ vsurpauit. Cuius etiam progenies adhuc regnat vsque ad Philippum pulchrum.

HENRICVS. XCI.

1001 1004 HENRICVS primus imperauit annis duodecim, mensibus quinque. Et permãsit vacuum regnũ annis duobus. Hoc

PONTIFICES. Anni à Christo nato.

Ipse fuit Placentinus episcopus; viuente papa Gregorio, per consulem Vrbis papatum tenuit, sed postea per Imperatorem excæcatus est.

SYLVESTER. CL.

SYLVESTER secundus, natione Gallicus, prius vocatus Gilbertus, sedit annis quatuor, mense vno, diebus octo. Et cessauit pontificatus diebus vigintitribus. 1007 *998

Hic primùm iuuenis, Floriacensis cœnobij, in Aurelianẽsi diœcesi, monachus fuit. Sed dimisso monasterio diabolo homagium fecit, vt sibi omnia ad votum succederẽt: id quod dæmon promisit adimplere. Iste obsequiis diaboli insistẽs, frequenter super desideriis suis cum eo loquebatur. Veniens autem in Hispalim Hispaniæ, causa discendi, tam benè profecit, quòd sua doctrina etiam maximis placuit. Habuit enim discipulos Ot-

Quæ hic de Syluestro dicuntur, ab Onuphrio refellũtur, quẽ lectorum deat.

PONTIFICES.

Anni à Christo nato. Ottonem Imperatorem, & Robertum Regẽ Fran-
1007 ciæ, qui inter alia, sequentiam, Sancti spiritus adsit nobis gratia, composuit: & Leotherium: qui fuit archiepiscopus Senonensis.

Sed quia idem Gilbertus, quàm plurimos honores ambiebat, diabolus quæ petebat, ad votũ impleuit. Fuit enim primò Remẽsis archiepiscopus, postea Rauennâs, tandem Papa. Et tunc quæsiuit à dæmone, quàm diu viueret in papatu? responsum habuit, Quàm diu nõ celebraret in Hierusalem. Gauisus fuit tunc valde: sperans, se longè à fine esse: sicut longè fuit à voluntate peregrinationis in Hierusalem vltrà mare. Sed quum celebraret in Quadragesima, ad ecclesiam sanctæ Crucis, quæ dicitur in Hierusalem: ex strepitu dæmonum sensit sibi mortem adesse: quare suspirans ingemuit: licet antea

IMPERATORES. Anni à Christo nato.

Hoc tempore Luna est in sanguinem conuersa.

Notandum est, quòd plures fuerũt Henrici Reges, quàm Henrici Imperatores. Vnde quum legitur Henricus primus, ratione Imperij dicitur Primus, sed ratione nominis dicitur Secũdus. Fuit enim quidã Henricus rex ante ipsum. Idem intellige de Conradis. Nota.

Huius Henrici Imperatoris vxor, fuit sancta Kunegũda. Et ambo virgines permanserunt. Et in Babembergẽsi ecclesia, quam ædificauerãt, requiescunt, miraculis coruscando.

Hic Henricus, primus dux Bauarorum, ab omnibus Principibus in Imperatorem electus, multa bella prosperè gessit in Germania, & Bohemia, & Italia.

Postremò volens soli Deo vacare, quum esset Christianissimus, episcopatum Babembergensem fundauit.

Regi

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

Regi etiam Vngarorum Stephano sororem suam dans in vxorẽ, tam ipsum, quàm totum regnũ suum ad fidem vocauit.

Hic etiam Babembergensem ciuitatem, quæ fuit sancti Petri, pro Narniensi apud papam commutauit.

Anno huius 1111. *fames & mortalitas tã grauis ferè per totũ mundum inualuit, vt sepelientium tædio viui, spiritum adhuc trahentes, obruerẽtur cum mortuis. Anno huius* IX. *in Lotharingia fonticulus aquæ in sanguinem est conuersus. Anno huius* X. *in Saxonia in Vigilia natalis Domini* XV. *viri & mulieres in ecclesia choream ducentes, & diuinũ officium impedientes, oratione presbyteri loci per annũ sic cãtantes permanserunt. Iste Henricus Imperator venatum pergẽs, comitibus suis hac illacque dispersis, venit ad locum, vbi quidã agrestis presbyter deformis valde, & quasi portentum naturæ*

PONTIFICES. Anni à Christo nato.

antea sceleratissim⁹ esset, de misericordia Dei non desperans, reuelando coram omnibus peccatum suum. Sic membra sua omnia, quibus diabolo obsequiũ præstiterat, iussit præcidi: & deinde truncum mortuum super bigam poni: & vbicunque illam animalia perducerent, & sisterent, ibi sepeliretur. Quod & factũ est. Sepultusq; est in Lateranẽ. ecclesia. Et in signum misericordiæ cõsequutæ, sepulchrum tam ex tumultu ossium, quàm ex sudore, præsagium est, morituri papæ: sicut in eodẽ sepulchro est literis exaratum.

IOANNES. CLI.

IOANNES decimusoctauus, natione Romanus, sedit mensibus quinque, diebus quindecim. Et cessauit diebus nouẽdecim. 1011 1003

IOANNES. CLII. 1012

IOANNES decimusnonus, natione Romanus, & 1003

Anni à Christo nato. PONTIFICES.

& de regione quæ vocatur Porta Metropolis, sedit annis quinque. Et cessauit pontificatus diebus triginta. Sepultusque est apud sanctum Petrum.

Huius tempore floruit in Francia rex Robertus, vita & scientia præclarus: qui fuit tantę deuotionis, quòd in festis semper in aliquo monasterio voluit esse propter officium. Et non solùm cũ monachis cantabat, verùm etiã cappa serica indutus chorum regebat. Vnde quũ quoddam castrum obsedisset, dimisso exercitu propter festum sancti Amani Aurelianum venit: & quum chorum regendo alta voce incœpisset cantare ter Agnus Dei, flectendo genua: muri castri, quod obsederat, funditùs corruerunt. Hic fecit Sequentiã, Sancti spiritus adsit nobis gratia. Et responsorium illud, O Iudæa & Ierusalem, & cum vxor sua Constantia nomine, rogaret eũ riso-

IMPERATORES. Anni à Christo nato.

tura habitabat. Et mox Imperator se militem mẽtitus, missam rogat cantari, & ille cõfestim se parat. Imperator verò interim cogitabat, quare Deus, à quo cũcta formosa procedũt tam deformem hominẽ sua fineret cõficere sacramẽta. Ventũ est ad illũ versiculum tractus: Scitote quoniam Dominus ipse est Deus. In quibus verbis cum discordaret clericus presbyteri, Sacerdos concitatiori voce respondit: quasi Imperatori adhuc cogitanti: Ipse fecit nos, & non ipsi nos. Et hunc propheticũ virum existimãs, inuitũ fecit eum Archiepiscopũ Coloniẽsem.

CONRADVS. XCII. 1014

CONRADVS *primus, imperauit annis vigintiduobus.* *1025

Et permansit regnum annis tribus vacuum.

Hic multas leges cõdidit.

Hic pacem in terris cõseruare cupiens, statuit, vt quicunque Principũ pacem infringeret, capite plectere-

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

cleretur. Sed huius statuti transgressor Comes Lupoldus accusatur: qui cupiens vitam saluare cum paucis, idem cum vxore & pueris occultè fugiens in vastā solitudinem, multis tēporibus ipsam, tāquam eremita inhabitauit: nullo penitùs sciēte quò deuenisset. Sed contigit Imperatorem ad illas partes accedere. Et quum venationis causa feras insequens, per solitudinem discurreret: sic se ab omnibus elongauit, vt solus remanēs, vbi esset, penitus ignoraret: & nocte appropinquāte Imperator multum anxius, casu ad prædicti Comitis eremitorium peruenit. Qui benignè receptus, quum post laborem in stratu dormiret: & eadem nocte, prædicti Comitis vxor peperisset, audiuit Imperator vocem in somnis, ipsum puerū generum suum futurum, ac Imperij successorem. Hanc vocem Imperator primò cōtemnens, cùm iterata fuisset, anxius in se viso puero, manè

PONTIFICES. Anni à Christo nato.

risoriè, vt cantilenā de ea faceret, fecit tunc responsorium, Constantia martyrum, &c.

SERGIVS. CLIII.

SERGIVS quartus, sedit annis duobus, mensibus septem. Et cessauit pontificatus diebus octo. 1018 *1009

Hic fuit sanctæ vitæ, & castæ conuersationis.

Sepultusque est in Basilica sancti Petri.

BENEDICTVS. CLIIII.

BEnedictus octauus, natione Tusculanus, ex patre Gregorio, sedit annis vndecim, mēsibus duobus, diebus viginti duobus. Et cessauit pontificatus anno vno. 1020 1012

Hic fuit eiectus de papatu: & factus est quidā alius papa: vnde maximū scisma fuit.

Petrus Damascenus dixit, quod quidam episcopus vidit Benedictum papam, nigro equo quasi corporaliter residentem. Et dixit ei: Nónne tu es Bene- *Damianus.*

Anni à Christo nato. PONTIFICES.

Benedictus ille papa, quē iam defunctū nouimus? Ego sum (inquit) ille infelix Benedict'. Sed quomodo est (inquit) tibi, pater? Grauiter (inquit) torqueor. Sed de Dei misericordia non despero: si mihi adiutorium prębeatur. Vade (ait) ad successorem meum Ioannem papam: & dic illi, vt in tali theca summam pecuniæ accipiens distribuat pauperibus. Quia quicquid antea pro me pauperibus datum fuerat, nihil mihi profuit: quia de rapinis fuit. Quod episcopus fideliter expleuit: & episcopatui cedens, monasterium intrauit.

IOANNES. CLV.

1032 1024 IOANNES vigesimus, natione Romanus, ex patre Gregorio, sedit annis* nouē. Et cessauit pontificatus diebus duobus.

* duodecim.

Hic cum Romanis bellum habuit.

Hoc tempore Haimericus sancti Stephani primi

IMPERATORES. Anni à Christo nato.

manè quum ad suos peruenisset, vocatis duobus secretariis occultè mandauit, vt prædictum puerum rapientes in sylua occiderent, & sibi cor pueri apportarent. Ipsi, iuxta mandatum præfatum; puerum rapiunt: & misericordia moti, non occidunt: Sed in nemore relinquentes, cor capti leporis, in arrgumentum occisionis, Imperatori deferunt. Accidit autem, vt in eadem hora, dux Henricus quum venationis causa in eadem sylua solus errans puerum vagientem audiret, ipsumq́ pulchrum conspiciens, vxori suæ sterili occultè deportans, mandauit eidem, vt quod ipsum genuerit, affirmaret. Quòd & factum est. Vocauit puerum nomine suo Henricum. Quumque iam adultum Imperator vidisset, pensans vultum quē olim viderat, & ætatē, licet multùm renitēte patre (scilicet duce Hērico) Imperator inuenē vt sibi adstaret, retinuit: meditās apud se

tium fœdasset. Tunc papa, licet infirmus, resumpto spiritu, longum sermonē cardinalibus fecit: asserés, ipsos stultè loquutos esse: & se, benè fecisse. Inducēs illud quod Ezechiel imperauit sacerdotibus, qui se non opponebāt murum pro domo Israel, & multa alia. Et deinde subdidit: Quum mortuus fuero, corpus meum ante fores ecclesiæ sistite, ianuas quoque ecclesiæ seris & vectibus benè obfirmate. Et si volūtate diuina portæ apertæ fuerint, corpus meum inferte: alioquin, de ipso facite quod vultis. Quumque mortuo sic factum esset, turbo diuinitus veniēs, portas ecclesiæ firmatas non solū aperuit, sed etiam cum magno fragore vsque ad parietem deportauit. Cap. 13

BENEDICTVS. CLVI.

1042 BENEDICTVS nonus, natione Tusculanus, ex Papæ simul 8.
1032 patre Alberico, sedit annis quatuordecim.
1 Iste est eiectus de papatu: & factus est alius Papa,
2 Sabiniēsis episcopus, qui infrà vocatus est Syluester.
3 Et iste quoque eius eiectus est: & Benedictus ille recuperauit papatum.
4 Iste etiam iterum est eiectus: & datus est papatus Ioanni * Archidiacono sancti Ioannis ante portam Latinam, qui Gregorius sextus infrà dictus est. * Archipresbytero.
5 Et hic habito papatu, quum esset rudis literarum,
6 alterum papam ad vices ecclesiastici officij exequendas, secum consecrari fecit. Quod quum multis non
7 placeret, tertius superinducitur: qui solus, vices duorum impleret.
Vno igitur contra duos, & duobus de papatu altercantibus contra vnū: & mortuo Gregorio, Henricus Imperator contra duos Romam accedit. Et eis
8 canonica & imperiali censura depositis, Sindegerum

Anno à Christo nato.	IMPERATORES.	PONTIFICES.	Anno à Christo nato.
	Qui Henricus, postquã Conrado successit, in loco natiuitatis suæ magnũ monasterium construxit. Anno huius xv. visa est in cælo mense Aprilis inter Australẽ & Orientalem plagã ignea trabis miræ magnitudinis.	Babembergẽsem episcopum (qui infrà Clemens secũdus, dictus est) in papatu, per vim substituit. A quo Henricus Imperator coronatur: Romanis sibi promittentibus & iurãtibus, se sine ipsius consensu, numquam Romanum pontificẽ electuros.	
1039 1058	HENRICVS. XCIII. HEnricus secundus, imperauit annis 19. *Hic Hẽricus dicitur filius Conradi: vel secundũ alios, gener eius.*	Iste Benedictus, qui fuit nepos superioris Benedicti, apparuit iuxta molendinum cuidam, in specie cuiusdam monstruosi animalis: cuius caput & cauda, asini erat: reliquũ corpus sicut vrsus. Quumque inspector territus fugeret, clamans monstrum post ipsum, dixit, Noli à me expauescere: scito, me fuisse hominem, sicut tu es. Sed sic me repręsento, sicut olim infelix papa existens, bestialiter vixi. Post mortem prę ferre speciem bestiæ merui. Ad quem ait: Quis nam fuisti? ego, ait ille, solo nomine Benedictus fui, qui nuper Apostoli-	
	Iste veniens in Italiã, Pandulphũ, principẽ Capuanũ cepit: & eũ captiuũ secum asportauit. Et alium quendã Pãdulphum comitẽ Theathinũ principem ordinauit.		
	Huius tempore Normãni intrauerunt Romã, & bellum Cadulus cõtra Romanos in pratis sancti Petri habuit.		
1041	*Tunc temporis dux Gotfridus venit in Italiam: & sequuti sunt eum Normãni à Roma vsque ad Aquinum.*		
	Huius tempore, Romæ cuiusdam gigantis corpus in sepulchro inuentum est incorruptum: cuius vulneris		

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

stolicam sedem obtinui. Ad quem ille: Quid habes retributionis nunc? Ad quē vrsus: Ad diē iudicij per dumosa & squallentia & sulphurea loca & fœtida, & bullientia, rapior & trahor. post extremum verò iudicium corpus meum & animam simul cruciatus, & irreuocabilis olla gehennalis deglutiet; vt mihi nulla spes in posterum reuocationis restet. Post hæc verba dispatuit. Fuerat autem ab ipso Pontificatus primordio vsque ad finē vitę in luxuria conuersat⁹, et ideo in auribus & cauda asinus erat. Duxerat autē per totum corpus suum vitam carnalem, & ideo cætera membra vrsus. O quàm melius illi fuerat, si Episcopatum deseruisset.

Eo tēpore claruit in Italia Guido Aretinus, qui sex vocibus per manuum iuncturas musicā docuit.

Hoc tempore sanctus Gerardus episcopus in Vnga-

IMPERATORES.

Anni à Christo nato.

biatus vbi vulneratus fuerat, quatuor pedes & semis habebat: corpus verò altitudinem muri vrbis superabat. Lucernáque ardens ad caput ipsius inuenta est, quæ nec flatu extingui poterat, nec liquore: sed tum stilo, foramine subter flammā facto, extincta est: per illud foramē aëre introducto: hūc dicitur Turnus occidisse. Et hoc ipsius epitaphium fuit: FILIVS EVANDRI, PALLAS, QVEM LANCEA TVRNI MILITIS OCCIDIT, MORE SVO IACET HIC.

Hoc in tempore, in Apulia erat statua marmorea, circa caput suum, areum habens circulum, in quo erat scriptum: CALENDIS MAII ORIENTE SOLE HABEO CAPVT AVREVM. *Quod quidam Saracenus à Roberto Guiscardo captus, quid portēderet intelligens, in Calendis Maij oriēte Sole, notato termino vmbræ illius, reperit infinitum thesaurum, quem*

 dedit

Anni à Christo nato. IMPERATORES.

dedit pro sua redemptione.

Hoc tempore ecclesia Gallicana per Beregarium Turonensem perturbatur, qui asserebat eucharistiã quam sumimus, non esse verũ corpus CHRISTI, *sed figuram corporis & sanguinis* CHRISTI. *Cõtra quem Nicolaus papa cum centum & tredecim episcopis, celebrat concilium. Qui tamen Berengarius aliàs sanctus homo dicitur fuisse: & post retractationem, finem mortis pradicendo, migrasse feliciter. Cuius erroris retractatio ponitur in Decreto, de consecratione, distinctione secunda, Ego Berengarius.*

Hoc tempore erant dua vetula in vno tugurio extra Romam commorantes, hospitem, quando solus eis superueniebat, in equum aut asinum mutabant, & licet formam bestialem haberẽt, eis tamen mens rationalis manebat.

HENRICVS. XCIIII.

1058 HENRICVS *tertius, imperauit annis qua-*

PONTIFICES. Anni à Christo nato.

Vngaria, super bigam ligatus, ex altissimo monte cursu præcipiti martyrio coronatur.

SYLVESTER. CLVII.

SYLVESTER tertius, sedit diebus quinquagintasex. 1056 *1045

GREGORIVS. CLVIII.

GRegorius sextus, de sancto Ioanne ante portã Latinam, sedit annis duobus, mensibus *septẽ. 1056 *1045 *duob*

Hic cum Rege Henrico habuit bellum.

Hũc Guilielmus in suis Chronicis dicit sanctũ virum fuisse. Et quũ ad papatum peruenisset, parum vel nihil ad papatũ pertinẽdo inuenit: propter incuriã & negligentiam antecessorum suorum. Nam penè omnia à prædonibus illis tollebantur.

CLEMENS. CLIX.

CLEMENS secũdus, natione Teuthonicus, sedit mensibus nouemdecim, diebus septẽ. Et cessauit pontificus diebus viginti. 1058 *1046

Hic

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

Hic fuit inuasor ecclesiæ, & per vim habuit papatum.

DAMASVS. CLX.

1060 *1048 DAMASVS secūdus, sedit diebus vigintitribus, Et cessauit pontificatus diebus * nouem. *duob*.

Hic etiam fuit inuasor sedis Apostolicæ, & subitò defunctus est.

LEO. CLXI.

1060 *1049 LEO nonus, genere Alemanus, de Lotheris regno, sedit annis quinque, mensibus duobus, diebus sex.

Romani, ex quadam praua consuetudine postquàm petiissent ab Imperatore Henrico pontificē sibi dari, Imperator, quū nullum Teuthonicorum ad hoc vt reciperet, posset inducere: episcopū Tullensem, Brunonē nomine, virum simplicem ad hoc inclinauit. Qui ad Vrbem veniens, & ex hoc conscientiam habens, omnino resignauit. Et denuò ab omnibus electus, post lauda-

IMPERATORES.

quadragintanouem.

Hic primò venit Romam mense Maij, die vigesimaquinta.

Tunc temporis fames & mortalitas fuit ferè in vniuersa terra.

Et ipse obsedit ciuitatem Tiburtinam, die tertia mensis Iunij.

Huius tempore stella clarissima in circuitu primæ Lunæ ingressa est decimotertio Libræ, in noctis initio.

Huius tempore Hildebrandus Cardinalis, qui postea Gregorius septimus, papa factus est. Et quum legatus esset in Gallia: & in Concilio contra multos simoniacos processisset: & contra vnum episcopum valde infamatum procedere voluisset, & ille testes qui ipsum accusauerant, precio corrupisset, dixit legatus Concilio: Cesset humanum iudicium, & producatur in medium Diuinitatis oraculum. quum certū sit, quòd episcopalis gratia, Sancti spiritus donum sit: & quisquis episcopatum mercatur,

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

catur, contra Spiritū sanctū facit. Si tu contra Spiritum sanctū non fecisti, dic, Gloria Patri & Filio, & Spiritui sancto. Tunc ille intrepidus incipiens, quum Gloria Patri & Filio dixisset, nullatenus Spiritui sancto dicere potuit, frequentius repetendo. Et sic eiectus ab episcopatu, tunc plenè dixit.

Tunc iste Hildebrandus, totus cōtra Henricū Imperatorē inuehebatur, quia dissidium procurabat in ecclesia.

Imperator verò tunc Vormaciæ cōcilium vigintiquatuor episcoporum & multorum nobilium congregato, iubet omnia decreta Gregorij papæ cassari. Propter quod papa iste Gregorius Imperatorem excommunicauit: & à fidelitate & iuramento, omnes Imperatori adhærentes absoluit. Imperator verò Maguntiæ Gregorium papam à papatu, quantum in eo fuit, absoluit & deposuit: Guibertum Rauennatē episcopum pro eo constituens.

1068 *Huius tēpore quidam po-*

tens

PONTIFICES.

Anni à Christo nato.

laudabilem vitam, in ecclesia sancti Petri tumulatur, manifestis clarēs miraculis. Hic cum ad capessendam sedem Apostolicam Romam tenderet, audiuit voces Angelorum canentium: dicit Dominus: Ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis. Is etiā cū in Papatu pauperem leprosum ante fores offendisset, eū secū diligēter in loco suo collocauit: quē tamē reserato ostio cū non inuenisset, in paupere Christū se suscepisse obstupuit.

VICTOR. CLXII.

VICTOR secundus, 1065
genere Alemannus, *1055
sedit annis duobus, mensibus tribus. Et cessauit pōtificatus diebus tribus.

Hic timore Imperiali factus est papa.

Hic temporibus Henrici Imperatoris, apud Florētiam synodum celebrauit: Et multos episcopos, propter symoniam & fornicationem deposuit.

Hic

Hic in Gallias veniens, ab isto Henrico Imperatore gloriosè suscipitur.

STEPHANVS. CLXIII.

STEPHANVS nonus, natione Lothoringus, se- 1067
dit mensibus nouem, diebus vigintiocto. In Tu- *1057
scia Florentiæ est sepultus.

BENEDICTVS. CLXIIII.

BENEDICTVS decimus, prius nomine Ori- 1068
cius, sedit etiam mensibus nouē, diebus viginti. *1058
Hic primò fuit Vercellensis episcopus. Postea per violentiā factus est Papa: qui deinde cessit Nicolao.

NICOLAVS. CLXV.

NICOLAVS secūdus, natione Burgundus, sedit 1069
annis duobus, mēsibus sex, diebus vigintisex. *1059
Et cessauit pontificatus diebus decem.

Hic primò Florentiæ episcopus, apud Senam à cardinalibus vnanimiter est electus. Et celebrato Romæ consilio, defunctus est.

ALEXANDER. CLXVI.

ALEXANDER secundus, natione Mediola- 1072
nensis, sedit annis vndecim, mensibus sex, die- *1061
bus vigintiquinque.

Hic quum esset Lucanus episcopus, concorditer à cardinalibus electus est in papam.

Contra hunc fuit Cadulus, qui fuit Parmensis episcopus, & tamen ferè ab omnibus Longobardis episcopis in Papatum electus: asserens, papam non debere eligi, nisi de paradiso Italiæ. Qui Cadulus, cū magno exercitu bis veniēs Romam, violenter voluit papatum obtinere, sed non potuit.

Deinde Alexander papa, ad rogatum Henrici Imperatoris descendit in Lombardiam: & in Mantua

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

tens dum sederet in conuiuio, repentè à muribus circumuallatus esset, nil ei profuit. Et quum esset innumerabilis multitudo murium, de nullo captabant, nisi de illo. Sed quum à suis in pelagus maris deductus esset, nil ei profuit: quia mures nauim sequentes, ipsam vsq; ad aquæ introitum corrodebant. In terra ergo positus, à muribus totus dilaceratus est, & comestus.

Hoc idem dicitur cuidam Principi Poloniæ contigisse. Et hoc minus mirum iudicatur: quia pro certo asseritur, quòd in quibusdam terris, si leopardus aliquem momorderit, confestim muriũ copiam aduenire, vt vulneratum commingãt: immundumq; vrinæ illuuium, communicare hominis exitium.

Inuenitur etiam de quodam Principe, quòd nulla arte poterat euadere, quin ipsum pediculi consumerent.

Igitur Herico Imperatore existẽte, mirabilis multitudo Gallicorum, in terra sancta sub-

PONTIFICES.

Anni à Christo nato.

solenniter celebrato concilio, pacificatis omnibus ad Vrbem reuersus est: & ibidem defunctus: & in Lateranẽsi ecclesia tumulatus.

Eodem tempore Normanni, qui in præiudiciũ domini papæ regnum Apuliæ occupauerant, fines Campaniæ deuastabant. Quos dux Spoletan⁹ Gofridus,* in comitissa de* & uota filia sancti Petri Mathildis expulerunt.

Hęc Mathildis fuit Comitissa adeò potẽtissima, quòd etiam cum imperatore bello durissimo congressum habuit. Quæ quum amplissimis possessionibus abundaret, totũ patrimonium suum super altare sancti Petri obtulit. Et hoc quod obtulit, dicitur adhuc vsque in hodiernum diem patrimonium sancti Petri.

GREGORIVS.

CLXVII.

GREGORIVS septimus, natione Teutho- 1083 *1073

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

thonicus, patria Suanensis, sedit annis duodecim, mense vno, diebus quatuor.

Hic propter laudabilem vitam est in papã electus ex Cardinalibus.

Hunc cœpit Centius præfecti filius, in nocte Natalis Domini, quum primã missam celebraret in ecclesia sanctæ Mariæ maioris ad præsepe: & in terra sua posuit. Sed Romani eadẽ nocte turrim destruxerũt, papã liberãdo: & prædictũ Centium extra vrbem eiecerunt.

Hic pontifex Henricũ tertiũ Imperatorẽ, cõcilio centum & decẽ episcoporum habito excommunicauit: quia Romanę ecclesiæ vnitatem scindere voluit. Sed postea ad papam in Lombardiam veniens, nudis pedibus super niuẽ & glaciem pluribus diebus stãs, vix absolutionẽ impetrauit. Postea de consensu eiusdem regis, iterum excommunicati plurimi

IMPERATORES.

Anni à Christo nato.

subsidiũ cruce signati, inexplicabili labore per terrã, & tandem per Constantinopolitanam vrbem trãseuntes, Antiochiã peruenerũt. Fuerunt autem huius exercitus capitanei, Gotfridus dux Lotharingiæ, Comes Blecensis, Comes Flãdriæ, Comes sancti Aegidij, & multi alij Comites, nobiles & Barones.

Antequàm Antiochia caperetur, sanctus Andraas apparuit cuidam rustico simplici, Prouinciali genere, dicens: Veni, & ostendam tibi lanceã, qua perforatus fuit IESVS CHRISTVS. *Qui rusticus, capta ciuitate, præsente vno Comite & capellano suo, in ecclesia sancti Petri, fodiens terram, in loco de quo reuelationem habuerat, lanceam inuenit, anno Domini millesimo octuagesimonono. Dubitantibus autẽ plerisque, vtrum esset lãcea qua* CHRISTI *latus perfossum fuit, quidam Bartholomæus nomine, cui* CHRISTVS *apparens, de lãcea certificauerat: cum ipsa*

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

ipsa lancea, per ignem duodecim pedum latum, quem fieri iusserat, illæsus trãsiuit. Et sic exercitus fiduciam in CHRISTO *& in lancea ipsius habẽtes, intrepidi processerũt per Achon, quæ tunc Ptolemaida vocabatur, veneruntq; Cæsareã. Vbi quum essent, Columbam desuper exercitum volantem, accipiter vnus grauiter vulneratã deiecit: circa quem reperta fuerunt literæ, quas deferebat, talẽ habens sententiam:*

REX *Acharon, duci Cæsareæ salutem. Generatio canina venit, gens contentiosa: contra quos, per te & per alios, legẽ tuam defendas. Idem annuncia aliis ciuitatibus.*

His actis, venientes obsederunt Hierusalem. Est autem Hierusalem ciuitas in montibus sita, riuis, fontibus & syluis carẽs: excepto fõte Siloë, vbi quãdoq; aqua sufficiens reperitur. Fuerat autẽ post Titi & Vespasiani destructionẽ, per Aeliũ Adrianum mirificè reparata. Sed non

PONTIFICES.

rimi seditiósi episcopi apud Brixiam conuenientes, Guibertum Rauennatem episcopum in papam elegerunt, Clementem vocantes: quem rex Henricus pronus in terra cum omnibus aliis mox adorauit: & cum ipso Romam veniens sine Cardinalibus, à Bononiẽsi, Mutinensi & Ferinensi, episcopis, in papam benedici fecit: & ab eodẽ Clemente, in die Paschę coronam Imperij assumpsit, Papam Gregorium in castro sancti angeli cum Cardinalibus obsidẽdo. Sed audito quod Guitschardus in adiutorium Papę ex Apulia veniebat, Imperator destructo Capitolio & vrbe Leonina, cũ suo papa fugit Senas. Et Guischardus eodem die Vrbẽ capiens, & eã ferro & igne consumens, papam Gregorium ab obsidione liberando in palatio Lateranensi restituit: qui postea in Apuliam descendens,

Anni à Christo nato.

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

dens, Salerni mortuus est, miraculis coruscando.

VICTOR CLXVIII.

1095 *1086 VICTOR tertius, sedit anno vno, mensibus quatuor, diebus septem. Et cessauit pontificatus diebus nouem.

Hic proprio nomine Desiderius vocat⁹ abbas, Cassinensis fuit, qui veneno in calice immixto, dicitur extinctus.

Hoc tẽpore ordo Carthusiensium incipit.

VRBANVS. CLXIX.

1097 *1088 VRBANVS secũdus, sedit annis tredecim, mensibus quatuor. Et cessauit diebus sedecim.

Huius tẽpore dux Boamundus cum Christianis recuperauit sepulchrum Domini.

Sepultus est in ecclesia Lateranensi.

Circa hæc tempora, ex Myrea ciuitate Lyciæ iam destructa, à ciuibus Baonensibus ossa beati Nicolai

IMPERATORES. Anni à Christo nato.

nõ in eodẽ loco, vbi pri⁹ erat.

Ibi Gotfrid⁹, qui rex factus fuerat, 2. anno sepelitur.

Credũtur autẽ tunc trãsfretasse plus quam ducenta milia Christianorum, in subsidium terræ sanctæ.

Item anno millesimo centesimo *lvij. *ad instantiam* 1157 *xlvij
Eugenij papæ, & beati Bernardi prædicationẽ, rex Frãciæ Lodouicus, ab ipso cruce signatus, & Imperator Conradus cum maxima multitudine Gallorum & Teuthonum: alij per Pãnoniam, alij per mare vsque Constantinopolim peruenientes: aliter 1098
eis euenit, quàm sperarent. Quoniam quidam, à Turcis capti, alij verò fatigatione, plerique fame & inedia cõsumpti sunt. Ita quòd Imperator cum paucis vix rediit. Rex verò Lodouicus causa orationis, vt peregrinus, in Hierusalem aliquantulũ manens, ad propria rediit. Imperatore verò in Italia existente, Principes Alemanniæ in Porthein conuenientes, quẽdam Rodulphum ducem Saxo-

Anni à Christo nato. IMPERATORES.

Saxonia in Regem sibi elegerunt. Et quia papa Gregorius ad petitionem Imperatoris nec cõuictum, nec confessum, excommunicare voluit: Imperator, cruento bello victoria contra Rodolphũ habita, conuocata curia in Brixia, Guibertum Rauennatem episcopum, in papam eligit. Et sic à papa denuò excommunicatus, cum suo antipapa Romam properãs, Gregorium papam & Cardinales, cum multa hostilitate in Vrbem obsedit. At post depopulationem agrorum & vinearũ, quum Imperator sibi populi Romani fauorem attraxisset, intrans Vrbem, prædictum Guibertum in papam cõsecrari faciens, ab ipso in Imperatorẽ coronatur, Papa interim Gregorio cum suis cardinalibus in arce sancti Angeli concluso, Guischardus rex Apuliæ cum magno exercitu veniens, Romam vna die cepit: Imperator cum suo antipapa, vsque ad Senas fugit. Tunc Guischardus papam

PONTIFICES. Anni à Christo nato.

colai transferuntur.

Hoc eodem tempore, in Hispania Toletum, & earum vrbium pars maxima à Saracenis capta, per Christianos tollitur.

Floruit hoc tempore in Anglia Anselmus abbas, postea Cantuariensis episcopus factus, in scientia & vita mirabilis.

Hic etiam papa, prius conciliũ apud Claromontem celebrauit: in quo statutũ est, quòd Horæ beatæ Virginis quotidiè à clericis dicantur: officiumq; eius, diebus sabbatis solẽniter fiat, annunciatur.

Et in hoc Cõcilio Hierusalem captio, & Christianorum oppressio, annunciatur: consiliũ quæritur, & auxilium imploratur.

Idem papa cõcilio Turonis celebrato, penè totum Occidentem prouocat, in terræ Sanctæ subsidium, & maximè in regno Franciæ, qui per terram, deinde per locũ, qui

lam

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

iam dicitur sancti Georgij brachium, transeũtes: inuenta, reuelatione Christi, lancea, Antiochiã, Tripolim, Achon, & penè totam terram Sãctam, cum Hierusalem receperunt.

Hoc autẽ anno in Burgundia, in die sancti Benedicti fundatũ est quoddam cœnobiũ, quod Cistertium vocatum est, in diœcesi Cabillonensi. Anno Domini M. XCIX. Eo tempore erant duo socij clerici nondum patientibus annis, presbyteri, literis affatim instructi, inter se multũ amici. Hi pactũ fecerunt, vt qui prius moreretur, alteri recepta fide corporali, appareret. Nec multo post, vnus obiit, & alteri apparuit, dicens se damnatũ: ex hinc curuatis in volam socij digitis, tres guttas de fluctu cę li est super eum iaculatus: quarum duæ frontem attingẽtes, eũ sicut ignicula iacula penetrarunt, & ait: hoc erit tibi, quam diu vixeris,

IMPERATORES.

Anni à Christo nato.

pam cum cardinalibus educens de castro, in palatio Lateranensi deposuit. Et etiam Romanos in hoc Imperatori consentientes, exiliis & aliis pœnis grauiter afflixit.

Circa hæc tempora, Syracusa in Sicilia, magnũ terræmotum sustinuit: adeò vt Dominica die, circa horam tertiam, dum Missa cantaretur, ecclesia maior cadens, omnem clerum & populum opprimeret: sacerdote, diacono, & subdiacono Missam celebrantibus cum vno presbytero, miraculosè saluis, non sine magna omnium hominum admiratione.

HENRICVS. XCV.

HENRICVS *quartus, Henrici filius, imperauit annis quindecim.* 1110 * 1107

Iste suscepto Imperio capiens patrem suum, in vinculis mori fecit.

Huius temporibus Robertus Guischardus vicit Alexium & Thunianũ Cõstantinopolitanos Imperatores.

Iste Robertus fuit Francigena

Anni à Christo nato. IMPERATORES.

cigena, qui venit Romã cum exercitu magno, volens (si posset) Vrbem occupare. Sed vi repulsus, intrauit in regnũ Siciliæ & Apuliæ: quod & cepit paulatim. Hic etiam habentem filium Rogerum regem Siculorum, & filiam Constantini Imperatricem, matrem Frederici Imperatoris, qui contra Ottonem promotus est.

Iste Rogerus genuit Guilielmum regem Apuliæ, qui fuit in omnibus gloriosus.

Cuius tempore, regnum Apuliæ, diuitiis & delitiis præ cæteris florebat regnis.

His temporibus Paschalis papa ab hoc Imperatore non bene pertractato, & mortuo, succedit ei Ioannes, Romanæ ecclesiæ Cancellarius, appellatus Gelasius. Sed quia Imperator electioni non interfuerat, Hispanum quendam nomine Burdinum ipsi superordinauit. Sed Gelasio in Cluniaco mortuo, & Calixto ibidem in papam consecrato, Imperator cum omnibus sibi assentientibus, per ipsum

PONTIFICES. Anni à Christo nato.

xeris, pœnarum mearum graue documentum, & nisi neglexeris tuæ salutis singulare monumentum. Qui venditis omnibus, vt alter præceperat, Monachum induit.

PASCHALIS. CLXX.

Paschalis secuncundus, natione Tu- 1110 *1099
scus, sedit annis octodecim, mensibus quinque, diebus septem.

Et cessauit pontificatus diebus duobus.

Sepultus est in ecclesia Lateranensi.

Huius tempore Henricus quartus, Teuthonicorum rex, cũ magno exercitu venit in Tusciam, vt Romæ coronaretur in Imperatorem. Et præmissis ad papam nuntiis, per literas refutabat omnẽ inuestituram Episcoporum, Abbatum & aliorum clericorum. Super qua, alij Imperatores prædecessores sui, quæstionem cum Ro-

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

Romanis pontificibus habuerunt. Et iuramento tã Imperatoris, quã suorum principum super hoc Dominus papa accepto: postquàm tam clerus quã populus extra portas versus Montẽ Malũ, de mãdato papę obseruasset: & ipsum vsq; ad summitatẽ graduũ sancti Petri conduxisset, & cum ibi summus Pontifex cũ Cardinalibus & Episcopis exspectasset: Rex adueniens, post pedum oscula, se inuicẽ osculati sunt. Et se per manus tenentes, postquàm ad portam argenteam deuenissent, osculis datis dominus papa designauit Imperatorẽ. Sed postquàm ad rotam porphyricã peruenisset: & papa super inuestitura refutanda iuramentum expetiisset: rex cum suis consilio habito, papam & cardinales cum tota curia captiuauit.

Huius etiam temporibus post ipsius liberationem, quidam ex clero Romano

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

ipsum excommunicatur. Papa verò Calixtus Romã proficiscẽs, capto in Sutrio Burdino, & ab omni senatu & populo gloriosè suscipitur.

Hoc tempore, Hugo de sancto Victore Parisiis claret.

Per idem tempus, ordo Templariorum ex militibus congregatis, in Hierusalem incepit. Et dicti sunt Milites templi, quia in porticu templi, sedem sui ordinis statuerunt.

Henricus verò Imperator, ad cor rediens inuestituram episcoporum & aliorum prælatorum per anulum & baculum, pro qua cum Paschali papa, quã plurimùm contendebat, Calixto papa liberè resignauit: & concessit per omne Imperium in omnibus ecclesiis canonicam fieri electionem. Possessiones & regalia beati Petri, quæ propter suam vel alia causa, ecclesiæ discordiam, alienatæ fuerant, ecclesiæ Romanæ restituit. Possessiones & aliarũ ecclesiarum & aliorum tam clericorum quàm laicorum, quæ

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

quæ occasio belli fuit, quod habuit quum ecclesiæ ablatæ fuerant, restitui fideliter disposuit.

Hoc tempore papa Calixtus, Compostellanum episcopum pro reuerentia corporis beati Iacobi apostoli, quod ibi quiescit, archiepiscopum instituit: subiiciens sibi totam Emeritanam prouinciam: Lucanam quoque ecclesiam, gratia pallei decorauit.

Hic Henricus, quia patrem suum dehonestauerat, creditur iusto Dei iudicio sine hærede decessisse: nam neque filium, neque filiam habens, defunctus est: cui successit Lotharius dux Saxoniæ. Hic enim Henricus nusquam comparuit, vt quidam dicunt: alij dicunt, quod obiit in Traiecto, alij dicunt quod imperio dimisso monachus Cluniaceñ. est effectus. Sed dicit Helmandus, quod non ipse, sed alius ei valdè similis fuit, qui se Henricum Imperatorem asserebat. Hic enim Henricus vti volens auctoritate

PONTIFICES.

Anni à Christo nato.

mano peruersi, contra ipsum pontificem surgẽtes tres hæresiarchas, videlicet Albertum, Agnulphum, & Theodoricum diuersis temporibus erigere in papam præsumpserunt. Qui licet in principio domino papæ multas infestationes fecissent, in fine tamen ab ipso prostrati sunt.

Hoc tempore rex Vngariæ admonitiones plurimas per literas suas domino papæ scribẽs, renunciauit inuestituris episcoporum & aliorum prælatorum, quas vsque ad illa tempora reges Vngarię facere consueuerant.

Eodem tempore Bernardus, habens annos circiter vigintiduos sub abbate Stephano, qui fuit tertius abbas in Cistercio, cum sociis triginta, Cistercium ingreditur.

Sed eodem anno Claraualle fundata, illic pro abbate mittitur. Qui scripsit multa nostrę fidei vtilia

Annis Christo nato.

PONTIFICES.

lia vir sanctitate pollens.

Pascalis verò papa, post liberationem suam, facta pace cũ Imperatore Henrico, & ipso rege coronato, & in campum extra muros statim egresso: põtifex cũ Episcopis & Cardinalibus in Vrbem regredientes, tãta frequentia populi occurrentis, & canentis Te Deum laudamus, excipitur, vt vix ad palatium Lateranẽse, circa vesperam potuerit peruenire.

Demum defunctus est apud ecclesiã sanctæ Mariæ trans Padine. Et inde cum totius cleri & populi frequentia, per Vrbem mediam vectus in ecclesia Saluatoris sepultus est.

Circa huius tempora, scilicet anno Domini millesimo centesimo decimonono, cœpit Præmõstratẽsis ordo in Laudiensi diœcesi, sub patre Norberto, qui fuit Coloniensis: sicut & Bruno, qui ordinẽ Carthusiensiũ incepit.

1119

IMPERATORES.

ritate & consuetudine & priuilegiis Imperatorũ, quæ à Carolo magno, qui primus de gente Francorum imperauit, iamq; per CCC. *& eo amplius annos imperauerat, constituta erant, sub* LXIII. *Romanis pontificibus, & dabant licite Episcopatus, & Abbatias per annulum & virgam, hoc esse suum allegabant. contra hunc seruum malorum, auctoritate censebãt papæ synodali iudicio non posse nec debere dari per virgam vel per annulũ Episcopatum, vel aliquam Ecclesiasticam dignitatẽ, vel inuestituram à Laicali manu: & quicunque ita Episcopatum aut aliam Ecclesiastici iuris inuestituram à Laicali manu accipiebant, excommunicabantur. Propter hãc ergo causam Henricus Romam veniens, cepit Papam & Cardinales. Sed Imperatore die Pascha dominico coronato, reconciliato per beatum Euangelium, tradidit ei*

a Papa

Anni à Christo nato. IMPERATORES.

Papa ante altare Apostolorum Petri & Pauli in oculis omnium principum, priuilegium de inuestitura Episcopatuũ & Abbatum tam per annulum quã per virgam.

LOTHARIVS.

XCVI.

1125 *1128 *Lotharius quartus, imperauit annis vndecim.*

Huius tempore fames valida fuit: & fere totam Italiam inuasit.

Hic Imperator factus, exercitum in Italia parat: & cum archiepiscopis & episcopis papam Innocentium collocat. Et in ecclesia Lateranensi, ab eodem Innocentio Lotharius iste in Imperatorem coronatur.

Hic primo Imperij sui anno contra Bohemos vadens, quorum suorum principum traditione, magnã stragem suorum militum passus est.

Hic etiam post suam coronationẽ zelo Dei & Ecclesiæ accensus, tanquam vere

PONTIFICES. Anni à Christo nato.

pit. Vndeversus: Anno mil leno centeno bis quoque deno, Sub patre Norberto Pręmonstrati viget ordo.

GELASIVS.

CLXXI.

GELASIVS secũdus, 1122
natione Cãpanus, de *1118
ciuitate Gaieta, sedit annis duob^s & diebus quinque. Et cessauit pontificatus diebus viginti quatuor.

Hic papa Henricũ Imperatorem cum cardinalibus Gaietam secessit: & inde quum per mare pergeret, in Franciam veniẽs in Cluniacum, ibi & mortuus est & sepultus.

CALIXTVS.

CLXXII.

CALIXTVS secũdus,
sedit annis quinq;, 1130 *1119
mensibus decem, diebus tredecim. Et cessauit pontificatus diebus quinque.

Hic natione fuit Burgundus, comitis filius, & archiepiscop^9 Viennensis.

Post mortem Gelasij papæ, in Cluniaco, à cardina-

Ann: à Christo nato.

PONTIFICES

dinalibus est concorditer electus: qui quũ per Prouinciam, Lombardiam & TusciamRomam rediret, solenniter ibi & cum gaudio receptus est.

Burdinus verò, qui per Henricũ Imperatorẽ fuit papa factus, audito aduẽtu papæ, in Sutrio se recepit. Quem obsessum papa cum Romanis quum cepissent, posuerunt eum in camelo, versa facie ad tergum: habens caudam cameli pro freno: Papa ad Vrbem præcedebat: & deinceps in arce Fumonis est retrusus.

Papa verò, facta pace cum Imperatore, in ecclesia Lateranensi est sepultus. Illis temporibus in parochia Legieñ, porca enixa est porcellũ habentem faciem hominis. Et In Albania mulier monstrum bis gemini corporis est enixa auersis vultibus & corporibus sibi cohærentes, antea quædam effigies integro corporis mem-

IMPERATORES.

Anni à Christo nato.

verè catholicus & ecclesiæ aduocatus, vires imperij denuò excitauit: & contra Rogerium Comitem, qui se contra papam erexerat, & regnum Siciliæ occupauerat, vnà cum papa Innocentio Apuliã potenter intrauit. Ac fugato Rogerio in Siciliam, constituerunt Ducem Apuliæ Comitem Raynonem.

Huic victoriæ Pisani nauigio, summo põtificiquàm plurimùm astiterunt.

Eo etiam tempore Romani, contra voluntatem Innocentij papæ Senatum reuocare conati sunt.

Per idẽ tempus, in Francia fuit tanta siccitas, vt flumina, lacus, fontes & putei siccarentur.

Ignis quoque, qui per rimas terrarum subintrauerat, nec imbrib⁹, nec frigore, nec alia arte biẽnio extingui poterat. Portentum. *Post quàm hic Imperator Innocentiũ papam cõtra Petrũ Leonis, qui se Anacletum nominauerat, restituit post modicum*

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

dicum tēpus prædictus Petrus Leonis impenitēs moritur, cadauerque eius in latebris sepelitur.

CONRADVS. XCVII.

1136 *1139 CONRADVS *secūdus, imperauit annis quindecim.*

Huius tempore quidam magister, Arnoldus nomine, prædicauit in vrbe Roma, reprehendens diuitias luxus & superfluitates. Post cuius dicta, multi magnates Romanorū sequebantur eum. Qui postea captus, in odium clericorum est suspensus.

Huius tempore Ascalona capta est à Christianis.

Huius tempore, anno Domini millesimo centesi-
1139 *mo trigēsimonono, Ioannes de Temporibus, qui annis trecentis sexagintauno vixerat, à tempore Caroli Magni, cuius armiger fuerat, defunctus est.*

Hic Cōradus rex, in Frācofordia à sancto Bernardo,

PONTIFICES.

Anni à Christo nato.

membrorumque ordine distincta: retro verò facies canis, & corporis & membrorum proprietate integra.

HONORIVS. CLXXIII.

HONORIVS secūdus, natione Bononiensis, sedit annis quinque, mensibus duobus, & diebus octo. 1136 *1124

Hic descendit in Aquileiam, à baronibus vocatus: vt eam, quia iuris est beati Petri, tueretur à Comite Rogerio Siculo. Sed quum papa deprehendisset infidelitatē baronum, saniori consilio habito, Rogerium recepit in gratiam: & facto homagio, & fidelitate firmata, ipsum de Ducatu Apuliæ inuestiuit.

Hic autem papa Honorius, per legatum cardinaliū duos patriarchas, scilicet Aquileiensem & Venetum deposuit.

Hic pontifex, Romæ mortuus est: & postea, in eccle-

Anni à Christo nato. PONTIFICES.

ecclesia Lateranẽsi sepultus.

INNOCENTIVS. CLXXIIII.

1141 *1130 INnocentius secũdus, natione Romanus, ex patre Ioanne, de regione trans Tyberim, sedit annis quatuordecim, mensibus septem, diebus octo. Et cessauit põtificatus diebus duobus. Hic perrexit cõtra Rogerium ducem Apuliæ ; cum exercitu Romanorum. Sed cum suis, cum quibus fugam cepit, captus est ab eo.

Hic condemnauit totam partem Petri Leonis cum ordinatione ipsius.

Iste Petrus, Petri Leonis filius, cardinalis, à paucioribus electus, & Anacletus dictus, hostiliter fecit aggredi domos, frangi pontem, in quibus se Innocentius cum cardinalibus receperat. Sed quia sic nihil profecit, cũ manu armata ecclesiã sancti Petri adiit: & per violentiam habitam, aureum cru-

IMPERATORES. Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

do, cum cũctis pœnè Principibus, crucis charactere est insignitus: & illis temporibus socij peregrinationis super numerum multiplicantur. Nam ex Lothoringia, Flandria & Anglia cum ducentis fermè nauibus proficiscuntur.

Gonradus itaque Imperator cum innumerabili multitudine peregrinantium agressus, Iconiũ peruenit. Cui Lodouicus rex Francorũ cum multa milia per Vngariã descendens, ibidem aduenit. Sed ibi propter dolum Græcorum, qui calcem farinæ miscuerant, multum passi sunt in hominibus detrimentum: tamen ad terram Sanctam peruenientes, multa bella gloriosè gesserunt.

Conradus verò Imperator postquàm rediit de vltra mare, moritur: qui licet quindecim annis regnauerit, benedictionẽ tamen Imperialẽ non habuit.

Floruit huius tẽpore, Ri-

 char-

Anni à Christo nato. IMPERATORES.

chardus de sancto Victore.

Hoc tempore translatus est liber Ioannis Damasceni in Latinum.

Floret & magister Petrus Longobardus, qui Sententias composuit.

Et anno Domini mil
1151 *lesimo centesimo quinquagesimo primo, Gratianus monachus de Elcisa, ciuitate Tusciæ natus, Decretum cōposuit: vt dicit Hugutio, secunda, quæstione sexta, capite Forma. Huius temporibus quidā pseudo imperator in partibus Alemaniæ surrexit, qui Imperatorē Henricum se mētiens multos seducēdo sibi illexit, intantùm vt pro eo graues pugnæ & homicidia multa fierent, aliis eum recipientibus, alius eum seductorem palam profitentibus. Tandem experta eius feralitate in monastbū Cluniaci coniuratur.*

FREDERICVS. XCVIII.

1154 *1153 FRedericus primus, imperauit annis triginta-septem

PONTIFICES. Anni à Christo nato.

crucifixum, pēdentes coronas, cum toto thesauro, auro, & argento, ac lapipibus preciosis spoliauit: Ciborion quoque, quod sanctus Leo papa cōstruxerat, destruxit. Hoc idē ad sanctam Mariam Maiorem, magno thesauro ditatam, & aliis ecclesiis fecit. Cum quo thesauro, postquam penè omnes Romanos corrupisset, Innocentius papa iam nullū pene in Vrbe subsidium habens, cum cardinalibus in duabus triremis transit in Galliam: & sic à Rege Francorū honorificè susceptus, postquàm in Claromonte & Remis celebrasset concilia: & in reditu, pacificatis Genuensibus & Pisanis, attendens ipsorum quę sibi & ecclesiæ magna fecerant auxilia: Genuensem episcopum, qui sub Mediolansi fuit, fecit archiepiscopum: & Pisanum, primatem totius Sardiniæ.

Hic coronato Laterani Lo-

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

Lothario in Imperatorẽ, ambo simul intrauerunt Apuliam. Et fugato Rogerio Siculo, qui domino papæ rebellis erat: Lotharius Christianissimus rediit in Teuthoniam, & papa Romam, vbi sollenniter celebrato concilio, sepultus est in Laterano, in cõcha porphyrica, miro opere sculpta.

COELESTINVS. CLXXV.

1156 *1143 COelestinus secũdus, natione Tuscus, de Castro Felici, sedit mensibus quinque, diebus tredecim.

Sepultus est in Laterano.

LVCIVS. CLXXVI.

1156 *1144 LVcius secũdus, natione Bononiensis, ex patre Alberto, sedit mensibus vndecim, & diebus quatuor.

Hic autem presbyter cardinalis sanctæ Crucis, totam illam ecclesiam & claustrum à fundamentis renouauit.

Se-

IMPERATORES.

Anni à Christo nato.

septem. Et coronatus est in ecclesia sancti Petri.

Hoc tẽpore veniẽs apud Tiburtinum, præcepit, vt Tiburtina ciuitas reædificaretur.

Et rediens, primo anno Spoletum destruxit.

Iste largus, strennuus & facundus atque nobilis, & in omnibus fuit gloriosus.

Eo tempore, rex Alapiæ cepit Edissam ciuitatẽ, quæ in Genesi dicitur Arath: Francosq́ ibi captos, aut morte, aut seruitute damnauit. Archiepiscopum verò ciuitatis, quasi ducem gregis, cũ omni clero, quia CHRISTVM *noluit abnegare, in media vrbe coram se decollari præcepit. Sic igitur Edissa ciuitas, quæ ab Agaro rege ipsius orthodoxo, cui* CHRISTVS *ante suam passio-*
nem (sicut legitur in eccle- 1158
siastica historia) scripsit epistolam: & deinde per Apostolum Thomam fuerat prædicata, & Christo dedicata: tunc primũ à Gẽtibus

pro-

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

prophanatur & possidetur, nouorum sanguine martyrum purpurata.

His temporibus Sol obscuratus est, parũ ante horam nonã, & diu post nonã in eodem statu permansit.

Hoc autem anno fames valida fuit.

Eodem anno captum est Sepulchrum Domini, & eius crux à Saladino.

Hic quũ pro coronatione Romam venisset, & pacificè, cum magno gaudio ab Adriano papa coronatus fuisset: & peractis omnibus ante nonam, ad stationem suam, quæ erat in prato Neronis, exiuisset: Romani armata manu familiam sequentẽ, in porta sancti Angeli crudeliter inuaserunt vsque ad territorium Imperatoris persequendo. Sed inualescente clamore, Teuthonici adunati, Romanos crudeliter repulerunt: adeò quòd prostratis multis & captiuatis, cum magnis precibus papæ, vix capti fuerunt restituti.

Hic

PONTIFICES.

Anni à Christo nato.

Sepultus est in Laterano.

EVGENIVS.

CLXXVII.

EVGENIVS tertius, natione Pisanus, sedit annis quinque, mensibus quatuor, & diebus viginti. Et cessauit pontificatus duobus diebus. 1157 *1145

Hic obiit Tiburi, & per mediam Vrbem ferè cum totius cleri & populi turba, cum maximo luctu, ad ecclesiam beati Petri deductus, circa altare sepultus est.

Hic quum Abbas sancti Anastasij esset, ex insperato apud ecclesiam sancti Cæsarij à cardinalibus est elect⁹. Et propter metum Senatorum, qui contra voluntatem prædecessoris sui fuerant electi, à populo ad Farsense monastorium se trãstulit. Ibique vocatis cardinalibus & prælatis, munus consecrationis accepit.

Hic quum antea simplex fuerit, Deus mirabili

bili

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

bili gratia perfudit & eloquentia.

Huic redeūti ad Vrbē, clerus & populus Romanus cū magna lætitia occurrit, cantās, Benedictus qui venit in nomine Domini.

Hic à rege Lodouico in Franciā vocatus, quum ipsum transmarina cruce signasset, & conciliū Remis celebrasset, rediit ad Vrbem: ibique in basilica sancti Petri, circa maius altare est sepultus.

Hic Ludouicus Rex Franciæ Normanniæ fines inuasit, & castrū Vernonę in deditionem recepit: & genuit Philippum regni successorem, de quo vidit in somnis visionem, quod aureum calicem in manu sua plenum humano sanguine tenebat, de quo propinabat omnibus suis principibus, & omnes ex eo bibebant. Hic Philippus anno suo tertio mandauit expelli omnes Iudæos de regno suo, prius auro,

IMPERATORES.

Anni à Christo nato.

Hic post mortem Adriani papæ, pessimè cum Alexandro papa stetit: in præiudicium istius quatuor schismaticis, successiuè adhærēs regem Francorum, ad quē papa Alexander confugerat: cōgregata magna multitudine, præcipue duorum regnorum, videlicet Bohemiæ & Daciæ, fultus auxilio nitebatur, in Burgundiam veniens, extirpare. Sed rege Anglorum regi Francorum ferente auxilium, nil profecit.

1162 *Mediolanum à Frederico destruitur, mense Martio, anno Domini millesimo centesimo sexagesimosecundo. Siquidem muri eius altissimi funditus suffossi sunt: cætera in cinerem redacta. Obsederat enim hanc ciuitatem, VII. annis: dū Romā obsedit, omnis penè illius exercitus periit, & cum paucis ad propria mœstus rediit.*

Albanum à Romanis concrematum est, sexto Idus Aprilis.

 Hic

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

Hic post multas persequutiones per multa tempora papæ Alexandro factas: timens, ne à dño suo caderet, propter Lōgobardorum cōtra ipsum rebellationē, & propter Alexandri prosperitatem: missis solennibus nunciis vt reconciliaretur papæ, laborauit: & postquā Venetijs recōciliatus fuit, pro emēda, assumpto crucis charactere, per terram, non per mare, cum magna multitudine ad liberationē terræ sanctæ procedens, quum esset in Armenia, in quodam paruo flumine est submersus. Filius autem eius, quem secum tunc duxerat, corpus ipsius detulit vsque Tyrum: ibiq; sepulto, quū Ptolemaidem obsideret, obiit: obieruntq; penè omnes nobiles. qui eodē tempore cum Philippo rege Franciæ & Richardo rege Angliæ, cum maxima multitudine trāsfretauerant. Post mortē Frederici anno I I I I. Saladinus post plurimam stragem

PONTIFICES.

auro, argento & vestibus spoliatis. Tunc enim Parisiis Iudæi tantum erant ditati, quod ferè medietatem vrbis sibi vendicauerant. Seruos & ancillas Christianos habebāt, qui cum eis Iudaizabant. Et singulis annis vnū Christianum in opprobrium Christianæ religionis latenter in fossis subterraneis, quasi pro sacrificio in die Dominicæ Passionis singulabāt. Eodē anno iussu regis Philippi VII^m. Cacarellorum, & eo amplius in Bituricēsi prouincia sunt necati, ab eiusdē terræ incolis. Isti enim Cacarelli terram regis vastādo prædas ducebant, homines captos vilissimè secum trahebant, & cum vxoribus captiuorum per nefas ipsis vidētibus dormiebant, Ecclesias quoq; incendebāt, vasa templorum asportabant, de corporalibus concubinæ eorum pepla componebāt, & religiosos neci dabant.

Eodem

gem nostrorum obijt apud Damascum. Cum autem sciret, sibi mortem imminere, signiferum suum vocauit, dicens: tu qui soles ferre vexilla mea per bella, fer vexillũ meæ mortis. s. panniculum vilem per totum Damascum super lanceam, clamitando, Ecce Rex Orientis, nil fert secum, nisi hoc palliũ vile, & sic mortuus est, Anno Domini, M.C.LXXXIIJ.
Philippus Rex Franciæ propter nimium fœtorem quem sensit Parisiis, ex reuolutione rotarum per Parisios transeuntiũ, iussit ciuitatem lapidibus sterni, ad hoc nitens, vt nomẽ antiquum auferret ciuitati. Lutetia enim à luti fœtore, prius est vocata, sed gentiles quondam huius nomen abhorrentes propter fœtorem, à Paride Alexandro filio Priami regis Parisios vocauerunt.

Eodem tempore fuit abbas Ioachim in Calabria: qui plures libros super Hieremiam & Apocalypsin, & de omnibus Prophetis conscripsit.

Hic prædictis regibus requirentibus ab ipso, de peregrinatione in terram Sanctã, quam faciebant: prædixit, quòd parum proficerent: eo quòd nondum tempus aduenisset.

De hoc Ioachim fertur, quod cùm prius non multum ab homine docto didicerit, donum intelligentiæ diuinitus acceperit, adeo vt facũdè ac discretè, quælibet scripturarum difficultates enodaret. Hic inter cætera vnum suspectum fertur scripsisse ac nobile, quod mundi diffinit terminum, infra duas generationes, quæ iuxta templum faciunt annos LX. *arbitratur implendum. Eo tempore claruit opinio sanctæ Alpaidis de Tuderco. Hæc quidem genere infima, officioq́; bubulca, ita sit facta est impotens, vt non nisi ab altero moueri queat: & cùm nullum posset cibum capere, ita venusta & corpulenta in vultu cernebatur, acsi delitiarum copia frueretur. Frequenter etiam rapiebatur in excelsis, & Angelo duce freta, nunc pœnarum loca, nunc bonorum penetra-*

netrabat gaudia. Ad se verò rediens, deliberabat cautè cui referret visionem: referebat quoque, quod dum aliquãdo rapta esset, vniuersaliter mũdum in modum pilæ, forma circuli circunscriptum aspiceret, solem terra maiorem, terram velut ouum in medio pendulam, & aquis vndique circundatam. Res verò, rerumque rationes & causas tam infinitas esse, tamque abditas, vt tanto minus vnusquisque capiat, quantò curiosius inuestigat. Plerumq; etiam in spiritu videbat & absentia & futura. Anno Dñi M.CLXXVIII. quando magnum illud dissidiũ inter Imperatorem & papam Alexandrum est sopitum, Hildegardu de tempore muliebri prophetauit in hunc modum: Anno in quo post incarnationem Christi, M.C. Apostolorum doctrina & ardens iustitia in Christianis & spiritualibus cõstituatur, Deus tardare, & in hæsitatione verti cæpit. Sed hoc muliebri tempore non tam diu durabit, quam diu huc vsque perstitit.

Tempore Frederici Imperatoris Radulphus Coloniensis archiepiscopus, Trium Magorum corpora de Perside olim Constantinopolim ab Imperatore translata: & inde à sancto Storgio, alias Eustachio, Mediolanum miraculosè transuecta, Mediolano à Friderico, eodem destructa, transportauit Coloniam. Anno Domini, M.C.LXII.

Sub hoc Imperatore, sanctus Thomas Cantuariensis archiepiscopus, in ecclesia sua metropolitana occiditur. Et tãdem miraculis coruscans, per Alexandrũ papã canonizatur.

Tempore etiam prædicti Imperatoris floruit in Francia Petrus dictus Comestor, qui vtriusque Testamẽti historiam (quæ dicitur Scholastica) composuit.

Eodem tempore Henricus rex Anglorum, propter necem sancti Thomæ, misit nuncios solennes ad papã Alexandrum, qui iurantes pro ipso in animam suam, vt ipsum excusarent de prædicto facto. Sed dominus Alexander papa, in Tusculana

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

Eodem tēpore fuit in Alemannia Hildegardis, monialis famosa, quæ in Pinguia supra Rhenum requiescit.

ANASTASIVS.

CLXXVIII.

1162 *1153 ANastasius quartus, natione Romanus, ex patre Benedicto, sedit anno vno, mensibus quatuor, diebus vigintiquatuor. Et cessauit pontificatus diebus viginti.

Hic fecit apud sanctã Mariam rotundam, nouũ palatium.

Hic dedit ecclesiæ Lateranensi calicem pulchri operis, pōdo viginti marcharum: & pluria alia. Et ibidẽ in tumba porphyrica tumulatus est.

ADRIANVS.

CLXXIX.

1163 *1154 ADrianus tertius, natione Anglicus, sedit annis quinque. Et cessauit pontificatus diebus viginti.

Hic primus episcopus Albanensis, in legatione Vor-

IMPERATORES.

Anni à Christo nato.

lana ciuitate receptis nuntiis & auditis, misit duos cardinales ad Galliæ partes, vt innocentiam Regis inuestigarent.

Coram quibus rex iurauit, quod nunquam de consilio suo vel iussu, fuerit interfectus. Sed propter occasionem turbationis, quas erga ipsum habuerant, fuerat occisus: pro illo mox tulit ducētos milites vltra mare per annum ibi moraturos: se ipsum cruce signans, infra triennium transfretaturus. Anno Domini M. C. LXVI. *in Ruchen. page quadam grauis tempestas castigauit populũ Dei: nam lupi feroces ab vberibus matrum paruulos rapiebant, & duris morsibus deuorabant. Anno* M. C. LXIX. *in partibus Orientis, & in terra promissionis, exigentibus peccatis hominum, terræ motus multas vrbes, Ecclesias, oppida & villas subuertit, & innumera populorum milia hiatus terræ deglutiuit, & ædificiorum*

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

ciorũ casus morituros operuit. Eodem anno in Sicilia, vrbem Campaniæ circa horam primam terræ motus subuertit, & Episcopus, Clerus & Abbas de Mileto cum XL. *monachis, & omnis populus circiter* X V^m. *morte perierunt repẽtina: plurima enim castella in Sicilia, hora ipsa cum innumerabili populo sunt cõcussa. Anno Domini* M. CLXXXI. *apud Aurelianeñ. die Dominica festi beati Laurentij presbyter celebrans, parauit hostias propter viaticũ, & perueniens vsque ad orationem Dominicam, vidit quia manibus tenuit rubro colore suffusam, & sanguinem ex ea inter digitos profluentem. Anno Dñi* M.C.LXXXIII. *Auerniæ proceres in pacis fœdere coniurãt, & Brabãtinos qui Aquitaniam multa cade afflixerãt, vincunt, ex eis circiter tria milia illorum amittentes. Anno Domini* M.CLXXVII. *tres lunæ visæ sunt in cælo, & in*

PONTIFICES.

Anni à Christo nato.

Vormaciã missus est pro verbi Dei prædicatione. Ipse verò gentem illam barbaram in lege Diuina diligenter instruxit. Post reditum suum, defuncto Anastasio, in papam electus est.

Hic propter vulnerationem vnius cardinalis, totam Vrbem, vsque ad condignã satisfactionem, posuit sub interdicto.

Hic Guilielmũ regem Siciliæ, tanquam sibi rebellem excõmunicauit: qui postea absolutus, homagium papæ faciens, terram ab ipso suscepit.

Hic etiam primus dicitur fuisse, qui in Vrbe veteri, cum curia moram traxit.

Hic fecit gyronem in Radico phano, & turribus muniuit.

Hic castrum & multas possessiones circa locum sanctæ Christinæ, à Comitibus comparauit.

Sepultus est in Vaticano, in basilica sancti Petri, iuxta

Anni à Christo nato. PONTIFICES.

iuxta sepulchrum Eugenij papæ.

ALEXANDER. CLXXX.

1168 ALEXANDER tertius, natiõe Tuscus,
*1159 patria Senésis, ex patre
*XXI. Ramutio, sedit annis *vndecim, mensibus vnde-
*XXIX cim, diebus *nouédecim.

Hic vicit quatuor schismaticos, Octauianũ, Guidonem Cremonẽsem, Ioannem Strumensem, & Landonem.

Primus fecit se vocari Victorem secundum.

Secundus, Pascalem tertium.

Tertius, Calixtũ quartũ.

Quartus, Innocentium.

Eorũ tres, fuerũt presbyteri cardinales: qui omnes per papã excõmunicati, mala morte perierũt.

Istius tempore maximum schisma fuit. Et eiectus fuit conuentus sancti Anastasij: & abbas sancti Pauli, eundẽ locum sibi vendicauit, per regẽ schismaticũ. Qui loc⁹ per eundem

IMPERATORES. Anni à Christo nato.

in medio signũ crucis. Anno Domini M. C. LXIX. tres soles visi sunt nonis Septẽbris, in parte Occidentali, sed iis paulatim deficientibus, sol diei, qui medius erat, vsque ad occasum mãsit. Circiter annos Domini M. C LXXXIII. multi heretici in Flandria sunt combusti.

HENRICVS. XCIX.

HENRICVS *quintus, imperauit annis nouemdecim.* 1190

Coronatus fuit Romæ, mense Aprili, feria secũda.

Post pascha quintodecimo die, eodem mense, intrauit Apuliam cum maximo exercitu suo.

Et eodem mense traditum est regnũ Tusculanũ Romanis, ab Imperatore. Et destructum est ab eis.

Eodem anno sol obscurat⁹ est nono calẽdis Iulij, à tertia hora vsq; ad nonã.

Hic sub Cœlestino et Innocẽtio imperauit annis septeni & mẽsibus quatuor.

Hic etiã primo anno coronatus

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

ronationis suæ, intrauit Siciliæ regnum. Et cepit terram vsque Neapolim: quã obsedit per tres menses.

Ibique eius exercitum tanta infirmitas inuasit, vt omnes ferè illic defuncti sint: & ipse Imperator cum paucis, languens, coactus est reuertere.

Hic accepit Constantiam filiam regis Siciliæ.

1194 *Anno verò quarto Imperij sui, totum regnum Apuliæ sibi subiugauit. Ibiq́ plurimos rebelles diuersis pœnis flagellauit.*

Tancredum filium illius Tancredi regis Siculorum, cum matre sua Margarita, & regem Empiretarum, secum duxit in Alemanniam captiuos.

Quo Panormi mortuo, orta est dissensio inter principes Alemanniæ. Vna pars elegit Ottonem: altera, Philippũ. Sed Otto coronatus est, ex mandato papæ. Et tandem optinente Philippo, sub pace firmata inter illos, dolosè à Land-

PONTIFICES.

Anni à Christo nato.

dem Alexandrum est restitutus.

Hic Fredericum Imperatorem, ad ecclesiæ concordiam reuocauit, qui tunc illos schismaticos, qui eiusdem papæ inuasores fuerant, manu tenebat.

Hic duo Concilia ordinauit: vnum Turonis, aliud Romæ celebrauit.

Fredericum Romanorum Imperatorem, & Emanuel Constantinopolitannm, & Guilielmum Siculum, atque Lõgobardos ad concordiã reduxit.

Post aliquot annos, terræmotus magni fuerũt in variis locis: ita quòd ciuitas Antiochena cum Tripoli cecidit: atque Damascus cum multis aliis subuersa est. Tunc quoque Cateniensiũ Ciuitas penitùs euersa est, & plus quàm viginti milia hominum mortui sunt. *Per 20. annos sub huius temporibus*

Hoc tempore Mediolanum cum Cremona & Placentia, contra Papiensem

Anni à Christo nato. PONTIFICES.

sem ciuitatem, vnam cõstruxerunt: quam vt famosior fieret, ab isto Alexandro papa, Alexandriã ciuitatem vocauerunt.

Postea ad petitionem Longobardorum, constituit eis episcopũ, Papiẽsem verò Episcopum pallei & crucis dignitate priuauit: eo quòd Frederico Imperatori tunc & ab antiquo, regibus & principibus & persequutoribus ecclesiæ adhæsisset.

Hic quũ omne patrimoniũ beati Petri, præter ciuitatẽ Vrbeuentanã, Terranã & Anagninãab Aquapendente vsq; Ceparanũ, per Imperatorẽ & schismaticos occupatũ fuisset, in Frãcia trãsiuit, Ibiq, celebrato Turonis Concilio solenni, per mare ad Vrbem rediens, quum Messanę applicuisset: rex Guilielmus, non solùm quia papa, sed & ipsum dñm, à quo tenebat regnum recognoscens, eum debito honore prosequutus est. Lv-

IMPERATORES. Anni à Christo nato.

Lãdgrauio est interfectus. Et sic Otto electionem obtinuit.

Fuerat enim innocentius papa, qui eodem anno Cœlestino in papatu successerat, Philippo aduersarius propter fratrem suum Henricum Imperatorem, qui contra Christianam religionem in regno Siciliæ archiepiscopos & episcopos trucidauerat: & contra Romanam ecclesiam semper tyrannidem exercuerat. Propter quod ipsum & omnes fautores suos excommunicauit. Ottoni verò duci viriliter adhæsit: & ipsum Aquisgrani, in regẽ Alemanniæ coronare fecit. Philippus autem dux Sueuiæ, magnam partem per se habuerat.

Anno Domini millesimo ducentesimo, capta est Constantinopolis à Francis & à Venetis: & Balduinũ, *comitem Flandriæ Imperatorem cõstituerunt. Cuius captionem, etiam post plures dies plerique ciuitatum* 1200

b *in-*

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

incolæ non credebant: tum propter ciuitatis fortitudinem, tum propter antiquã quam habebant prophetiã. Prophetizatũ itaq; erat, quòd deberet capi per angelum. Et ita etiam posse capi non credebãt. Sed hostibus per murum intrantibus, in quo muro vnus ange-

PONTIFICES.

Anni à Christo nato.

LVCIVS. CLXXXI.

LVCIVS tertius, natione Tuscus, sedit 1179
annis quatuor, mensibus *1181
duobus, diebus octodecim. Et cessauit põtificatus diebus tredecim.

Hoc tempore floruit Petrus Comestor, qui vtriusque Testaméti historias compilauit. Et hos Versus in laudem beatę virginis Marię composuit.

Si fieri posset, quod harenæ, puluis, & vndę,
Vndarum guttæ, rosa, gemmæ, lilia, flammæ,
Æthera, cælicolæ, nix, grando, sexus vterque,
Ventorum rixę, volucrum, pecudũ genus omne,
Siluarum virgæ, frondes, auium quoque pẽnæ,
Ros, gramen, stellæ, pisces, angues, & aristæ,
Et lapides, montes, conualles, terra, dracones,
Linguę cũcta forẽt, minimè depromere possent
Quæ sit, & quanta virgo Regina Maria:
Quæ tua sit pietas, nec litera, nec dabit ætas.

Sepultus est autem idem Petrus apud sanctum Victorem Parisiis, cum tali Epitaphio:

Petrus eram, quẽ petra tegit, dictusq; Comestor.
Nũc comedor nimis, & docui, nec cesso docere.
Mortuus vt discat, qui me videt intumulatum,
Quod sumus, iste fuit, erimus quandoq; quod
hic est.

Hic Papa ab vrbe fuit expulsus, & apud Veronam peruenit, multique ex suis cęcantur, & mitrati super asinos auersis vultibus ligantur.

VR-

Anni à Christo nato. PONTIFICES. | IMPERATORES. Anni à Christo nato.

VRBANVS. CLXXXII.

1182 VRBANVS tertius, *1185 natione Lõgobardus, de ciuitate Mediolanẽsi, sedit anno vno, mẽsibus decem, diebus viginti quinque.

Huius tempore capta est Hierusalem à Saracenis: qui quũ de transmarinis partibus tam flebilẽ rem audisset, præ nimio dolore obiit. Sepultusq; est in Ferraria.

Quiescit anno Domini, M. CLXXX. Norradinus rex Turcorum obiit, & Saladinus genere humilis regnum occupat, & filios Norradini exheredat, Babyloniã capit, & omnem regiã stirpem exterminat, ac regnũ Syriæ & Ægypti sub vna redegit potestate, totumq; orientem sibi subiecit. Et cum multa strage Christianorum crucem sanctam, & Hierusalem cum ipso Rege cepit. Et fuit tunc perdita terra sancta per traditionẽ Guidonis Comitis Tripolitani:

angelus pictus erat: tunc se deceptos incolæ cognouerunt, per æquiuocationem Angeli.

Hoc anno, sicut à plerisque creditur, Tartarorum dominiũ initium habuit. 1200

Hi enim sub montibus Indiæ, in regione dicta Tartara, constituti, dominum suum regem Indiæ, Dauid nomine, filium Ioãnis Presbyteri occidentes, ad depopulationem & deuastationem aliarũ terrarum processerunt.

Anno Domini millesimo ducentesimo septimo, ab Innocentio papa, cum legato, duodecim abbates Cistercienfis ordinis in terram Albanensem, ad prædicandam fidem hæreticis mittuntur. Quibus, de Hispania Didatus Oxoniensis episcopus habens secũ fratrẽ Dominicũ, in suo comitatu hæreticis conuertendis adiungitur. Qui Dominicus, postea ordinem Prædicatorum incepit. 1207

Anno Domini M. CXC.

Anni à Christo nato.	IMPERATORES.	PONTIFICES.	Anni à Christo nato.
	Philippus Rex Franciæ, & Richardus Rex Anglorum, cum maxima multitudine transfretarũt, & Rex Angliæ Insulã Cypri cepit, & quendam pseudo-Imperatorem illi Insulæ dominantem, cum filia sua cepit, & thesauros suos asportauit. Pòst dictis Regibus reddita est Acon III. die Iulij, post biennium ferè à quo cœperat obsideri, & dimissi sunt obsessi saluis corporibus, & promiserunt crucem Domini, quam Saladinus habebat, & omnes Christianos captiuos restitui. Reddita quoq; Acon, super vicinos tremor irruit, & Ascalonem, & cætera castella, quæ de manu nostrorũ rapuerant, diruũt, vacuaque dimittunt. Deinde retrocessit Rex Franciæ, Rex verò Richardus ibi remanens, captiuos suos, qua sub iuramento promiserant, vt crucem Dominicã, & Christianos restituãt, quia non poterant ad effectum perducere, accipiens ab eis in miseri-	litani: qui cũ & Tripolim Turcorum Dñocogitasset subijcere, in nocte diuinitus extinct⁹ est. Mane aũt facto, apparuit stigma circũcisionis, quod recenter susceperat, quia Turcę & Saraceni ex paterna traditione filios circũcidunt, & tũc quorundã suorum cõfessione detectum est, quia vrbẽ Turcis tradere decreuerat, habens penes se sigillũ Saladini. Saladinus verò Alcalone eodẽ anno capta, Ierusalẽ obsedit, & muros eius machinis destruit: & redemit se à Saladino: Ita quod ab eo, qui x. annos excesserat, x. aureos, & v. à mulieribus accipiat: & ab illis qui infra decenniũ continentur, II. Idibus igitur Octobris .s. die obsessionis XIIII. feria sexta, Ierusalẽ capitur, & mox Saladinus fecit cãpanas comminui. In ipsis basilicis iumẽta stabulauerunt, & sordes quaslibet perpetrauerũt. Ecclesiam autẽ sepulchri auro re-	

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

redemerunt plurimo. Tēplo autem Domini mirā venerationem exhibent Turcæ, quod iuxta ritus suos consueuerant venerari antiquitus. Saladinus autē antequam iniret templum, fecit pedes lauari aqua rosata, & multa milia pauperum absoluit à precio prętaxato.

GREGORIVS.

1183 CLXXXIII.

*1187 GREGORIVS octauus, natione Beneuentanus, sedit mense vno, diebus viginti septē. Et cessauit pontificatus diebus viginti.

Hic zelando pro terra sancta, ad vniuersas prouincias literas mittit.

Postea pace facta inter Genuenses & Pisanos, Pisis moritur: ibidemque sepelitur.

CLEMENS. CLXXXIIII.

1184 CLEMENS tertius,

*1188 natione Romanus, ex patre Ioanne Scholari, sedit annis tribus, diebus sedecim.

Hic

IMPERATORES.

Anni à Christo nato.

misericordiam summā pecuniæ, V. M. *ex eis abire permisit. Insulam autem Cypri, quam idem ceperat, pro* XXV. M. *marcarū argēti templariis venalem tradidit: & post modicum Guidoni quondam Israelitano regi vendidit ciuitatē Ascalonem: post ad terram suam rediens, & ingressus mare, naufragium patiens cum paucis euasit: & post, manus multorum sibi insidiantium euadens, tandem obseruata secreta dux Austriæ positis vbique custodibus inuentum in domo suspecta captiuauit, & omnibus bonis spoliatum Hērico Imperatori tradidit: à quo ferè per annum detentus, tandem datis* CC. *marcis argenti pro redemptione in Angliam est reuersus.*

Anno Dñi M.C.XCIIII. *Rex Philippus Franciæ Vrbem Hebroicam funditus euertit, nec non & ipsas Dei Ecclesias contriuit. Eodem tempore Rex Angliæ Leucas cepit, & Canoni-*

cos

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

cos S. Martini Turroneñ. eijciens, rebus suis spoliauit. Quo audito rex Philippus versa vice omnes ecclesias terræ suæ pertinentes ad Episcopatus, vel ad Abbatias terræ illius cepit, & monachos & clericos ibi Deo famulantes eiecit, eorumque redditus in vsus proprios transtulit. Tunc Comes Flandriæ, qui anno præcedenti Regi Philippo homagiũ fecerat, regi Richardo confœderatur, terrã Regis Frãciæ persecuturus. Anno Dñi M.C.XCI. mẽse Iunio, & Iulio tanta intemperies aëris ex nimietate pluuiarum facta est, vt segetes in campis priusquam colligi possent, in spicis germinarent. Anno III. sequenti in pago Beluacẽ. tantæ pluuiæ cum tonitruis, fulminibus, & tempestatibus factæ sunt, quantas nulla hominum memorat antiquitas. Lapides enim ad quantitatẽ ouorũ quadrãguli cum pluuia de cælo cadentes, arbores, vineas & sege-

PONTIFICES.

Anni à Christo nato.

Hic claustrũ apud sanctum Laurentium extra muros ordinauit.

Et Lateranense palatium fecit altius.

Et etiam puteum antè æreum equum fieri fecit.

COELESTINVS.

CLXXXV.

COELESTINVS tertius, natione Romanus, ex patre Petro Bubonis, sedit annis quinque, mensibus octo, diebus vndecim. 1187 *1191

Iste consecratus fuit in die Resurrectionis.

In secundo die pontificatus sui, coronauit Hẽricum Imperatorem.

Et fecit palatium apud sanctum Petrum.

INNOCENTIVS.

CLXXXVI.

INNOCENTIVS tertius, natione Campanus, ex patre Transmundo, 1192 *1198

Anni à Christo nato. PONTIFICES.

do, sedit annis octodecim, mensibus quatuor, diebus vigintitribus.

Iste autem consecratus fuit in festo Cathedræ sancti Petri.

Hic quàm fuit gloriosus, opera eius testimonium perhibent veritati.

Fecit enim inter cætera Hospitale sancti Spiritus.

Et renouauit ecclesiam Sancti Sixti.

Composuit Decretales, Sermones, & librum de Misera códitione humani generis: & multa alia gloriosa.

1192 Itẽ dedit vniuersis ecclesiis in Romà vnam libram argenti, pro singulis calicibus earum, non habentium calices argenteos: tali tamen pacto, quòd eos vendere non possent.

Hic autem coronauit etiam Ottonem & deposuit: quia fidelitatem non seruauit.

Huius

IMPERATORES. Anni à Christo nato.

segetes penit⁹ destruxerũt: villæ quoq; in pluribus locis à fulminibus sunt cõbustæ. Corui quoq; quã plures cũ huius tẽpestate visi sunt in aëre de loco in locũ volãtes, & cum rostris suis viuos carbones portantes, ac domos incẽdentes. Vtriusque præterea sexus homines ictu fulminum interierunt, & alia multa horrenda eadẽ die sunt mõstrata. Eadem quoque die in Episcopatu Laudũ. quoddã castrum nomine Caluus mons, est fulminibus destructum.

Philippus III *.imperauit annis* XI*. hic fuit Dux Sueuiæ & frater* Hẽrici *Imperatoris: hic maximã imperij partẽ obtinuit. In promotiõe cui⁹ Innocẽtius papa* III*. aduersari⁹ fuit, & omnes eius fautores excõmunicauit, et Ottoni duci Saxoniæ adhæsit, & eũ Aquisgrani in regẽ fecit coronari. Habuit etiã idẽ Otto coadiutorẽ regem Angliæ Richardum, comitem Flandriæ, Archiepiscopum Coloniensem. Rex autem*

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

tem Philippus fuerat Philippo Regi Alemaniæ, ducíq; Sueuiæ confœderatus, sperans per eum comitem Flandriæ sibi subijcere, & Regi Angliæ facilius resistere posse. Hic Philippus anno XI. *Imperij sui à Comite Palatino, qui Lantgrauiæ dicitur, interfectus est: cuius vxor filia Thursat Imperatoris Græcorum præ dolore moritur. Hic Philippus caruit benedictione Imperiali. Anno Domini* M.CXCIX. *Richardus Rex Angliæ iuxta Lemonicas grauiter vulneratus, occubuit, cui successit Ioannes frater eius, qui sine terra dicebatur: qui pacificauit se cum Rege Franciæ. Hic Richardus strenuissimus Princeps fuit Anno Domini* M.CCII. *Philippus Rex Franciæ citauit Ioannem regem Angliæ Parisiis: & quia venire contempsit, metuit Philippum. Normandiam sibi subiecit, & Arturum militē fecit, tradens ei comitatum Britanniæ,*

PONTIFICES.

Anni à Christo nato.

Huius tēpore, à Francis capta est Constantinopolis & à Venetis.

Similiter Miramolinus Saracenorum, veniens cū innumerabili multitudine contra Hispanos, confusus ad patriam rediit.

Huius temporibus Liuoniç bona pars, ad fidem conuersa est.

Anno verò pontificatus sui, * decimaseptima Nouēbris, in basilica Lateranensi quæ Constātiana vocabatur, celebratum est Concilium generale, pro subsidio terræ sanctç, & pro statu vniuersalis ecclesiæ: multa vtilia statuta fuerūt ibi promulgata: in quo fuit cùm patriarchis, episcopis & aliis prælatis. Summā prælatorum fuit mille ducenti quindecim.

** Decimoseptimo, mense Nouēbri.*

Tempore huius Concilij consecrauit ecclesiā sanctæ Mariç trans Tyberim.

Demū, cùm papa propter subuentionem terræ Sanctæ in Pisanos, Genuen-

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

nuenses & Lōgobardos, pacem intenderet facere, in itinere ad hoc constitutus apud Perusiū est defunctus. Ibique in ecclesia sancti Laurentij est tumulatus.

Et cessauit pontificatus per vnum diem tantùm: Perusinis causa electionis papæ, cardinales strictissimè arctantibus.

Hic autem abbatis Ioachim libellum, quem cō tra magistrum Petrum Lombardum composuerat, damnauit.

Damnauit etiam Almaricum quendam Carnotensem cum sua doctrina: sicut habetur in Decretali, dānatus. Qui Almaricus asserit, ideas quæ sunt in mēte diuina creare & creari. Quum secundū Augustinum, nihil nisi æternū atque incōmutabile sit in mente Diuina. Dixit etiā quòd ideo finis omnium dicitur Deus: quia omnia reuersura sunt in eū, vt in Deo immutabiliter quiescant:

Libr. I. titul. I. cap. 2.

IMPERATORES.

Anni à Christo nato.

niæ, qui ei competebat hæreditario iure, adijciens comitatū Pictauieñ. & Andegauensem, quos sibi acquisierat iure armorū. Exhinc Aquitaniam ingressus, Pictauiam cum circumiacenti terra sibi subiugauit. Eodem anno Rex Angliæ Ioannes prædictum Arturū filium fratris sui iuxta Pictauis cepit, & latēter peremit: super quo à Baronibus est accusatus apud Regem Franciæ, cuius Vasallus erat, & quia comparēre contempsit, per iudicium primum Franciæ exhæredatur. Eodem anno secundum quosdam, Tartari post occisionem Domini sui, exierunt in populi destructionem. Hic enim prius in terra Tartarea, quæ affinis est Indiæ, residentes, contra regem Dauid dominum suum cōspirauerunt, eumque dolosè interfecerunt: ex hoc conceperunt animo, vt sicut dominum suum, eiusque terrā vastauerant, ita sibi totum mūdum subiuga-

Anni à Christo nato. IMPERATORES.

iugarent: vnde terrã suam exeuntes, infinitum sibi populum subiugauerunt.

OTTO. C.

1208 *1209 OTTO quartus, gente Saxonum, imperauit annus quatuor.

Hic autẽ coronatus fuit à Domino Innocentio iij. in basilica sancti Petri.

Sed eiusdem anni non fuerunt à pontifice postea attributi: propter maleficium suum.

Hic verò accepta corona, statim pugnam habuit cum Romanis. Et contra voluntatem domini papæ intrauit regnũ Apuliæ: auferens illud Frederico, regi Siciliæ: propter quod excommunicauit eum papa.

Quarto autem anno Imperij eiusdem Ottonis, Fredericum Imperatorẽ Principes elegerunt. Qui veniẽs nauigio vsque Romam, à domino papa & populo honorificè est receptus.

Hic verò in Alemanniã veniens, contra Ottonem ibi

PONTIFICES.

canti & vnũ indiuiduum atque incommutabile in eo permanebunt. Et sicut alterius naturæ non est Abraham, alterius Isaac, sed vnius ac eiusdem: sic dixit omnia esse vnum, & omnia esse Deum. Dixit enim, Deum esse essentiã omnium creaturarum, & esse omnium. Item dixit, quòd sicut lux non videtur in se, sed in aëre: sic Deus nec ab angelo, neq; ab homine, videbitur in se, sed tãtùm in creaturis. Itẽ asseruit, quòd si homo nõ peccasset, in duplicem sexũ partit⁹ nõ fuisset, nec grauasset. Sed eo modo, quo sancti Angeli multiplicati sunt, multiplicati fuissent & homines. Et quòd post resurrectionẽ, *vtriusq; sex⁹ adunabitur: *vterq. sicut (vt asserit) fuit prius in creatione: Et talẽ dixit Christũ fuisse post resurrectionẽ. qui omnes errores inueniũtur in libro qui intitulatur Periphyseôn. Et hic liber inter alios

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

alios libros cōdemnatos Parisiis ponitur: & is liber cum Almarico & suis sequacibus fuit Parisiis cōbustus. Dixerat etiã, quòd in charitate cōstitutis, nullum peccatũ imputabatur. Vnde sub tali specie pietatis, eius sequaces omnem turpitudinē*cōmutabant.

*cōmittebant.

Tempore huius Innocentij, duo ordines solennes, scilicet ordo fratrum Predicatorũ, & ordo fratrum Minorũ inceperũt.

Ordinem fratrum Prædicatorũ incepit sanctus Dominicus in Tholosanis partibus: vbi cōtra hęreticos verbo & exemplo

1198 prædicabat. Anno Domini millesimocētesimononagesimooctauo, pontificatus papę Innocentij anno sexto. Eodem anno apud Rosetum in Bria in sacrificio altaris vinum est visibiliter mutatum in sanguinem, & panis in carnem. In Vermedesio miles qui mortuus erat, reuixit, & postea sumpto cibo

IMPERATORES.

ibi mirificè triumphauit. Hunc Imperatorem Innocentius Papa contra volũtem Philippi Regis Franciæ, & contradicentibus pro magna parte Romanis, & multis ex magistratib⁹ Imperij sui dissentiētibus, coronauit, anno Dñi M.CCIX. *Huius pater. s. Dux Saxoniæ de crimine læsæ maiestatis, ab Imperatore Frederico cōuictus, & vniuerso Baronum Imperij iudicio fuerat condēnatus, atq; à Ducatu in Papam deiectus. Ab isto Ottone papa exegit iusiurandum de patrimonio & iuris B. Petri indēnitate ipsi Ecclesiæ Romanæ in pace dimittendo, & contra quosdam defendendo: quo facto, cōtra iuramentam venit die ipso, propter quod tandem excommunicabatur, & mandauit Papa, ne Imperator nominaretur. Hoc tempore floruit Helmandus Frigidi montis monachus, qui chronicam ab initio mũdi, vsque ad tempus suum in maxi-*

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

in maximo volumine digeßit.

FREDERICVS. CI.

1212 F*Redericus secundus, imperauit annis trigintatribus.*

Hic fuit coronatus ab Honorio, in basilica sancti Petri.

Hic autem ab infantia per ecclesiam, tanquam per matrem educatus est: & ad Imperij fastigiũ, Ottone damnato, promotus, ecclesiã Dei non fouit vt matrem, sed tanquam nouercam, quam potius laniauit.

Propter quod Honorius papa, qui ipsum coronauerat, sibi rebellem, & ecclesiæ Romanæ aduersarium comperiens, ipsum anathematizauit: & omnes barones à sua fidelitate absoluit.

1233 *Ipsius etiam tempore, anno Dñi millesimo ducentesimo trigesimotertio, idibus Februariis, frater Iordanus, totius ordinis Prædicatorum magister, vita & doctrina laudabilis, vltra*

PONTIFICES.

cibo & potu longo tempore vixit. Tunc S. Guilielmus Abbas Karoli Magni loci Archiepiscopus Bituriceñ. floruit. Tunc floruit P. de Corliolio Senoneñ. Archiepiscopus, quondam Innocentij papæ didascalus: de quo dicitur, quod cùm papa sibi obijceret, dicens, Ego te episcopaui, respõdit: Ego te papaui. Tũc postquam Franci, & Veneti Constantinopolim vicissent, mortuo imperatore Balduino, Comes Alcinoe succedit, à quo Imperatore Orientalis ecclesia, tanquã capiti membrũ principibus suis annuẽtibus, Romanæ ecclesiæ est vnita. Anno domini, m.cc.iij. P. Comes Aragonum, Rex Barcinoniæ, & dominus Montispesulani regnum suũ obtulit Innocentio Papæ, illudq; sibi, ac suis successoribus in perpetuũ, pro remedio animæ suæ, ac progenitorum suorũ constituit censuale, vt annuatim

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

tim de Camera ipsius Regis CCL. Massæ minutæ Apostolicæ sedi reddantur, & ipse, & successores eius eidem specialiter fideles & obnoxij teneātur. Anno præcedenti die xxx. Maij fit terręmotus tribus diebus ante ascensionem Domini, & vox terribilis auditur, magnaque pars vrbis Aconeñ. cum Palatio regis corruit, & populus multus periit. Tyrus penè omnino subuertitur, Acchas oppidum, ad solum vsq; diruitur, Tripolis maxima pars ruit. Deinde sequitur sterilitas, hominumq; mortalitas.

Ordinem verò fratrum Minorũ, incepit sanctus Franciscus, prope ciuitatem Assisinã, apud sanctã Mariam de Portiuncula: anno Domini millesimo

1206 ducentesimo sexto, pontificatus eiusdẽ domini Innocentij anno quartodecimo: qui fuit annus conuersionis ipsius: à quo postea vigesimoquarto anno

IMPERATORES.

tra mare, vbi ad prædicandum Saracenis ierat, in portu maris obiit.

Hoc quoque tempore, olim discordia inter Imperatorem & Honorium papam orta à Gregorio, cum anathemate renouatur.

Duo quoque cardinales, Iacobus Prænestinus, & Otto, pro subsidio ecclesiæ contra Fredericum legati vltra montes missi, quum redirent ad curiam, cum pluribus prælatis per naues Pisanorum capiuntur.

Hic Fredericus propriũ filium, Henricum nomine, regem tunc Alemãniæ, accusatum sibi de rebellione, captum in Apuliam ducens, squalore carceris suffocauit.

** Hoc in tempore cruce dudum signatus, durante sentẽtia excommunicationis mare trãsiuit: maiorem desolationem quàm consolationem terræ sanctæ relinquens.* *Hic Imperator.

Postquàm autem ab Innocentio papa depositus esset

Anni à Christo nato. IMPERATORES.

esset ab Imperio, Principes elegerunt contra ipsum Landgrauium Thuringiæ.

Quo post paruum tempus mortuo, Guilielmus Comes Hollandiæ, denuò contra ipsum eligitur à Principibus. Sed Paulo pòst à Phrisonibus occiditur. Et sic vterque electus, benedictione caruit imperiali.

1248 Hoc tempore, anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimooctauo, Lodouicus rex Franciæ transfretauit vltra mare, habuitq; lætum principiũ, sed tristem exitum. Intrando enim terram sanctam, Damiatã cœpit: sed post paululum, penè omnibus suis amissis, captus fuit: licet volente Deo restitutus.

Hic Fredericus post suã ab Imperio destitutionem quum inter ciuitates Longobardiæ Parmam, tanquam sibi magis exosam forti manu obsideret, à legato domini papæ et à Parmensibus est deuictus. Et amissis thesauris, & aliis rebus

PONTIFICES. Anni à Christo nato.

no defunctus est. Is Franciscus ante suam conuersionẽ vocabatur Ioannes.

Anno sequenti P. de Castro nouo à domino papa legatus ad comitẽ Tolosanorum propter hæreticorum impugnationem occiditur, quia eum excõmunicauerat: quare papa, eius terram expugnãdam regi Franciæ exponit.

HONORIVS.

CLXXXVII.

HONORIVS tertius, natione Romanus, sedit annis decem, mensibus octo, diebus viginti quatuor. 1210 *1216

Hic autem fuit electus apud Perusium.

Et apud sanctum Laurentium extra muros, Petrũ Altisiodorensem Comitem coronauit in Imperatorem Constantinopolitanum.

Hic etiã ecclesiã sancti Laurentij extra muros, & basilicam quæ dicitur Sãcta sanctorum, renouauit.

Decretales compilauit.

Hic

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

1212 Hic in basilica sancti Petri, Fridericum regem Siciliæ coronauit in Imperatorem Romanorum.

Huius tẽpore Damiatam Christiani ceperunt. Sed Saraceni fortuito casu contingente, postea, recuperauerunt eam.

Hic Honorius papa Fredericum Imperatorẽ sibi rebellem, & Romanæ ecclesiæ comperiens, aduersarium anathematizauit: atque barones ab eius fidelitate absoluit.

1216 Hic Honorius primo anno pontificatus sui, ordinem Prædicatorũ confirmauit: beato Dominico, natione Hispano, eiusdem inuẽtore procurãte.

Nam Innocentius papa, qui durus sibi in hoc fuerat, visione habita, quomodo beatus Dominicus Lateranensem ecclesiã cadentẽ, humeris sustentasset, confirmare voluit: sed morte preuẽtus nõ potuit.

Hic papa moritur Romæ, & in ecclesia sanctæ Ma-

IMPERATORES.

rebus suis, in Apuliam rediens, ibi graui infirmitate correptus, defunctus est.

Manfredus filius eius naturalis ambiẽs regni Siciliæ dominium, & thesauros, tandẽ regnũ obtinuit: quousq; Carolus frater regis Frãciæ, tũc Comes Prouinciæ, per Vrbanum quartum papam, vocatus sub Clemente quarto, veniens, ipsum Manfredum & regno & vita priuauit.

Hic Fredericus ab Augusto primo, centesimus fuit Imperator. *nonagesimus quintus

Eiusdem Frederici Imperatoris temporibus, anno Domini millesimo ducentesimo trigesimonono, gens Tartarorum occupatis Orientalibus, & crudeliter subactis, in duo agmina se diuidentes, Vngariam & Poloniam intrauerunt. 1239

Ibi campestri bello cum ipsis habito, frater regis Vngariæ dux Colomannus in Pannonia, & in Polonia nobilis dux Blesiæ Henricus occiditur. Reliquum vulgus

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

vulgus tam in viris, quàm in mulieribus, quos inuenire potuerunt, in ore gladij exterminatos: sic terras illas, maximè Vngariã redegerũt in solitudinem: vt præ fame perualida, matres puerorum suorum carnibus vescerentur: & pleriq;

1294 *puluere cuiusdã montis pro farina vterentur.*

Ipsius etiam tempore in Burgundia Imperiali per terram solutam à montibus, circiter quinque milia hominum suffocãtur. Nam vnus maximus mons, se diuidẽs ab aliis montibus, per plura milliaria cuiusdã vallis trãsiens, ad alios mõtes accessit: in valle, omnes villas, terra & lapidibus operiendo.

Eo etiam tempore, regis Ferrandi in Toleto Hispaniæ, quidã Iudæus comminuẽdo vnam rupem pro vinea amplianda, in medio lapidis inuenit concauitatẽ vnam, nullam penitus diuisionem habentem, neque scissuram: & in concauitate

PONTIFICES.

Chni à natisto Anto.

Mariæ Maioris sepelitur.

Postea dominus Hugolinus, Hostiẽsis episcopus, in papã electus, Gregorius tertius vocatur. Hic papa anno domin im. ccxvj. Ordinem fratrum minorũ cõfirmauit: anno quoq; eius tertio ordinem Valliũ scholarium idem confirmauit, quem Guilielmus quidã Anglicus incepit, qui Parisiis scholaris fuerat, & postmodum in Borgũdia rex erat, & tandem cum scholaribus suis ad heremum cõuolauit, & formam viuẽdi ex diuersis religionibus suis & sibi elegit. Idẽ verò regulam fratrum heremitarum habitantium in monte Carmeli, quẽ Helias frequentasse legitur, approbauit: quam eius successor Gregorius confirmauit: & ne possessiones vel redditus susciperent, districtè eis prohibuit: hi enim fratres, anno domini M.ccxxxviij. propter paganorum insultus com-

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

compulsi sunt à loco suo dispergi per mundi varias regiones.

GREGORIVS. CLXXXVIII.

1229 *1227 GREGORIVS nonus, natione Campanus, sedit annis fermè quatuordecim.

Iste verò fuit electus mense Martio, die nona post festum sancti Gregorij, apud Septisolium.

Hic sanctam Elizabeth filiam regis vngariæ, relictam Landgrauij Thuringij canonizauit.

Hic sententiã quã Horius prædecessor suus contra Fredericum fulminauerat, roborauit.

Hic quum Conciliũ celebre Romæ nititur: & ab Imperatore viæ per mare & per terrã arctãtur: duo Cardinales & alij multi Prælati, abbates & clerici, & maximè per mare ad conciliũ veniẽtes, capiũtur per Imperatoris fautores.

Hic autem papa per fratrem Raimundum ordinis

IMPERATORES.

tate illa reperit vnum librum, quasi folia lignea habentem: qui liber tribus linguis scriptus, videlicet Hebraicè, Græcè & Latinè, talem crassitudinem habebat, qualem vnum Psalterium. Et is loquebatur de triplici mundo, ab Adam vsque ad Antichristũ: proprietates hominum cuiusq; mundi exprimendo. Principium verò tertij mundi, posuit in CHRISTO, *sic: In tertio mundo, filius Dei nascetur ex virgine Maria, & pro salute hominũ patietur.*

Quod legens Iudæus, statim cum domo sua tota, baptizatus est.

Erat etiam in hoc libro scriptum, quod tẽpore Ferrandi Regis Castellæ, debebat inueniri liber. Simile quiddam inuenies in Constantino sexto.

Hic Imperator deuicit Ottonem Imperatorẽ apud Constãtiam. Et idem Otto cum duce Brabãtiæ, comite Flandriæ, & multis aliis

Annis a Christo nato. IMPERATORES.

Baronibus Philippum Regem Franciæ apud pontem Bouinis fugauit & deuicit. Anno Dñi M. CC. XII. *parui pigmei vsq; ad viginti circiter milia sunt cruce signati, ac per legiones aduersus port⁹ maris .s. Massiliam & Brundusiũ peruenientes, inanes & vacui redierunt. Ferebatur autem quod vetulus de monte qui Arsacidas dicitur, duos clericos cismarinos in carcere detinuerat: nec vnquam eos dimittere voluit, donec ab eis, vt regni Frãciæ paruos sibi adducerent, promißionem firmam recepit. ab his ergo excruciabantur prædicti parui, quibusdam falsis visionum rumoribus ac promißionibus ad se cruce signandos illecti. Anno Domini* M. CC. XVIII. *Lacus .s. Laurentij subitò erupit, & in Rodanum desidens, multa milia hominũ submersit. Anno Domini* M. CC. XXX. *facta est parisiis inter scholares dissensio, quam mox secuta est mul-*

PONTIFICES. Annis a Christo nato.

nis Prædicatorum, pœnitentiarium & capellanũ, ad Cõcilium ex pluribus voluminibus Decretaliũ compilauit Volumẽ vnũ, mandans vbique doctoribus illo vti.

Hic Gregorius, quum ab Imperatore, qui tunc ex magna parte patrimonium ecclesiæ occupauerat, in Vrbe obsideretur: videns etiam penè omnes Romanos per pecuniam esse corruptos, excipiens capita Apostolorũ, & processionẽ à Laterano vsque ad sanctum Petrũ faciẽs, animos Romanorum sic reuocauit, vt penè omnes contra Imperatorem cruce signarentur. Quod Imperator, qui iam credebat se intraturum Vrbem, audiens, timens, longè ab Vrbe retrocessit.

Denique Gregorius papa, tantis tribulationibus concussus, anno decimoquarto, mense Augusto, Romæ, migrauit ad CHRISTVM.

Hic

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

Hic Reate, beatū Dominicum inuentorem & magistrum ordinis Prædicatorū, Bononiæ sepultum, & miraculis innumeris coruscantē canoniza-
1233 uit, anno domini millesimo ducentesimo trigesimotertio. A cōfirmatione ordinis Dominicani, anno decimooctauo; & à morte eiusdem Dominici anno vndecimo.

Hic ex Hispaniæ villa Caloroga Exomeñ. Diœces. extitit oriūdus: cuius materantequàm ipsum cōciperet, vidit in somnis se gestare catulū accēsam faculam baiulantē in ore, quæ egressa ex ore totū mundū videbatur accendere. Qui cùm esset adolescēs, missus in Pallenciā, vbi tunc vigebat studiū generale, carnem suā macerare studens, à vino per decenniū abstinebat. Post fame in Hispaniam ingruente, libros suos vēdidit, & precium mendicis erogauit. Quod audiens Didacus, Exo-

IMPERATORES.

Anni à Christo nato.

multifaria dispersio: alij namque Remis, alij Andegauis, alij verò Aureliis, alij in Angliam, vel in alias mūdi prouincias studij causa sunt profecti. Anno Dñi M. CC. XXXV. *fames fuit in Francia magna valde; maximè in Aquitania, ita vt homines herbas campestres vt animalia comederent.*

ROMANUM Imperiū siue post mortem, siue post depositionem Frederici secūdi, Imperatoris, ab Imperio cepit vacare. nam Innocētius quartus, qui eum deposuerat, procurauit per Principes Alemanniæ, Electores plures eligi ad Imperium: videlicet Landgrauium Thuringiæ, & Comitem Hollandiæ successiuè, qui antequàm ad Imperialē peruenissent, vita terminum peregerūt, vt supra dictum est. Et post mortem prædicti Frederici, Electores se in duo diuidentes, quidam regem Castellæ, quidā comitem Cornubiæ

Anni à Christo nato. IMPERATORES.

nubiæ fratrē regis Angliæ, ad Imperiū elegerūt. Quod schisma temporale multis annis perseuerauit, & quā plurima notabilia in diuersis partibus mundi euenerunt, sub hoc titulo talis vacationis. Ea per ordinem prout breuiùs potero, explicabo.

1250 *IN Dacia, Henricus rex Danorum inclytus, ab Abel fratre iuniori, vt regnaret pro eo, in mari suffocatur. Qui Abel, parum honorū & commodi ex hoc est assequutus. Nam sequenti anno regni sui, cùm Phrisones subiugare voluisset, à Phrisonibus interemptus est.*

1251 CONRADVS *rex filius Frederici, vt mortuo patre, Siciliæ regnum susciperet, per mare in Apuliā deuenit: & capta Neapoli, muros illius funditus destruxit. Sed quum sequenti anno introitus sui in Apuliam infirmari cœpisset, clistere quod à me dicis iudicabatur dari ad sa-*

PONTIFICES. Anni à Christo nato.

Epomeñ. episcopus, habitum suū .s. regularium Canonicorum sibi tradidit, & processu temporis, eum contra hæreticos, secū in Tolosanis partibus ire fecit. Ibique prima nocte hospitem suū ab hæresi conuertit. Deinde in partibus Albigeñ. liber B. Dominici, vna cum libro hæreticorum, ad fidei probationem, igni semel secundo, & tertio iniectus exilijt, & hæreticorum liber penitus est cōbustus. Romæ item duos mortuos suscitauit, & alia plura miracula fecit.

B. Franciscus de Assisio ciuitate, institutor ordinis fratrum minorū, tunc claruit miraculis. Hic auibus prædicabat, quæ ad exhortationem eius pacificè exspectabāt. Hirundinibus verò eius prædicationem suo garritu impediētibus, silentium imposuit. Et duobus annis ante mortē suā ex dextero latere eius velut lancea perforato, ci-

Anni à Christo nato. PONTIFICES.

catrix obducti vulneris apparuit, & in eius corpore clarissimè stigmata Dominicæ passionis sunt inuenta. Obitū suum præsciens, cum duobus fratribus prænūciauit, in illū psalmum rumpens, Voce mea ad Dominū clamaui, & remissis fratribus offensis, anima eius à carne resoluitur. Anno Domini M. CC. XXX. Hic etiam canonizauit B. Antoniū de ordine minorum. Anno Domini M. CC. XXIIJ. Philippus Rex Franciæ Ecclesiasticæ libertatis præcipuus cōseruator, qui Ottonem Imperatorē, Ferrandum, & plures alios in bello deuicerat, & Normanniam, Aquitaniam, & Pictauiam, sibi subiugauerat, obijt, & in ecclesia S. Dionysij sepultus est: acquisiuerat hos canonicatus integrè, Vermādeñ, Claromonteñ, Bellomōteñ, Pōtineñ, Alleuomeñ, Conomaneñ, Turoneñ, Andegaueñ, & Pictaueñ. Cui

IMPERATORES. Anni à Christo nato.

salutem, veneno mixto intulit omnino sibi mortē.

CONSTANTINOPOLIS, *quæ olim per Gallos & Venetos capta fuerat, per Paleologum Græcorum Imperatorem vi prælij recuperatur.* 1259

ITEM *dominus Gulielmus de Villa Hardunū, inclytus princeps Achaiæ, mēse Augusto, ab exercitu Palæologi Imperatoris Græcorum, fuit cum suis baronibus captus.*

Eo etiam anno in Tuscia Italiæ, Florentini & Lucani miserabilem euentum habuerunt. Nam confisi de suorum multitudine, quum comitatum Senensem intrassent: & Senenses freti auxilio dñi Manfredi tunc regis Siciliæ, ipsis obuiam ad bellum exiuissent: Florentini & Lucani, fraude suorū decepti sunt. Nam in ipso priori conflictu, qui primi & præcipui inter Florentinos erant, ad hostes accedentes, in suos cum Senensibus quàm plurimum

Annis Christo nato. IMPERATORES. PONTIFICES. Annis à Christo nato.

rimùm sunt debacchati. Dicuntur autem de Florẽtinis & Lucanis, tunc inter mortuos & captiuos, plus quàm sex milia hominum corruisse.

1260 *REX Vngariæ pro terris regem Bohemiæ aggreditur bello, habens in suo exercitu diuersarum nationum milites, Orientalium & Paganorum, circa quadraginta millia equitum. Cui rex Bohemiæ cum cẽtum millibus equitum, inter quæ dicitur habuisse septem millia equorum de ferro coopertorum, ad resistẽdum occurrit. Quumque in confiniis regnorum, bellum inchoatum fuisset, ex collisione equorum & armorum tantus puluis de terra surrexit, vt media & clara die, vix homo hominem cognoscere poterat. Tandẽ Vngari, rege eorum grauiter vulnerato, terga vertentes: quum cedentes festinarẽt effugere, in quodam fluuio profundissimo, quem transire debuerant, præ-*

Cui successit Ludouicus filius eius. In hoc rediit regnum ad stirpem Caroli magni, de qua originem habuit ex parte matris. nã mater eius erat filia Balduini Comitis Hanonieñ. qui Balduin⁹ processerat de genere Emongardieñ. filiæ Caroli simplicis, ad quem in regni potestate perseuerauit progenies Pipini. Anno Domini M. ccxxiiij. Ludouicus Rex cum multis magnatibus accepit crucẽ per manum legati Cardinalis: & omnes Principes Aquitaniæ exceptis Vasconibus, qui vltra Garangam erant, sibi fidelitatem promiserũt, & post duos annos Auinionem capiunt, quæ per septem annos à Romana Ecclesia excommunicata extitit propter hæresin: Deinde ciuitates & fortalitia Prouinciæ reddũt se, videlicet ad IIII. leucas à Tholosa, cui successit alter Ludouicus filius v.

Tunc Vetulus Rex Arsacu-

Anni à Christo nato. PONTIFICES.

facudas, misit in Franciam nuncios, vt regem occiderent Ludouicum, & mox voluntate Dei misit alios, vt se à primis nunciis custodiret: vnde Rex ex tunc corpus suum diligentius custodiri iussit per homines clauas cupreas assidue deportátes. Anno Dñi M.CCIII. cum Rex Arragonum, & Comes Cosolanus cum aliis infinitis hæreticis comitem Simonem Montisfortis, qui pro fide pugnabat, apud Mirellum inclusissent, & obsessis audita missa, & cum lachrymis super muros cantantibus Episcopo Patriæ & clericis, Hostem repellas longius &c. Dictus comes cum paucis egreditur, & Rex Arragonum occiditur: Comes S. Egidij aufugit, & fuerunt occisi de illis hæreticis & eorum fautoribus circa XVII. M. & de aliis solum VII. peregrini ceciderunt.

Coe-

IMPERATORES. Anni à Christo nato.

prater alios occisos, ducenta quatuordecim millia hominum submersa dicũtur. Sic rege Bohemiæ victoria habita, Vngariam intrante, rex Vngariæ pacẽ quærit: terrasq́ue, quæ discordiæ causa fuerant, restituit: & in futurum amicitiã, mediante matrimonio, confirmauit.

VRBANVS *quartus papa, regnũ Siciliæ quod* 1263
Manfredus violenter detinebat, Carolo comiti Prouinciæ fratri regis, vt illud ab eo eriperet, contulit.

COMETES *tam no-* 1264
tabilis apparuit, qualẽ nullus tunc viuens antea vidit. Ab Oriente enim cum magno fulgore surgens vsq; ad hemisphærij medium, versus Occidentem, comam perlucidam protrahebat: et licet in diuersis mundi partibus fortè multa signauerit: hic tamen vnum pro certo compertũ est, vt quũ plus quàm tres menses durauerit: ipso primo apparente, papa Vrbanus cœpit

c 4 *infir-*

Anni à Christo nato.	IMPERATORES.	PONTIFICES.	Anni à Christo nato.
	infirmari: & eadem nocte qua papa expirauit, etiam cometes disparuit.	COELESTINVS. CLXXXIX.	
1265	PRAEDICTVS *Carolus, qui pro recuperatione regni Siciliae, per Vrbanum papam, vocatus Romam, vbi tūc in Senatorē electus fuerat, nauigio venit. Demum in* * *Italiā intrans, bello campestri habito, praedictū Manfredum & vita priuauit & regno.* [marg.: *Apuliam.]	COelestinus quartus, natione Mediolanensis, sedit diebus quatuor. Et vacauit pontificatus mensibus vigintiduobus, dieb⁹ quatuordecim. Hic episcopus Sabinensis, vita & sciētia laudabilis, senex, & infirmus electus, citò moritur: & in ecclesia sancti Petri sepelitur.	1242 *1241
1266	QVAM *plurima multitudo Saracenorum, ex Aphrica per angustū mare transiens in Hispanias, & adiuncti Saracenis in Hispania magnā plagam in Christianos exercuerūt: intendentes, quam olim perdiderant, Hispaniā recuperare. Sed illarum partium adunati Christiani, & cruce signatorum, ex diuersis partibus auxilio adiuti, licet cum multo sanguine Christianorum, de Saracenis triumphauerūt.*	INNOCENTIVS. CXC. INNOCENTIVS quartus, natione Genuēsis, de comitibus Lauanię, sedit annis vndecim, mensibus sex. Hic sedes Cardinalium à multo tēpore vacuas, de personis ex diuersis partibus mūdi sibi placitis, electis, restaurauit. Hic post magnas tractationes de pace cum Imperatore, dum ipsius contumaciā aduersus ecclesiā perpendisset, deuenit in Gallias, cum auxilio Genuensiū: & celebrās Cōcilium in Lugduno, ipsum velut	1243
1267	SOLDANVS *Babyloniae, Armenia vastata, Antiochiā vnam de famosio-*		

Anni à Christo nato. PONTIFICES.

velut hostem ecclesię condemnauit, Imperio priuãdo. Procurauitque Landgrauiũ Thuringię in regẽ Alemanię eligi: & mortuo ipso, Comitem Hollãdiæ.

Hic Lugduni canonizauit sanctum Edmundũ, confessorem, Cantuariensem archiepiscopum.

Ipse etiam canonizauit Perusiis sanctũ Petrum, ordinis Prædicatorũ, Veronæ natum: quem hæretici, propter ipsius prædicationem contra ipsos, inter Cumas & Mediolanum occiderunt.

Canonizauit etiam sanctum Stanislaum Assisiis, *Turonẽsem episcopum: qui ab iniquo Principe fuerat interfectus.

* Cracowen.

Innocentio verò mortuo, Fredericus Imperator Apuliam cum magno exercitu ingreditur. Sed post paululum, Neapoli moritur, & sepelitur.

His temporibus floruit vita & sciẽtia venerabilis dominus, Hugo Cardina-

IMPERATORES. Anni à Christo nato.

floribus ciuitatibus orbis cepit: & tam viris quàm fœminis occisis & ecclesiis captis, ipsam in solitudinẽ redegit.

CONRADINVS *olim nepos Frederici Imperatoris, paruipẽdens domini papæ excommunicationem contra dominum Carolum, quem ecclesia regem Siciliæ fecerat: insurgens ad Theutonicos quos habuit quã plurimos, Lombardis & Tuscis adiunctis, peruenit vsque Romam: vbi quum Imperiali more solenniter receptus fuisset, associato sibi Senatore Vrbis domino Henrico, fratre regis Castellæ, & quàm plurimis Romanis, contra regem Carolum Apuliam intrauit. Sed post durum campestre bellum, Conradinus cum suis terga vertentibus capitur: & à Carolo cum multis nobilibus decapitatur. Rodulphus rex imperauit apud Teuthonicos annis* XVIII. *Hic cùm fuisset comes de Ha-* 1268

Anni a Christo 1240. nalis, frater prædicatorum ordinis, qui doctor eximius doctrina sana & perlucida totam Bibliam Postillis ornauit: Concordantiarum etiã Biblicarum, primus auctor fuit. Quem propter vitæ & doctrinæ famam, papa Innocentius sanctę Sabinę instituit cardinalem. In quo statu, licet esset de ordine Prædicatorum, omnibus tamen religiosis ac etiam secularibus placidus exstitit.

Anno Domini M.CCXL. apud Cremonam facta est tẽpestas maxima, ceciditq; lapis grandis, in quo erat crux, & imago Saluatoris expressa, desuper quoq; literis aureis scriptũ. IESVS NAZARENVS REX IVDÆORVM. Et cecidit in monasterio S. Gabriëlis, & de hac aqua in qua liquefactus est lapis, inunxerant monachi oculos cuiusdã fratris semicęci, qui statim clarè vidit. Anno Domini M.CC.XLII. in Podio beatæ Mariæ plus quàm DCC. personæ à pressura processionis rogationum sunt mortuæ. Anno Domini M.CCXVII. cum exercitus Christianorũ congregatus esset in Acon, cumq; crux prędicaretur in prouincia Colonien̄, & Diocœsi Monasterien̄. in villa Beden Frisiæ, mense Maio, feria sexta ante festum Pentecostes tunc forma crucis apparuit in aëre vna candida versus aquilonem, alia versus meridiẹm eiusdem coloris, & schematis: tertia medio colore colorata, habens crucis patibulum, & formam hominis, & eam suspensam brachiis eleuatis, & extensis cum infixione clauorum manibus & pedibus, & capite inclinato: hæc media fuit inter duas alias, in quibus nõ erat effigies humani generis. Alia vice, alioque loco in villa Frisiæ Sechenculem tempore prædicationis crucis apparuit alia crux iuxta solẽ cærulei coloris, & hanc

hāc plures viderūt,quàm aliam priorē.Item apparuit alia in diœcesi Traiectēn, in villa Dockū, in qua B. Innocentius fuerat martyrio coronat⁹: & hæc visa est in festo dicti martyris alba, & magna, ac si trabs ex aduerso trabis artificialiter composita fuisset. Creditur autē.n.apparitiones fuisse denumeratas, adeo vt omnis ambiguitas primæ visionis tolleretur: vnde & Colonien̄. Prouincia ferè ccc. naues præparauit.

ALEXANDER. CXCI.

ALEXANDER quartus, natione Campanus, sedit annis septem, mensibus tribus, diebus quatuor. 1254

Huius tempore Manfredus filius naturalis quondam Frederici Imperatoris, gerens se pro pedagogo Conradini, nepotis Frederici, ipso Conradino mendaciter publicato mortuo, sibi ipsi coronam assumpsit. Quod factum, quia in præiudicium domini papæ fuit, primò excommunicatur, postea cōtra ipsum magnus exercitus, sed in nullo proficiens mittitur.

Hic canonizauit Agnaginę sanctam Claram, quæ fuit ordinis sancti Dominici.

In his temporibus Principes Alemanniæ Electores, in duo se diuidentes: quidam regem Castellæ, & quidam Richardum, Comitem Cornubiæ ad Imperium elegerūt. Quod schisma durauit multis annis.

Hic reprobauit duos pestiferos libellos: quorum vnus dicebat, quòd omnes religiosi, & verbum Dei prædicantes, de elemosynis viuēdo saluari non possent: alter verò asserebat inter cætera, quòd Euangelium CHRISTI, & doctrina Noui Testamenti, 1260
neminem ad perfectionem perduxit: & euacuanda erat

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

erat anno Domini millesimo ducentesimo sexagesi-
1260 mo: & in sexagesimo anno deberet inchoari doctrina Ioachin: quam conditor libri nominauit Euangelium æternum: totam hominum saluandorũ perfectionem, in illo ponendo: & etiam dicebat, quòd sacramenta nouæ Legis, in hoc anno euacuarentur. Quæ omnia, & auctoritas Apostolica, & prædicti temporis sequens experientia exsufflauit.

Alexander iste papa, moritur Viterbij: & in ecclesia sancti Laurentij, honorificè tumulatur.

VRBANVS. CXCII.

1261 VRBANVS quartus, natione Gallicus, ex ciuitate Trecensi, sedit annis tribus, mense vno, diebus quatuor. Et cessauit pontificatus mensibus quinque.

Hic duas ordinationes fecit.

Exercitum Saracenorum, quem Manfredus in patrimonium ecclesiæ miserat, per crucem signatus fugauit.

Comiti Prouinciæ Carolo fratri regis Franciæ, regnum Siciliæ, vt à Manfredo detentore eius recuperaret, contulit.

Moritur is Vrbanus Perusiis, & ibidem sepelitur.

CLEMENS. CXCIII.

1265 CLEMENS quartus, natione Prouincialis, de
*1264 villa sancti Ægidij, sedit annis tribus, mẽsibus
1268 nouem, diebus vigintiquinque.

Anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo octauo, mortuus est Viterbij: & ibidem sepultus, in ecclesia ordinis fratrum Prædicatorum.

Et cessauit pontificatus annis tribus, mensibus duobus, diebus decem.

Hic iam modus procedendi, aliquãtulum variatur.

Hic

Anni à Christo nato.

Hic vxorem & liberos habens, primùm fuit famosus aduocatus, & regis Franciæ consiliarius. Deinde mortua vxore, propter vitam bonam & scientiam laudabilem, primo Podiensis episcopus, & postea Narbonensis archiepiscopus: tandē Sabinensis episcopus & Cardinalis efficitur.

Sed quum postea in Angliā post reformationem à papa Vrbano quarto legatus missus fuisset, absens à cardinalibus, Perusij in papam est electus: qui sic vigiliis, ieiuniis & orationibus, ac aliis bonis operibus intentus fuit, quod multas tribulationes, quæ tunc ecclesia sustinebat, Deus* propter illum creditur* extinxisse. *fuit meritus.

Hic autem quum Conradinus nepos Frederici Imperatoris, regem Carolum, cui papa regnum Siciliæ concesserat & contulerat, debellaturus intraret: & plerique factum regis Caroli pro desperato haberent: tum propter Conradini exercitus multitudinem, & propter regni Siciliæ penè totius rebellionem: prædixit in publico sermone, factum Conradini tanquam fumum transiturum: & ipsum, tanquam ouem ad victimam intraturum in Apuliam. Quod & rei postmodum probauit euentus. Nam Conradinus post fugam captus fuit, & decollatus: & factum eius, paucis diebus pòst, tanquam fumus euanuit.

Hic etiam papa canonizauit Viterbij in ecclesia fratrum Prædicatorum, sanctam Eduergiam, quondam ducissam Poloniæ, miræ sanctitatis viduam: quæ inter alia commendabilia, quum canonizatio eius per plures annos differretur, ipsa procuratori in curia Romana super eodem negocio, quum esset in tristitia, per visum apparuit: ac eum de expeditione nego-

Anni à Christo nato. IMPERATORES.

uesborch circa Basileã, fuit electus in regem Romanorum, anno Domini M. CC. LXXIII. *quam electionem Gregorius papa approbauit in fauorem terræ Sanctæ, quam plurimum anhelabat, & personaliter illuc intendebat proficisci. Hic ad petitionem dicti papæ, et rex Francorum, cum multis baronibus recuperauerunt crucem transmarinã. Hic fuit in armis probus, prudens, ac strenuus.*

1270 LODOVICVS *rex Franciæ Christianissimus, non territus præteritis laboribus & expensis, quas olim fecerat vltra mare, iterum cum filijs duobus, adiuncto sibi rege Nauarræ & quàm plurimis ecclesiarum prælatis & baronibus, pro recuperatione terræ Sanctæ iter assumpsit.*

Verùm ad hoc vt faciliùs terra sancta recuperaretur, incidit consilium, vt regnum Tunicij, quod in medio consistens, non paruum dabat transfretantibus,

PONTIFICES. Anni à Christo nato.

negocij, & etiam de die expeditionis certificauit.

A Clemente prædicto præsens Chronica stilum operis cõmutauit, nã cum à principio per annos decucurrerit, & quilibet põtifex anno introitus sui positus fuerit, quia plures pontifices vno & eodem anno defuncti fuerunt, & in eadem linea poni non potuerunt, prędictus modus seruari non potuit: sed per annos Domini nõ continuando sicut prius, sed distinctim, ponendo statum cuiuslibet pontificis declaraui, sicut patet in Clemẽte, & consequẽter.

GREGORIVS.

CXCIIII.

GRegorius decimus, 1272
natione Longobar- *1271
dus, de ciuitate Placẽtia; anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo secundo, ab electione sua, sedit annis quatuor, diebus * quindecim. Et *decem
cessauit pontificatus diebus decem.

Hic

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

Hic cum Archidiaconus esset Leodieñ, & deuotionis causa esset vltra mare, ibidem existens, in palatio Viterbieñ, in papã à cardinalibus est electus.

Hic fecit vnam ordinationem quinque episcoporũ cardinaliũ, quàm plurimũ laudabilem, quia honestas & laudabiles personas assumpsit.

Hic tertio pontificatus sui anno, pro vtilitate terræ Sanctæ, quã personaliter visitare intendebat, Lugdunũ solẽne celebrauit conciliũ, in quo Grecorũ & Tartarorũ solẽnes nuncij interfuerunt. Greci ad vnitatẽ ecclesiæ redire promittẽtes, in signum cuius, Spiritum sanctum cõfessi sunt à Patre Filioque procedere, symbolũ solẽniter in cõsilio decãtando. Nuncij verò Tartarorũ infra Conciliũ baptizati, ad propria redierunt. Numerus autẽ prælatorum, qui fuerunt in Consilio, sunt quingenti epi-

IMPERATORES.

bus impedimentum, primitùs Christianorum subijcerent potestati. Et quum portũ ad Carthaginẽ, qui est propè Thuniciũ potenti manu cœpissent: infirmitas, quæ illo anno, maximè circa cõfinia maris viguit, in eodẽ Christianorum exercitu, nimis inualuit. Et primò quidẽ ex regis Franciæ filiis vnum: postea domini papæ legatum: & dominum Albanensem cardinalem: & demũ ipsum regem Christianissimum Lodouicum, cum plurimis Comitibus & baronibus, necnon & alijs simplicibus, de medio sustulit. Quã fœliciter antẽ rex prædictus terminauit, rex Nauarræ dño Tusculano per literas significauit. Nam in infirmitate sua, laudare nomen dñi non cessans, illam orationem quãdoq; interserebat: Fac nos, domine, prospera mũdi despicere: & nulla eius aduersa formidare. Orabat etiam pro populo, quem secum duxerat, dicẽs: Esto, Do-

Anni a Christo nato.

IMPERATORES.

domine, plebi tuæ significator & custos.

Et quum appropinquaret ad finem, suspexit in cælum, dicens: Introibo in domum tuã, adorabo ad templum sanctum tuum, domine: & confitebor nomini tuo. Et hoc dicto, obdormiuit in Domino.

Et quũ de morte pij regis Christianorum exercitus turbaretur, & Saraceni lætarentur: dominus Carolus rex Siciliæ, bellator egregius, pro quo adhuc viuens frater suus rex Fran-
1273 *ciæ miserat, nauigio, cum magna militia aduenit. De cuius aduentu, Christianis magnum gaudium, Saracenisq́ nimiam mœstitiam attulit. Et licet multò plures Saraceni, quàm Christiani videbantur: nullatenus tamen audebant bello generali cum Christianis aggredi, sed per quasdã alias astutias, multa ab eis incommoda inferebant. De quibus hoc vnum fuit. Est enim regio illa*

PONTIFICES.

Anni à Christo nato.

episcopi, sexaginta abbates, & alij prælati circiter mille. Hic in cõsilio multa bona instituit: videlicet, pro subsidio terrę Sãctæ, pro electione summi Pontificis, & pro statu vniuersalis ecclesiæ.

Hoc tempore Rodulphus rex Romanorum & rex Francorũ, cum multis Baronibus, pro subsidio terrę sanctæ, cruce signati sunt.

Hic papa fuit miræ experientiæ in secularibus, nec intendebat pecuniarum lucris, sed pauperum eleemosinis.

Mortuus est Aretij, & ibidem sepultus.

INNOCENTIVS.

CXCV.

INnocentius, quintus, natione Burgũdus, de Tarantasia, anno Domini millesimo ducẽtesimo septuagesimosexto, sedit mẽsibus quinque, & diebus duobus. Et cessauit põtificatus diebus octodecim. 1276

Hic

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

Hic à pueritia sua, in ordine fratrum Prædicatorum existens, doctor in sacra Scriptura eximius efficitur. Demum in archiepiscopum Lugdunensem, & postea in episcopum Hostiensem: tandem in summum pontificem assumitur.

Hic licet multa facere proposuisset, morte præuentus, nil notabile facere potuit.

Mortuus est Romæ, & in Lateranensi ecclesia sepelitur.

ADRIANVS. CXCVI.

1276 ADRIANVS quintus natione Genuēsis, anno Domini millesimo ducētesimo septuagesimosexto, sedit mense vno, diebus nouem.

Romæ eligitur in palatio Lateranensi.

Viterbij moritur & sepelitur.

Et cessauit pontificatus diebus vigintiocto.

Iste Adrianus fuit nepos

IMPERATORES.

illa multùm fabulosa, & in tempore siccitatis puluerulenta. Vnde statuerūt Saraceni plura milia hominū super vnum montem Christianis vicinum: vt quū ventus flaret ad partes Christianorum, sabulum mouentes, puluerem suscitarent: qui puluis multam molestiam intulit Christianis. Sed tandem puluere per pluuiam sedato Christiani factis machinis & varijs instrumentis, Tunicium per terram & aquā oppugnare intendebant. Quod videntes Saraceni, timore cōpulsi, pacta cum Christianis inierunt. Inter quæ hæc dicimus fuisse præcipua, vt omnes Christiani in regno illo capti, liberi dimitterentur: & quòd monasterijs ad honorem CHRISTI, *in omnibus ciuitatibus regni illius constructis, fides* CHRISTI *per fratres Prædicatores & Minores & alios quoscūq; liberè prædicetur: & volentes baptizari, liberè baptizentur: & solutis*

Anni à Christo nato. IMPERATORES.

expensis, quas ibi fecerant reges, Rex Thunij, regi Siciliæ tributari⁹ est effectus.

Plura alia pacta fuerunt, quæ hîc ponere longum esset.

Et quum ex aduētu domini Edouardi regis Angliæ, Phrisonum, & aliorū peregrinorū in tātum cre-
1273 *uerat exercitus Christianorum, quòd circa ducenta millia pugnatorū crederetur: & speraretur, quòd non solùm terram Sanctā, sed etiam totū Saracenismum subiugare debuissent: pecunijs extinguētibus, absque vlteriori vtilitate est dispersus. Nā legatus domini papæ, qui ipsos dirigere debebat, per mortē subtractus erat. Terra etiam Sancta, ad quam ire debebant, gubernatore peregrinorum carebat: quoniā Patriarcha, qui legatus erat in terra Sancta, defunctus erat. Sedes etiam Apostolica, quæ vtrobique prouidere debebat, tunc vacabat. Rex verò Nauarræ, qui in-*

PONTIFICES. Anni à Christo nato.

pos Innocentij quarti: & ab ipso, in cardinalem tituli sancti Adriani promotus: à domino Clemente quarto legatus in Angliā, pro bello quod inter regē & barones exortum fuerat, sedando, missus fuit.

Hic papa factus, statim constitutionem quam papa Gregorius decimus in concilio Lugdunensi de restitutione Cardinalium propter electionē summi pōtificis ediderat, suspendit: proponens, eam aliter ordinare. Sed morte præuentus: constitutionem sic suspensam reliquit.

IOANNES.

CXCVII.

IOANNES vigesimus primus, natione Hispanus, de ciuitate Vlixbona, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimosexto, sedit mensibus octo, & die vno. 1276

Et cessauit pontificatus post mortē eius, mēsibus sex, & diebus septem.

Hic

Anni à Christo nato. PONTIFICES. | IMPERATORES. Anni à Christo nato.

Hic pontifex Ioannes, Petrus antea dictus, in diuersis scientiis famosus; primò Tusculanus episcopus, tandē Romanus pontifex efficitur: qui sciētiarum florem, & pontificatus dignitatem, morum quadam stolidate deformabat: adeò, vt naturali industria pro parte carere videretur.

infirmus ex Aphrica processerat, in Siciliam veniens, iuxta Draponam, in domo fratrum Carmelitanorum defunctus est.

In hoc quàm plurimùm laudabilis fuit, quòd se tam pauperibus, quàm diuitibus communem exhibens multis: egenos studium literarum amplectentes, fouit: & beneficiis ecclesiasticis promouit.

Et quum sibi vitæ spacium & annos plurimos existendi crederet, & hoc coram aliis assereret: subitò cum camera noua, quam pro se circa palatium Viterbij ipse construxerat, solus corruit: & inter ligna & lapides collisus, sexta die post casum sacramentis omnibus ecclesiasticis perceptis expirauit: & ibidem in ecclesia sancti Laurentij sepultus extitit.

Quæ hinc porro sequuntur, Appendicis loco Basileensis editio adiecerat, nos vt Martiniana subiungemus. Videas Lector annotationes.

Anni à Christo nato.

IMPERATORES.

1272 SOLDANVS autem Babiloniæ, agrè ferēs quòd Eduardus rex Angliæ cū militia sua, in terra sua moram traheret: per quendam Saracenum, eidē regi domesticum, ipsum Regem solum in lecto iacentē, proditoriè venenato cultro læthaliter vulnerari procurauit. Qui læsione grauatus, de lecto exiliēs, propriis manibus hostē prostrauit: & de eodē venenato cultro statim eum interfecit. Et post paucos dies, medicamentis sanat⁹, ad partes suas rediit.

RODVLPHVS. CII.

1273 RODVLPHVS rex, imperauit apud Teuthones annis octodecim.

Hic quum fuisset Comes Habsburch, circà basilicam fuit electus in regem Romanorum, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimotertio. Quam electionem papa Gregorius decimus approbauit in fauorem terræ Sanctæ, ad quam

PONTIFICES. Anni à Christo nato.

NICOLAVS. CXCVIII.

NICOLAVS tertius natiōe Romanus, de domo Vrsinorum electus fuit anno Domini millesimo ducētesimo septuagesimooctauo, in die sanctæ Catharinæ Viterbij. Sedit annis duobus, mēsibus octo, diebus viginti duobus. Et vacauit pontificatus mensibus quinque, diebus vigintiduobus. 1278 *1277

Parum ante sui promotionem, Tiberis Romæ in tantum excreuerat, quòd super altare ecclesiæ sanctæ Mariæ Rotundæ per quatuor pedes & amplius supererat.

Hic pōtificatus sui anno 1. mense Martio, fecit vnā ordinationē quinque episcoporū: scilicet Prænestinum, Tusculanum, Hostiensem, Portuēsem, & Albanensem. Quorum Prænestinus, & Tusculanus, fuerunt seculares, Hostiensis & Portuensis prędica-

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

dicatorũ, Albanẽſis verò minorum ordinum. Item duos presbyteros, videlicet Dominũ Gerardum tit. xij. Apoſtolorũ, & Dn. Hieronymum de ordine fratrũ minorũ, tit. S. Potentianæ. Item duos M. Iordanum fratrẽ ſuũ ſancti Euſtathij, & Iacobũ de Colũna S. Mariæ in via lata, Diaconos Cardinales.

Hic palatiũ ſancti Petri multùm augmentauit, Et plurima ædificia faciens, iuxta illud paruũ pratum incluſit, & fontẽ ibidem profluere parauit, mœnibus & turribus múniuit: hortum magnum diuerſis arboribus decoratum includendo.

Hic etiã Carolũ regem Siciliæ à vicariatu Senatus amouit: ac ſe in Senatorẽ ad vitam ſuam eligi procurauit in Vrbe: ac conſtitutiões fecit de electionibus prælatorum & Senatoris Vrbis, & Senatum ipſum ferè per duos annos regi fecit.

Mor-

IMPERATORES.

quam plurimùm anhelabat proficiſci.

Hic ad petitionem dicti papæ, & rex Francorũ cum multis baronibus receperunt crucem transmarinã.

Hic fuit in armis probus, prudens & ſtrenuus.

Anno Dñi milleſimo ducẽteſimo octuageſimonono, 1289 *dũ Litaniæ fierẽt ſancti Marci, Tripolis ciuitas capitur à Soldano & Saracenis. Fuerũtq́; capti & occiſi plures Chriſtiani: & Chriſtianitatis nomẽ & cult⁹ deletũ eſt.*

Anno Dñi milleſimo ducẽteſimo nonageſimo, Kal. 1290 *Iunij, Achon ciuitas à Saracenis capitur: occiſis ibidẽ plus quàm triginta millibus perſonarũ vtriuſq́; ſexus. Cui⁹ perditionis cauſa fuiſſe fertur multitudo dominorum, & diuerſitas nationũ: quæ ibidem faciebat contrarietatem voluntatum.*

Eodẽ anno mortuus fuit Rodolphus rex, ſine benedictione Imperiali: & apud Spiram Alſatiæ ciuitatem, ſepultus fuit.

 ADOL-

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

Mortuus est in Suriani castro, prope Viterbium, vbi cardinales & curiales in Viterbio morantes interdum ad suum conspectum vocabat, celeriq; successu mortis hora præuentus, anno Dñi M. CCLXXX. Kal. Septemb. decessit, & vacauit sedes mensibus 5. diebus 32. Post eius mortem statim Hannibaldenses, quam cito decessum eius sciuerunt, conuocatą parte sua Capitolij & totarum vrbis existentiũ sub custodia vicariorum, quos idem Nicolaus papa constituerat, partem dominij inuictis Vrsinis habuerũt. Ita quod ex pacto inter eos habito, pro parte Hannibaldẽsium vnus pro parte Vrsinorum, alius in Capitolio Senatoris officium gerentes fuerunt cõstituti, sub quorum regimine multa homicidia, plurimæ dissensiones, & alia mala quam plurima sunt habita tam in vrbe, quam in eius districtu, & impunita. Viterbienses tunc parum post obitum ipsius Papæ Dn. Vrsum nepotem D. Nic. Papæ ab officio potestariæ turpiter amouerunt: licet absente hoc posteà in obsessione Castri Valeriani existentes, à domino Bartoldo fratre dicti Vrsi cum adiutorio Tudertinorum fuerunt imbecilles debellati. Ita quod quasi sine bello, defensionis campũ relinquentes & tentoria, multi fugientes ex eis capti sunt, & aliqui interfecti; eo tempore parabat nauigium Petrus de Arogania, de quo plenius dicetur inferius.

MARTINVS CXCIX.

1281 MARTINVS quartus, natione Gallicus, de Turonis, electus fuit Viterbij, anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimoprimo, in die Cathedræ sancti Petri. Et sedit annis quatuor, mense

vno,

vno. Et vacauit pontificatus diebus quatuor. Et coronatus fuit in vrbe veteri decimo calendis Aprilis.

Hic antea Simon dictus tituli S. Ceciliæ presbyter Cardinalis, fuitque per Dn. Vrbanum Papam 4. promotus ad Cardinalatum, & per eundem Vrbanum primo, & secundo per Dn. Gregoriũ decimum in Franciam missus legatus, per plures annos ibidem extitit. Hic paulò ante eius promotionem à Viterbio discedens, noluit ibidem coronari. Sed se transtulit ad vrbem veteré, & ibi coronatus fuit decimo. Kalend. April. & ordinationem in vigilia Resurrectionis Dominicæ proximè sequenti faciens, prædictum dominũ Gerardũ tit. Sanctorũ Apost. in Sabineñ. ac præfatũ Dñ. Hieronymũ tit. S. Potentianæ Prænestinũ presbyteros Card. Episcopos. Dñ. Hugonem Anglicum tit. S. Laurentij in Lucina, Dñ. Geruasiũ tit. S. Martini in mõte, Dñ. Gaufridũ Burgundũ tit. S. Susannæ, & Dñ. Ioanné Coletum tit. S. Ceciliæ Comitem Mediolanensem in presbyteros. Dñ. Verò Benedictum tit. S. Nicolai in carcere Tulliano Diaconum Cardinalé promouit. Hic electus in Senatorem Vrbis ad vitam loco sui instituit regem Siciliæ in Senatorem, & de domo seu familia ipsius regis existentis in Vrbe veteri sumpsit milites ad regẽdum tam patrimoniũ, quam Campaniã, Marchiam & ducatum. In Romandiolam verò destinauit comité Dñ. Ioannem de Apia, cum stipendiariis Francigenis ferè octingentis contra Guidonem montis Feltri, qui terram Ecclesiæ in illis partibus occupatam detinebat. Qui Guido de ciuitate in ciuitaté maliciosè se transferens infra Fortalicia se tuebatur interdum prædam capiens, vt ex ea sequa-

quaces sui pascerentur. Eo tempore quadā die Dominica, per quendam Latinum de familia regis, & alium Vrbeuetanensem fuit exorta dissentio magna, inter gentem Regis & Vrbeuetanēses. & vt multi referunt, Raynerius tunc capitaneus Vrbeuetanus ad id satis videbatur assensum præbere, vt rex & Gallici, vituperium sustinerent & damnū: Nam cum tumultus magnus haberetur per terram, & clamores validos emitterent Vrbeuetani, mortem ad Gallicos exclamantes, idem Raynerius sæpè vocatus, vt gentem suam refrenaret, se fingebat infirmum: Sed tandem cessauit dissensio, aliquibus hinc & inde vulneratis, & quam pluribus Vrbeuetanis interfectis, de familia regis vno tantum Gersone moriente, cū de plurium morte nihil sciretur. Demum æstate & hyeme completis in mense Febr. primo anno pontificatus domini pāpæ prædicti, eodem domino residente in vrbe veteri, piscis marinus in effigie leonis captus fuit, in illa plaga maritima quæ sita est versus montem altum, & portatus apud vrbem veterem, multitudine curialium illuc ad vidēdum hoc monstrum accedente, nec mirum, quia pellis pilosa, pedes breues, cauda leonina, caput verò leoninum, aures, os, & infra dentes, & linguam habebat quasi leo. Referebatur itaque quod in eius captione plāctus horribiles emiserat: Sic quod multi prognostica futurorum ex inde asserebant. Et ecce paulò pòst in regno Siciliæ Panormitani succēsi rabie Gallicos qui morabantur ibidem omnes tam mares quam fœminas ac senes & iuuenes in prædicti regis contemptum occiderūt, & quod fuit detestabilius, aperiētes latus mulierum Latinarum prægnantium, quæ dicebantur à Gallicis

concepisse, partus earum occidebant antequam nascerentur: Deinde tota Sicilia sic rebellans supradictum Petrum regem Arragoniæ, in suum defensorem & dominum vocauit. Eodem quoq; concursu tēporis inter Romanos fuit dissentio maxima, & paratis hinc & inde aciebus pars Vrsinorū contulit se Prænestam. Hannibaldi verò credentes se contra eos habere bellum campestre, illuc se transtulerunt cum vicario vrbis, qui certis de caussis eos fouebat, & eos tuebatur, & vastarunt tractum vsque ad muros Prænestę, nō sine multorum occisione Vrsinorū fortalicio se continentium. Itaque die Iouis 2. Kalend. Maij præfatus Io. de Apia contra Guidonē de mōte Feltriburgum, ciuitatis Fori Liuij cœpit hostiliter, & per hanc diem & noctem sequētem ibidem cum comitiua sua remanens die crastina, prima die Maij aggregatis aciebus tres turmas militum & vnā equitum stabiliens in Burgo, in facie ciuitatis Fori Liuij. Sed pars aduersa tam per ipsam portā quā per alias diuersimode suos emisit bellatores: vt plus astutia quam iure belli posset dictum Ioannem debellare. Sicque factus est huiusmodi conflictus, in quo cecidit comes tam nobilis pugil ecclesiæ ferè cū quingentis Gallicis: ex aduerso verò quam plures nobiles, & ignobiles, ferè mille quingenti. Tandem nocte superueniente, superstites ad suam partem traxerūt, nulli victoria, Gallicis tamen capitositate attributa: Eodem concursu inter Anglicos & Gallenses durissimum bellum fuit. Tunc & in Tunicio magna paganorum multitudo per ipsius Petri Regis Arragonum astutiam inter montiū districtum fuit depressa, & ibi occiderunt paganorum quam plurima milia,

Anni à Christo nato. PONTIFICES.

lia, partis aduersæ forte tria milia. Tunc etiam Soldanus de Babylonia à Tartaris fugatus est. per octo diætas occisi dicuntur pagani vltra quinquaginta milia, sed viribus, & animo resumptis Soldanus dictos Tartaros Orientales fugans circiter ccxxx. millia Tartarorũ in huiusmodi fuga dicitur occidisse. Tũc temporis circa festum Natiuitatis B. Ioannis Baptistę, dictus Dn. Papa se transtulit apud Montem Flasconem. Sed Romani paruipẽdentes eundẽ, exercitu congregato contra Cornetũ, eo vidente vineas, hortos & blada vastarunt, & exinde alias parum facientes recesserunt. Perusini tunc contra inhibitionẽ Papæ supra Fulginã exercitum faciẽtes, quicquid extra muros ciuitatis fuit, vndiq; deuastarunt, excõmunicationis sentẽtiam proinde promulgatã incurrentes. Paulò post princeps filius Dñi Karoli Regis Hierusalẽ & Siciliæ rediit de Francia in Apuliã, magnaq; militũ comitiua secuta est eundem, inter quos Comes Elensonẽsis frater Regis Frãciæ, Comes Atrebatẽsis, Comes Boloniẽsis, Comes D. Martini, & Comes Burgundiæ venerũt cum multis nobilibus, eodem Rege Carolo de partibus Sicilię vbi fuerat in obsidione Messanensi & parum profecerat iam reuerso in Calabriam, & eo existente in plano sancti Martini: post hæc ipse Karolus & Petrus prædictus de Arragonia, qui iam Siciliam occupauerat, & se fecerat in Regem Sicilię coronari contra Dn. papæ inhibitionem, & propter hoc erat excommunicatus, & Regno Arragonię priuatus. Belli pactũ taliter inierunt, quod eorum quilibet haberet centum milites, quos vellet & posset in plano Burdegalensi paratos ad pugnandum ad inuicem centum contra centum,

inter quos ipsi duo Karolus & Petrus computari debebant, prima die Iunij anno Domini M. cclxxxiij: & qui victus esset, perpetuo infamis, & priuatus nominis Regij honore, de cætero cõtentus vno seruiẽte, cum eo solus incederet. Non veniens ad dictum diem sit paratus pœnas similes atque etiam periurium incurrere. Sed hoc certamen quo minus succederet rex Angliæ, effecit qui sua intercessione impediuit. Dum hæc agerentur dictus papa destinauit Dn. Guidonẽ de monte forti, virum strennuum in Romaniolã, vt eius præsentia confortarentur stipẽdiarij D. Papę. Quo illuc veniente, Guido mõtis Feltri terras & ciuitates occupatas per eũ vt pręscribitur prędicto Guidoni nomine ecclesię restituit, iurans mandatis ecclesiæ se pariturũ, & ad locum per ipsum Guidonem de mõte forti sibi statutũ, se transtulit, vsq; ad mandatũ Dn. Papæ mãsurus. Sic, quod terra Romaniolę ad ipsius Dn. Papę mandatũ rediẽs, suscepit ipsius Dn. nũcios, excepta ciuitate Vrbinate, quã dictus Guido de mõte forti post hæc aggrediẽs hostiliter, quicquid extra muros fuit, deuastauit, & in eius aduẽtu quinq; castra cepit dictorũ Vrbinatensiũ fortia & habitantes in eis ad mandatum suum venire sunt compulsi. Eo tempore regnũ Arragoniæ, per milites & stipendiarios Regis Franciæ, cum auxilio cuiusdã nobilis de Arragonia qui nominabatur longo, inuaditur, & multa castra occupata fuerunt, & multi de Arragonia ceciderunt, Petro prædicto absente & procurante sibi subsidium, qualiter posset regnũ ipsum, quo iã priuatus erat, defendere: Hisq; sic concurrentibus, Romani more solito & eis innato, à regimine vrbis quendã nobilẽ de Apulia vicariũ

Anni à Christo nato.
PONTIFICES.

Vrbis officium Senatoriè gerentem, expellentes de officio, eum custodię mancipatum detinere præsumpserunt, succedenteque rumore populari per aliquorum vrbis nobilium instigationē, vt fertur, quēdam Romanum nomine Ioannem Sincij, Fratrē Dn. Latini tunc Ostiensis Episcopi in Capitaneum vrbis, & Reipub. defensorem inuocārunt. Qui licet parū rexerit, multos Romanos offendit: & domos Romanorum in pede montis non sine spoliatione dirui fecit: Sed Romani ad mandatum papæ reuersi susceperunt vice Dn. Papæ duos vicarios Senatoriæ, videlicet Annibaldum Petri Annibaldi, & Pandulphum de Sabello, sub quorum regimine Romani quieti fuerunt, quorum multi credebātur cum præfato Petro Arragoniæ confederationem inisse. Post hæc præfato Rege Siciliæ de Franciæ partibus descendente, per mare se trāstulit versus Apuliā: Cuius aduentum Siculi, & Hispani, in Messanensibus partibus commorantes per mare fortia habētes cū xxvij. Galeis armatis, & munitis per mare prope Neapolin, vt sua sagacitate possent ibidem aliquos offendere ante Regis aduentum. Et tandem per vij miliaria propè portum Neapolitanū existentes, multos proferebant clamores, & indicia faciebant, quibus mouerent Gallicos ibi existentes ad pugnandum: Tandem princeps Salernitanus filius Regis Sicilię primogenitus, qui dimisso certis de causis Comite Atrebatensi in Calabriam illuc venerat, motus & incitatus indiciis & clamoribus huius animositatis, damnose sumens insolitam audaciam, cum suis bellatoribus Galeias intrauit, & præfatos inimicos aggrediens contra eos pugnauit viriliter cum paucis Galeijs,

Anni à Christo nato.

leiis, septemdecim Galeijs de suis per fraudem nautarum reuertētibus Neapolin, in quibus nobiles erāt & strennui pugnatores: Verum idem princeps cum suis remanentibus debellatus fuit & captus non sine magna occisione inimicorum suorum: sed quia viles erant Galeoti, & nullius nominis, non fuit æquale damnnm ad paucos Gallicos, qui fuerunt ibidem interfecti, & aliqui capti, qui velut ignari maris præliorū, sunt experti, quod non fuit ludus in vndis: Sic quod dictus princeps cum suis ductus fuit Messanā, et custodię carceris mācipatus: Et quarta die sequēte pater venit Neapolin. Neapolitanos qui iam post captionem principis speciē rebellionis assumpserāt, & fugarāt Gallicos, & spoliauerant, castigauit, & eos cōniuentibus oculis quasi insciꝰ à suis sequacibus cruciari permisit. Tandē post multos euētus qui plenius describētur inferius dictus rex parato exercitu versus regiā in Calabriā vbi dictus Comes Atrebatē sis viriliter se rexerat, se trāstulit, vt Pharū trāsiret, cupiēs Messanēsem ciuitatē obsidere: Sed quod cōcepit, tūc adimplere nequiēs, multa vasa sua in portum Brumdusij, ne per flatus hiemales vastarētur, aut caperentur ab inimicis, reliquit. postmodū recludēs reliqua, per mare, vt passagia custodirent, destinauit. Interea Comes Rubeus pater vxoris præfati Guidonis de Mōte Forti, diē clausit extremū, quo audito, idē Guido de Mōte Forti de licētia Dn. Papę, exercitū ecclesiæ relinquēs Vrbinati, se trāstulit in Tusciā, vt terrā quę sibi spectabat ex morte dicti comitis, quā impetebat Comes S. Florę, defensaret: Sicq. eodē Guidone in dicta terra manente cum paucis sequacibus, Comitiua Comitis Anguilariæ, terram ipsam hostiliter,

vt

Anni à Christo nato.

vt Dn. Guidonē offenderet, inuasit: quod cum sciret idem Guido, cum paucis occurrere non tardauit, & quadam die strenuè se gessit in prælio contra gētem ipsius Comitis Anguillariæ, prout testatur euentus: nam ibi sagaciores Tusciæ, & de Amicitia ipsius Comitis Anguillariæ fortiores ceciderunt, quorum capti aliqui, & aliqui interfecti, ipso Dño Guidone grauiter in canna vulnerato. Eodem tempore præfatus summus pontifex malitiam, & nequitias Raynerij Capitanei Vrbeuetani sustinere nō valens, exinde discedit die Martis post festum D. Ioannis Baptistę, & secunda die Castrum plebis intrauit. Deinde grauitate corporis detentus ibidē remansit, vsque ad diem dominicam post festum B. Michaëlis. Tunc exiens Castrum plebis in die S. Francisci Perusium intrauit, vbi cum ingenti gaudio & honore multiplici à Perusinis, qui iam meruerant absolui à sentētia excommunicationis supra dicta, fuit receptus: medio tempore Comes de Vigniaco, qui remāserat in obsessione Vrbinati, inuadens Vrbinatenses imprudēter contra præfati Dn. Guidonis de monte forti, instructionem extitit interfectus. Deinde præfatus Raynerius de vrbe veteri, incrassatus in officio Capitaniæ, quod gesserat in vrbe veteri, in tantam dementiæ ac prauitatis Gibellinæ prorupit audaciam, vt Guelphos de vrbe veteri, eo nobiliores & potentiores suppeditare totaliter niteretur: Sed Guelphi sumptis viribus & inuocato præfato Dño Guidone de mōte forti, qui eis adherebat, ipsum Raynerium cum filiis suis primo, tandem omnes Gibellinos sibi adhærentes, ab vrbe veteri turpiter antequam prædictus Guido festinans veniret, eiecerunt. His vndiq; sic concurrentibus,

Anni à Christo nato.

tibus, Carolus paulo pòst infirmitate graui concussus licet se non patientem pro viribus suis ostenderet; vt animati fortius, & exanimes sagacius animarentur, & ne, sic quidem ipsius regis infirmitas nota fieret, quam euadere cito sperabat, ordinato regni statu primitus communicato suorum prudentiú con silio, salutareq; corpus Christi, cum vnctione extrema suscipiens, in fideli ipsius Christi nominis inuocatione die Dominica septima mēsis Ianuarij in domino requieuit: post hæc idem summus pontifex, audita præfati regis morte damnosá lugubres dies cum Cardinalibus, & Perusinis, sicut decuit celebrās, ad celerem succursum præscripti principis suorumq; hæredum, nec non & Atrebatensis comitis strenuissimi, per cuius industriam inclytæ probitatis animositate decoratam regnicolę quā plures potius timore qua fidelitatę præstabant Gallicis obsequium, impendendum animum disponens, negocia quæ gerebat, ex diuersis mundi partibus veniendo ipsum retardabant. Ideoq; summam quandam pecuniæ ferè c^m. librarum Turonensium eidem Comiti destinauit: & paulo pòst videlicet die resurrectionis Domini, quæ fuit in die annūciationis virg. Marię, postquam celebrasset, solitāq; refectionem cum suis Capellanis sumpsisset, arripuit eum infirmitas occulta, ex qua licet se grauiter pati diceret, eius Physici morbum & causam in eo nullam nullumque mortis indicium asserebant esse. Ipse verò die Mercurij proximè sequenti circa noctis horā quasi sextam debitum conditionis exoluēs humanæ, ad dominum, vt certis opinatur indicijs, transmigrauit, & vacauit sedes quatuor diebus: Nam diuersarum afflicti passionum, &

spe-

Anni à Christo 1410. PONTIFICES.

ſpecialiter viſus, auditus, & loquelæ proſtrati iuxta feretrum, in quo corpus eius exſtitit ſepultum, infra paucos dies videntibus & aſſiſtentibus clericis & laicis quam pluribus, multi ſunt ſanati, nec adhuc quãdo fuit hæc ſcriptura protacta, xij. menſis Maij ceſſabant ibidem miracula, verius imo diebus ſingulis occurrenti populoſæ fidelium multitudini miſericorditer à Dño largiuntur, & qui ſcripſit hæc, vidit ea.

HONORIVS. CC.

1285 HONORIVS quartus, natione Romanus, de Sabellenſibus, prius diaconus cardinalis: electus fuit Peruſiis anno Domini milleſimo ducenteſimo octuageſimoquinto, die ſecunda Aprilis: & Romæ, apud ſanctum Petrum cõſecratus, & coronatus. Sedit annis duobus, die vno. Et vacauit pontificatus menſibus decem, diebus duobus.

Hic fuit omnino homo temperatus, & magnæ diſcretionis: impeditus tamen corpore in pedibus & manibus: libenter vbique pacem quærens. Hic ſtatim poſt electionem ſuam tam Comiti Atrebatenſi in Apulia viriliter militanti, quam cæteris ſtipẽdiariis in diuerſis partibus, per Dn. Martinum prędeceſſorẽ ſuum ordinatis, eos animosè confouendo præſtitit ſtipendia, & animauit ad ſuſcepta negocia ſollicitè proſequenda.

Romæ obiit in die paraſceues apud ſanctam Sabinam: & apud Sanctum Petrum ſepultus fuit.

NICOLAVS. CCI.

1288 NICOLAVS quartus, natione Longobardus, ex Marchia Anconitana, de Eſculo ciuitate, electus fuit in feſto ſancti Petri, anno Domini milleſimo

Anni à Christo nato. PONTIFICES.

mo ducétesimo octuagesimo octauo. Seditq; annis quatuor, mense vno. Et vacauit pōtificatus annis duobus, mēsibus fermè tribus.

Hic prius dictus frater Hieronymus, de ordine Minorum fuit: quorum minister fuerat generalis, & exinde presbyter cardinalis.

Hic Pōtificatus sui anno primo, fecit vnam ordinationē Cardinalium.

Obiit in die Paschæ, & sepultus fuit apud sanctā Mariam maiorem.

COELESTINVS. CCII.

1294 Coelestinus quintus, natiōe de Terra Laboris, propè Sullonē, electus fuit anno Dñi millesimo ducentesimo nonagesimoquarto, die septīma Iulij. Seditque mensibus quinque, diebusquinque. Et vacauit pontificatus diebus decem.

Hic prius vocabatur frater Petrus de Murone, ordinis

IMPERATORES. Anni à Christo nato.

ADOLPHVS. CIII.

Adolphus rex imperauit apud Teuthonicos, annis sex. 1292

Hic antea fuit Comes in Nansone: & electus fuit anno Dñi millesimo ducentesimo nonagesimo secūdo.* *Nassoue.

Hic fuit vir strennuus in armis, sed potentia non multum.

Huius tempore ortū est bellum in Vasconia, inter Philippum regem Franciæ, & Eduardum regem Angliæ: in quo plurimi perierunt.

Hic Adulphus dominum Ioannem Cabillonēsem constituit vicarium suum, & misit in Tusciam: quē Bonifacius papa fauorabiliter recepit.

Hic Adolphus congregauit exercitum cōtra ducem Austriæ Albertū, Rudolphi prædecessoris sui filium: pugnauerūtq; simul: in qua pugna Adolphus occiditur, & sui in fugā conuertūtur, anno Domini, millesimo

Anni a Christo nato. IMPERATORES.

lesimo ducentesimo nonagesimo octauo, & caruit
1298 benedictione Imperiali.

ALBERTVS. CIIII.

1298 ALbertus rex
1299 imperauit apud Teutonicos annis decem.

Fuitq; Rodolphi filius, & dux Austriæ.

Hic, quum prædecessorē suum occidisset, electus fuit Aquisgrani in regem, anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo octauo.

1299 *Ipse misit nūcios solemnes anno sequenti ad papā Bonifacium octauum, pro approbatione electionis suæ: quem idem papa multis rationibus allegatis repulit prima vice, & asseruit esse nullam.*

Nota. *Postmodum verò suborta graui discordia inter eūdem papam & Philippum regem Franciæ, idem Bonifacius Albertum in imperatorem approbauit: eidem subiiciens regnū Franciæ, sicut & alia regna.*

Anno Domini millesimo

PONTIFICES. Anni a Christo nato.

dinis qui dicebatur sancti Damiani, sub regula sancti Benedicti, quasi eremita degebat in magna austeritate vitæ, multos habens discipulos in illis circumuicinis partibus, quibus ipse ita præerat tanquam pastor, & pater.

Huius electio admiranda & inopinata fuit.

Persiterant enim cardinales duobus annis & amplius fixi: & diuisi in voluntatibus, nequeuntes concordare.

Et tandem audita sanctitate vitæ huius fratris Petri, ipsum in Perusio, quo cardinales se transtulerant de Roma, post obitum Nicolai quarti, elegerunt: & miserunt cardinales inde electionis suæ decretum ad ipsum, qui tunc erat in partibus Abrutij, in habitaculo suo colens Deum. Et postmodū venerunt ad ipsum, & in Aquileia, in ecclesia sanctæ Mariæ de Colomadio,

dio, in festo decollationis sancti Ioanis Baptistę consecratus & coronatus fuit. Deinde iuit Neapolim, vbi fecit vnam ordinationem cardinalium magnam, inter quos erant duo ex ordine suo.

Hic homo Dei, in secularibus rebus minus expertus, Theologiæ & orationi magis deditus fuit: elegitq; abiectus esse in domo Domini, & habitare secum. Vnde edita postea à se constitutione, quòd papa Romanus posset papatui cedere: Ipse in vigilia sanctæ Luciæ, Neapoli, in conspectum fratrum Cardinalium, resignauit papatus oneri & honori, deponens ibidem papatus insignia, & exuit se papalibus indumentis. Et post cessionem latere voluit, & redire ad eremum, sicut prius. Sed comprehensus in fuga, per missos Bonifacij, successoris sui, reductus fuit: & in castro Fumonis, in custodia Bonifacij papę retentus. Nec deinceps ab aliquibus tūc dubitantibus, vtrum papa posset papatū resignare, in scandalū ecclesiæ & ipsius Bonifacij, pro papa haberetur.

Hic prius & posterius, dictus fuit Petrus de Murrone. Et postea superuixit anno vno, mensibus quatuor, diebus vigintiocto. Et sepultus fuit in monasterio sancti Antonij de Ferentino, ordinis sui, prope maius altare, anno Domini millesimo ducentesi- 1296
mo nonagesimosexto.

Hic multis claruit miraculis. A Clemente quinto, papa, sub nomine sancti Petri canonizatus fuit.

BONIFACIVS. CCIII.

BONIFACIVS octauus, natione Campanus, de Anagnina, electus fuit Neapoli, in die proximo 1296
vigiliæ Natiuitatis Domini, anno ipsius Dñi, mil- *1294
lesimo ducentesimo, nonagesimo quarto, suo præ-

Anni a Christo nato. PONTIFICES.

decessore viuente. Seditque annis octo, mensibus nouem. Et vacauit pontificatus diebus decem.

Hic primò fuit vocatus Benedictus Caietanus. Et prius fuit solemnis aduocatus in curia: deinde domini papæ notarius; & postea, tituli sancti Martini in Montibus præsbyter cardinalis, & tandem papa.

Hic statuit festa Apostolorum, quatuor euangelistarum, & quatuor doctorum Gregorij scilicet, Augustini, Ambrosij & Hieronymi: sub honore festi duplicis celebrare. Villam Apanensem in nouam ciuitatem erexit, & ciuitatem Prænestinam honore episcopatus priuauit, & eam subuerti fecit.

1296 Anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimosexto, iste papa fecit processus contra * Colonenses: eo quòd Stephanus de Colona thesaurum suum deprædatus fuerat. Deinde Iacobus & Petrus de Colona cardinales, vidētes contra se papā commotum, libellum famosum confecerūt, cōtra ipsum, quē ad multas partes mūdi miserunt: asserentes in eo, ipsum nō esse papam, sed Cælestinum tantùm. Vnde citati à Bonifacio, non veniētes, tandē fuerunt sicut schismatici condemnati, & priuati capellis rubeis, beneficiis ecclesiasticis, & cardinalatus titulo, commodo & honore. Insuper bona ipsorum, & filiorū Ioannis de Colona, Agapeti, Stephani & Siarrę fuerunt pari-

* Columpnen.

1297 ter confiscata, in die Ascensionis Domini, anno sequenti. Prædicti verò Iacobus & Petrus, à facie Bonifacij persequentis latuerūt: donec Bonifacius mortuus & sepultus fuit.

1297 Hic papa canonizauit Lodouicū regem Franciæ.

Anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimoseptimo, Bonifacius Sextum librum Decreta-

lium

lium, quem fieri fecerat, publicauit.

1298 Anno sequenti reconciliauit sibi & ecclesiæ, Alphonsum regem Arragonum: & absoluit à sententia excommunicationis: & regnum Arragonum sibi restituit: regnumque Sardiniæ, sub certis pactis sibi concessit.

Tunc Reate, vbi papa resedit, & in vicinis partibus in Festo S. Andrææ maximus erat terræ motus, & multa ædificia diruit: & pluribus diebus, non tamen continuè durauit. Ita quòd papa ibidem apud Prædicatores, in tentoriolo de subtilibus asseribus facto, quieuit: & homines de nocte ad campum fugerunt.

Illis diebus papa fecit quatuor cardinales, & post-
1300 modum alio tempore duos cardinales fecit.

Iubileus Anno Domini millesimo trecentesimo hic papa cōcessit plenam indulgētiam omnium peccatorum, omnibus visitantibus limina Apostolorum Petri & Pauli Romæ, & facientibus ibi quindenam infra ipsum annum. Et statuit eandem indulgentiā in posterum, in omni anno cētenario, ab omnibus visitantibus eā sacra limina sic haberi. Et ita factus fuit Romæ magnus concursus populorum ex toto orbe.

1301 Anno sequenti, in Autummo, apparuit cometa in Occidentali parte, in signo Scorpionis, aliquando ad Orientem, aliquando ad Meridiem suos radios emittebat, durauitque per mensem.

Tunc corpus cuiusdam nomine Armanni, quod trigintauno annis tanquam sanctum in ecclesia Ferrariensi extiterat, veneratum fuit, studio & mandato Inquisitorum hæreticæ prauitatis, in illis partibus exhumatum & combustum, tamquam damnati hære-

Anni Christo nato.

IMPERATORES.

simo trecẽtesimo primo, Bo
1301 nifacius octauus, papa, qui contra Philippũ regẽ Franciæ plura conceperat, prouocatus, literas suas transmisit eidem Regi, ad perpetuam rei memoriã, in quibus mandauit eidem, quòd quum ipse Papa dominus esset in spiritualibus & temporalibus in vniuerso mundo, volebat quòd recognosceret regnum Franciæ ab
Nota. eodem: & contrarium sentire, hæreticum iudicabat. Fueruntq; literæ huius, in regis Frãciæ palatio coram pluribus, concrematæ: & sine honore remissi nuncij, qui portarant eas. Et tunc idẽ arctari fecit oẽs vias & exitus regni sui. Quo anno idem papa excõmunicauit omnes impedientes, qui veniebant ad Romana curiã.

Postea idem rex conuocatis prælatis, baronibus, ac comitibus regni, Parisiis Concilium celebrauit, petens consilium & auxilium contra papam prædictum: & obiecta fuerunt eidem

PONTIFICES.

Anni Christo nato.

tici: & eius ara preciosa, destructa fuit.

Hic papa constitutionẽ fecerat, in qua se dominũ spiritualẽ & temporalem in vniuerso mundo asserebat. Vnde requisiuit Philippum regem Franciæ, vt à se regnum suum cognosceret. Quod rex facere contempsit.

Vnde, anno Domini 1302
millesimo trecẽtesimo secundo, calendis Nouembris, Romę Bonifacius papa celebrauit Concilium contra Philippum regem Franciæ: quod per annũ & amplius conuocauerat: ad quod conciliũ plurimi magni prælati non venerunt.

Anno sequenti, papa excommunicauit Philippum regem Franciæ, quia pecuniam extra regnum suũ portare non permisit. Et Alberti regis Romanorũ electionem admisit, subiiciẽs sibi regnũ Frãcię.

Sequẽti anno in vigilia 1303
Natiuitatis beatæ Mariæ, Boni-

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

Bonifacius papa in Anagnina ciuitate suæ originis, cum curia residens in gente sua, cōsciis aliquibus domesticis suis, proditus fuit: & à suis quasi solus derelictus, ab inimicis, vexillifero Guilielmo de Nogareto, de sancto Felice, diœcesi Tholosano, complicibus & consentaneis Colonensibus captus & detentus fuit. In qua captione, papa præposita sibi cruce & sanctorum reliquiis dicitur Philippo regi Francorum, quo procurante capiebatur, vsque in quartam generationem maledixisse, & dictum Guilielmum hæreticum & hæretici filium ostendisse, nec in manibus inimicorum suorum vnquā territum fuisse: & thesauris suis deprædatus fuit, cum ignominia magna ecclesiæ Anagninæ. Postea liberatus tertia die. Deinde iuit Romam, & trigesima die à captione sua, in loco doloris

IMPERATORES.

eidem papæ crimina, & titulus hæresis: suoq; prædecessore viuente intrusio, & ingressus illegitimus ad papatum: & quòd ei non erat parēdum. Fuitq; facta cōtra ipsum prouocatio ad cōcilium generale.

Anno sequenti, mense 1302 *Iulio, prope Cortracum fuit campestre bellū inter Gallicos & Flandrenses: vbi flos militiæ Gallicanæ in cāpo tam mirabiliter quàm miserabiliter cecidit: non tā virtute hostium quàm incautè pugnantium Gallicorum, irruentiū inconsultè. Ibiq; mortuus est Robertus Comes Atrebatēsis, Radulphus de Nigella Conestabilis regis Franciæ, & plures nobiles, barones & milites in foueis & fossis, vbi quum caderent, surgere minimè præualebant.*

Anno millesimò trecētesimo sexto in festo sanctæ Mariæ Magdalenæ, de voluntate regis Franciæ oēs Iudæi in regno Franciæ capti fuerunt vna die, confiscatis bo- 1306

loris & amaritudinis, inter angustias spiritus positus, quum corde esset magnanimus, Romæ obiit, quinta Idus Octobris: & sepultus fuit in ecclesia sancti Petri.

BENEDICTVS. CCIIII.

1303 BENEDICTVS vndecimus, natione Longobardus, de Teruisio: electus fuit anno Dñi millesimo trecentesimo tertio, vndecima Calendis Nouẽbris; & coronatus sequenti Dominica. Et sedit mẽsibus octo, diebus septemdecim. Et vacauit pontificatus mensibus decem, diebus vigintinouem.

Hic prius vocabatur frater Nicolaus. Et in ordine prædicatorum, decimoquarto ætatis suæ anno, religiosè nutritus & conuersatus lector extitit multis annis: & postea Prior, prouincialis Longobardiæ; deinde magister ordinis fuit, & inde ad cardinalatum, & Hostiensem episcopum, denique assumptus fuit ad papatum.

Hic in aduẽtu Domini duos cardinales fecit: quorum vnus vocabatur frater Guilielmus Anglicus, magister in Theologia, quem viuentem credebat: antea in æstate obierat: loco cuius, in Quatuor temporibus sequentibus alium fecit.

Hic denunciauit publicè excommunicatos generaliter authores sceleris Bonifacij prædecessoris sui: & nominatim Guilielmum de Nogareto, & Siarram de Colona, cum quibusdam aliis.

Hic reconciliauit Iacobum & Petrum de Colona, olim cardinalatu à prædecessore suo priuatos, ad ecclesiæ vnitatem: sed non ad cardinalatum, restituens eis quæ sua fuerant, quæ tunc ecclesia tenebat.

1304 Anno sequenti post Pascha, papa iuit Perusium:

&

Anni à Christo nato. PONTIFICES.

& dissidium obortum inter Bonifacium papam & regem Frãciæ sedauit, & priuilegia & libertates, quibus Bonifacius ipsum regẽ priuauerat, sibi restituit: & concessit, sicut antiquitus habebat.

Hic obiit Perusij, nonis Iulij: & ibidem sepultus, in ecclesia Prædicatorum ante altare: qui miraculis dicitur claruisse.

1305 Et vacauit pontificatus per annũ sequentem, vsq; ad quintum diem mensis Iunij, cardinalibus stantibus inclusis: quamuis multum arctatis à Perusinis, vsque tunc *nolentibus concordare. *nõ valentibus

CLEMENS. CCV.

1305 CLEMENS quintus, natione Vasco, de loco qui Viandam dicitur, Burdegalensis diœcesis, ex patre Bernardo milite: electus fuit in Perusio, anno Domini millesimo trecentesimo quinto, nonis Iunij. Et sedit annis octo, mensibus decem, diebus quindecim. Et vacauit pontificatus annis duobus, mensibus tribus, diebus septemdecim.

Hic antea vocabatur Bertrandus de Gotho. Et primò fuit Episcopus Comisenatum, & postea Burdegalensis archiepiscopus: & dum Pictauiensem prouinciam visitaret, papa efficitur: & inde rediit Burdegalum, Idus Iulij sequentis: vbi adhuc more archiepiscopi se gerebat, decreto electionis suæ non recepto. Quod postea in crastino sanctæ Mariæ Magdalenæ recepit, à cardinali sibi misso, sequenti die, in Burdegalensi ecclesia, in præsentia prælatorum & Baronum, & Clemens voluit appellari. Deinde coronatus fuit decimooctauo Calendis *Augusti, in Lugduno. *Decembris.

Quumque de loco coronationis cum maximo

Anni à Christo nato. IMPERATORES. | PONTIFICES.

nis eorum. Postea expulsi fuerunt à regno, minimè reuersuri.

Eodem anno Hospitalarij cum exercitu Christianorum oppugnare cœperũt insulam Rhodi cũ circumadiacentibus insulis circiter quinque, quæ ab infidelibus Turcis inhabitabantur: & cœperunt ad initio aliquas insulas & castra, steterũtq́; in pugna & conflictu pariter obsidentes: & obsessi annis quatuor, finaliter Turcos expulerunt.

1307 *Anno sequenti, tertio idus Octobris, capti fuerũt primò Templarij vbiq́; in regno Franciæ, inopinatè, propter prophanum professionem eorundem, & expositionem in opprobriũ Crucifixi. Fueruntq́; plures ex eis, & de maioribus illius ordinis cõfeßi sunt suæ professionis ritũ execrabilem, qui antè à nemine vnquam poterat sciri. Plurimi tamẽ eorũ, licet subiecti tormentis, talia confiteri nolebant. Deinde Clemẽs papa quintus,*

comitatu procederet, cõcurrentibus & cõprimentibus se turbis, cupientes papam coronatú videre, depulsa materia cuiusdam muri corruit prope papã, & cecidit corona de capite eius: & in casu auulsus fuit carbunculus precij sex millibus florenorum: nec papa læsus fuit. Licet Ioannes dux Britanniæ cũ quindecim aliis collisi, infra paucos dies obierint. Vnde plurimi admirati, varia vaticinabant.

Hic decimooctauo calendis Ianuarij fecit vnam ordinationem duodecim cardinalium, intra quos fuerunt Iacobus & Petrus de Colona, olim per Bonifaciũ papam priuati cardinalatu.

Postea ipse reuocauit duas constitutiones Bonifacij: in quarum vna continebatur, regem Frãciæ, Romanæ ecclesiæ tẽporaliter & spiritualiter esse subiectum. Et aliam insertam sexto libro, quæ in-

Anni a Christo nato.

PONTIFICES.

incipit, Clericis laicos cũ cum omnibus ex ipsis consequuta.

1307 Anno Domini millesimo trecentesimo quinto, hic papa confirmauit regem Arragonũ in regno Sardiniæ.

Postea papa iuit Burdegalis cum curia, & inde Pictauis, ad concordandum Philippum regem Frãciæ, & Eduardum regem Angliæ.

1308 Anno domini millesimo trecentesimo octauo, in festo sancti Ioannis ante portam latinam, ecclesia sancti Ioannis in Laterano, in vrbe, combusta est. Vnde Romæ fuit magna lamentatio. Romani, quasi hoc super se Diuinum iudicium reputãtes, ecclesiam reficere studuerunt.

1310 Anno Domini millesimo trecẽtesimo decimo, in sabbato Quatuor temporum, papa fecit secundam ordinationem quinque cardinalium.

Anno

IMPERATORES.

Anni à Christo nato.

tus, & Cardinalis, quibus huius prophana professio incredibilis videbatur, certioratus ex professione istorum Templariorum, mandauit, Templarios vbique capi & inquiri cõtra ipsos.

Eodem anno, in die cœnæ Dñi Inquisitores hæreticæ prauitatis in partibus Lõgobardiæ, cõgregato exercitu cũ prædicatione crucis & plena indulgẽtia peccatorũ, contra Dulcinum, Nouariensem hæresiarcham, multos infectos & sequaces discipulos habentem, morantem in montibus Nouariẽsibus, tam veterum quàm nouorum, diuersorum, peruersorum, dogmatum inuentorem. Vbi tunc multi ex eis, propter intensum frigus & famem deficientes in suis erroribus perierunt. Vbi Dulcinus, cum centum quinquaginta personis, & Margareta consorte sua, in scelere capti fuerunt, & occisi. Et inuenti fuerunt ibi mortui quadringenti & amplius

hæretici

Anni a Christo nato. IMPERATORES.

hæretici: & Margareta malefica, ante oculos dicti Dulcini, membratim conscissa fuit. Deinde & ipse Dulcinus, membratim incisus, amborum membra cum quibusdam suis complicibus combusta fuerunt.

Eodem anno Albertus rex à filio fratris sui, eo quòd ipsum ducatu Sueuiæ priuauerat, occisus fuit: & caruit benedictione imperiali.

HENRICVS. CV.

1308 *1309 HENRICVS sextus, imperauit annis quinque.

Hic quum Comes fuisset Luxenburgensis, electus fuit in Francofordia, anno Domini millesimo trecentesimo octauo, in festo sanctæ Catharinæ, & in Epiphania sequenti coronatus fuit Aquisgrani.

1309 Anno sequenti misit Auinioni ad papam Clementem quintum, duos episcopos & tres Comites, petẽs coronã Imperij ab ipso papa

PONTIFICES. Anni à Christo nato.

Anno sequenti papa excusauit regem Fraciæ, de his quæ egerat cõtra memoriam Bonifacij papæ. Et Guilielmus de Nogareto, ab excommunicatione propter captionem, iniuncta sibi pœnitentia absolutus fuit: qui tamẽ horrenda morte dicitur vitam terminasse. 1311

Anno Domini millesimo trecententesimo vndecimo, hic papa, Viennæ Concilium generale conuocauerat. Cuius Cõcilij prima sessio fuit inchoata decimo septimo Calẽdis Nouembris: vbi de passagio vltra marino, & recuperatione terræ Sanctæ tractabatur. & per fratres Hospitalis sancti Ioannis Hierosolymitani, crucem vltramarinã ferè in vniuersa Christianitate prædicare fecit. Et plura millia Christianorũ cruce signati, quum ad curiã papę venissent, ipse papa absoluit eos à voto prædicto, & mandauit ipsos 1311

Anni à Christo nato. PONTIFICES.

ad partes suas reuerti. Et sic quasi delusi, illorum labores, & sumptus maximi effectum nullũ habuerunt.

1312 Et sequenti Martij mẽse, vndecima Calendis Aprilis, in priuato consistorio papa cassauit & annihilauit ordinẽ Téplariorum personis & bonis eorũ, ordinationi suæ & ecclesiæ reseruatis. Et sequẽti mẽse Aprilis, in secũda sessione Cõcilij, cassatio dicti ordinis ꝓmulgata fuit. Hic autẽ ordo centum octuagintaquatuor annis, aut circiter, militauerat: diues & multum priuilegiatus fuerat.

Et postea, secunda nonis Maij, vltima Concilij sessio fuit, quod septima feria mensis pertractum est, in quo fuerunt multæ constitutiones editæ. In quarum vna, declarata fuit regula Fratrum Minorum: super quam pars vna fratrum Minorum, qui Spirituales dicebantur,

IMPERATORES. Anni à Christo nato.

pa sibi dari. Qui papa, electione eius admissa, ipsum noluit de cætero Romanorũ regem appellari: & quòd posset agere, quæ Regis erant: & Romæ coronationẽ sibi facere promisit, à festo Purificationis ad duos annos.

Eodem anno, in cœna Domini, papa Clemẽs anathematizauit Venetos, & priuauit ipsos cõsortio aliarũ ciuitatum: & personas, & res ipsorũ exposuit, volentibus occupare, & religiosos omnes, & de locis ipsis subiectis mandauit exire: quia Veneti Ferrariam contra ecclesiam occupauerãt. Propter quod papa dominũ Arnoldũ de Pelagrua diaconum Cardinalẽ, legatum à latere, ad partes illas misit. Qui sequenti mense Augusto, in festo sancti Augustini, cum multo sanguine Ferrariensium & Venetorum, in prælio iuxta Padum Ferrariam recuperauit. Vbi illa die dicuntur occisi fuisse quinque mil-

Anni à Christo nato. IMPERATORES.

millia hominum.

Tunc etiam vltima die Ianuarij, erat eclipsis Solis.

1310 *Anno Domini millesimo trecentesimo decimo, fuerunt pluuiæ multæ, & inundationes magnæ in verno & æstate, & subsequuta est magna sterilitas frumẽti & vini, qualem tunc nemo meminerat audiuisse: & in pluribus locis, panis non inueniebatur ad vendendum: & pauperes more bestiarum comedebant herbas.*

Tunc Parisiis diuersis tẽporibus circiter septuaginta Templarij propriis confessionibus de prophana professione sua, metu tormentorum conuicti: vel ipsi Templarij dicebant sine tormentis, asserentes se fuisse mentitos, combusti fuerunt.

Tunc Rhodus cum vicinis insulis à Christianis subiugata fuit.

Henricus Imperator intrauit Italiam: & Mediolani

PONTIFICES. Anni à Christo nato.

tur, altercantes, sedis Apostolicæ iudicem postulauerat.

Hic propter sectam Begardorũ & Beguinarum hæreticorum, vtriusque sexus reprobauit: qui Alemãniam & plures prouincias peruersis dogmatibus suis infecerant. Dicebant enim inter cętera, hominem eundo de virtute in virtutem, perfectiorem CHRISTO posse fieri: & in hac vita, hominem posse fieri impeccabilem. Negabant etiam se potestati ordinariorum suorum, & etiam papæ subesse.

Post celebrationẽ Concilij papa iuit Auinionem. Et postea sabbato Quatuor temporum fecit tertiam ordinationẽ nouem cardinalium.

Postea canonizauit sanctum Petrum de Murone, olim papam Cœlestinum quintum, sub nomine sancti Petri confessoris.

Anno

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

Anno Domini millesimo trecentesimo decimotertio, in vigilia sancti Gregorij, Parisiis combustus fuit magister ordinis quondam Templi, cum quodam alio eiusdē ordinis præceptore, in præsentia duorum Cardinalium.

1313

Eodem anno, duodecima Calendis Aprilis, in castro de Montiliis, iuxta Carpentoratum, vbi curia tunc morabatur, papa fecit publicari constitutiones, quas priùs fecerat ordinari: ex quibus decreuerat Septimum Librum Decretalium fieri: & exinde cœpit infirmari. Et sic Constitutiones illæ remanserunt suspensæ: quousq; per successorem suum fuerint ad studia destinata.

Et obiit apud Roccam Mauram, castrum supra Rhodanum: & inde corpus suum transportatum fuit Carpentoratum, vbi curia fuit: & inde in Vasco-

IMPERATORES.

Anni à Christo nato.

lani ab archiepiscopo Mediolanensi coronam vnam Imperij suscepit.

Postea Imperator Brixiā obsedit: vbi frater Imperatoris, cum multa strage hominum occisus est.

Sequenti anno, ciuitas Brixia reddidit se volūtati Imperatoris. 1311

*Anno Domini millesimo trecentesimo duodecimo, Henricus à tribus cardinalibus, quos Clemens papa propter hoc miserat in festo Apostolorum Petri & Pauli, in ecclesia sancti Ioannis in Laterano, in Imperatorem coronatus fuit. Nam in ecclesia sancti Petri intrare non potuit, prapediēte exercitu *hostium, cum quibus Imperator in Vrbe bellauit: & in direptione domorū, tunc Roma grauiter fuit deformata.* 1312

* Roberti regis Ciciliæ

Anno sequenti, epidemia maxima, & caristia frumēti & vini fuit in partibus Oceanis. 1313

Eo tempore, in Concilio Viennensi, Clemens quintus,

Anni à Christo nato. IMPERATORES. PONTIFICES. Anni à Christo nato.

tus, ordinem militiæ Templi annihilauit. que circiter centum octoginta quatuor annos militauerat: & magister Templi postea Parisiis combustus fuit: & bona ipsorum Hospitali sancti Ioanni Hierosolymitani concessa fuerunt.

Huius tẽpore, rex Frãciæ Philippus, cõtradicente Imperatore & archiepiscopo Lugdunnensi Lugdunũ occupauit.

Hoc tẽpore, legem fecit, in qua Spiritũ à Patre & Filio confitetur procedere. Et tandem Robertum regem Siciliæ sibi rebellem, crimen læsæ maiestatis declarauit incurrisse, et ipsum regẽ, ad pœnã capitis condemnauit. Quã sententiam Clemens quintus papa, vt vicarius Imperatoris, vacante Imperio, Hẽrico mortuo reuocauit, & nullã esse
1314 *declarauit. Et post mortem ipsius Imperatoris, idẽ papa declarauit, Imperatorẽ periurũ fuisse: nec memoriam eo mortuo, de ipso fecit.*

Hic

sconiam transuectum est & sepultũ in ecclesia beatæ Mariæ de Vresta, Vasconensis diœcesis, in villula minus insigni, ob deuotionem, quam ad locum habuerat.

IOANNES.

CCVI.

IOANNES vigesimus secundus, de Cathurco, ex patre Arnoldo, fuit electus anno Dñi millesimo trecentesimo decimosexto, idibus Augusti, Lugduni in conuentu fratrum Prædicatorum: vbi vigintitres cardinales post quàm à Carpentorato, ob grandẽ turbationẽ commotam à conclaui quod prius intrauerant, discesserant: & in diuersis ciuitatibus & villis steterunt amplius quàm duobus annis. Tandem *indulgentia Philippi, Comitis Pictauiensis, fratris regis Franciæ, qui *adhuc ferè anno cum dimidio laborauerat, pariter congregati & conclusi, in vigilia 1316

*diligentia.
*ad hoc

Apo-

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

Apostolorũ Petri & Pauli, ipsis nescientibus & inuitis, quadragesima die ab inclusione ipsorũ, in dominum Iacobum, episcopum Portuensem cardinalem assenserunt, & vocatus est Ioannes: coronatus fuit nonis Septembribus, Lugduni, in ecclesia cathedrali.

Hic prius fuit Foroiuliensis episcopus, postea Auinionẽsis, deinde Portuensis episcopus & cardinalis, & tandem papa factus.

Deinde iuit Auinionẽ, secunda die mensis Octobris, vbi ante curiam fecerat proclamare.

Hic feria sexta, in ieiuniis Quatuor temporum, de Aduentu, prędicto annõ, fecit vnam ordinationẽ octo cardinalium.

1317 Hic canonizauit sanctum Lodouicum episcopum Tholosanum, de ordine fratrũ Minorum, filium Caroli secundi, regis Siciliæ, anno sequenti,

IMPERATORES.

Hic Imperator, vt communis fert opinio, per pœnitentiarium suum, immixto veneno in calice, dum Imperator ab ipso eucharistiam sumeret, extinctus est: & Pisis sepultus.

Postea mortuo Philippo rege Franciæ, successit sibi Lodouicus, primogenitus suus. Cuius vxor filia Ducis Burgundiæ, quæ olim cũ vxoribus aliorum filiorum Philippi regis Franciæ, ob crimen adulterij, quod cum quibusdam suis militibus secretarijs commiserãt, discoriatis ipsis militibus, condemnatæ fuerant, in carcere obijt.

Tunc Engilrandus de Marinhe, Normannus, potens nimis apud Philippum regem Franciæ, suspensus fuit Parisiis.

Tunc Lodouicus rex Franciæ, congregatis viribus regni sui, cum exercitu maximo, videlicet quindecim millibus equitum, armatorum peditum numero fermè innumerabili,

ti, iuit

Anni à Christo nato.	IMPERATORES.	PONTIFICES.	Anni à Christo nato.
	*iuit versus Flandriam, & castra metatus est iuxta Cortracum: in quo castro Comes Flandriæ cum maximo exercitu restitit, ne fluuium Lis transiret: qui exercitus, paludibus diuidebatur. Descenderuntq; tunc pluuiæ maximæ de cælo: & facti sunt *laci latissimi & profundissimi in terra illa: ex quibus equi & equites nimium grauabantur. Vnde ipse rex, circa finem mẽsis Septemb. cũ dedecore & multarum rerum incõmoditate, inde recessit.*	ti, Idibus Aprilis.	
* luta grãdia.	*Eodem anno, circa Natale Domini, cometa apparuit, eius cursum per noctem faciens circa polum: comámque suam longam, nunc versus Occidentem, nũc versus Orientẽ: & aliquãdo, ad alias partes protendebat: durauitq; vsq; ad finem mensis Februarij.*	Item, degradari fecit ac deposuit Hugonẽ Geraldi, episcopum Cathurcensem, à sacerdotali & pontificali ordine & didignitate, & demum traditus fuit curiæ seculari. Per cuius iudicium fuit tractus publicè, & aliqua parte corporis excoriatus, & deinde combustus: eo quòd in mortẽ papę fuerat machinatus.	
		Eodem anno, circa festum sancti Ioannis Baptistæ, Arnoldum de via, filium sororis suæ, fecit sancti Eustachij diaconũ cardinalem.	1317
1315	*Postea, apparuit iterum cometa in parte Orientali, priori paulo minor.*	Tunc ecclesiam Tholosanã in archiepiscopalẽ sedem, & diœcesim Tholosanam, in redditibus episcopalibus plurimũ abundãtem, in sex episcopatus diuisit. Quorum episcopi essent Suffraganei archiepiscopi Tholosani. Et sex villas in nouas ciuitates erexit: videlicet,	
	FINIS.		

Vil-

Anni à Christo nato.

PONTIFICES.

Villam { Montis Albani. De Riuis. Et Abbatiam de Lomberiis. De sancto Papilo. De Vauro. De Mirapiste. }

Episcopos illic, & episcopales sedes constituens: & singulis earundem diœcesibus limitatis.

Item, in Archiepiscopatu Narbonensi fecit duos *episcopos. Quorum primum fecit in Lymose. Sed paulo post transtulit sedem inde ad Abbatiam de Elcon. Secundum ponit in Abbatia sancti Pontij, *diœcesis limitatis. *episcopatus. *diœcesibus.

Item, episcopatũ Albiensem diuisit in duos: & constituit ibi ciuitatem Castrensem.

Itẽ, diuisit episcopatum Agrinensem: & ibi erexit ciuitatem Codomensem.

Item, in episcopatu Lemouicẽsi constituit episcopatum in abbatia Tucellensi.

Item, in episcopatu Petragoricensi, constituit vnum episcopatum in villa de Sarlato.

Item, in episcopatu Claromontẽsi, fecit episcopatum in villa sancti Flori.

Item, in episcopatu *Rutheriensi, fecit episcopatum in Villa de Vabrio. *Ruthenensi.

Item, in episcopatu Pictauiensi, constituit episcopatum Malletensem, & in villa Lucionensi nouam ciuitatem fecit.

Item, in multis villis de Tholosano, Carcaseio & Albigesio, constituit collegiales ecclesias Canonicorum secularium, cum dignitatibus & præbendis congruis, redditibus singulis ecclesiis assignatis.

Anni à Christi nato. Anno Domini millesimo trecentesimo decimoseptimo, mense Nouembri, fecit publicari, & ad studia transmitti Constitutiones Clementinas.
1317

Hic in domo Grandimontis, quæ caput est totius ordinis Grandimontensis, abbatem constituit: quæ antea per Priorem regi solebat: & totum illum ordinem reformauit.

Quem ordinem, beatus Stephanus primus eius institutor in eremo de Mireto, dicitur inuenisse, an-
1076 no Domini millesimo septuagesimo sexto.

1318 Anno Domini millesimo trecentesimo decimooctauo, hic papa in archiepiscopatu Tarraconensi, episcopalem sedem Cæsaraugustanam, in archiepiscopalem erexit, subtractis quinque Suffraganeis Tarraconensi, Cæsaraugustano subiectis: remanentibus Tarraconensi sex, qui vndecim Suffraganeos habebat.

1319 Anno sequenti instituit nouũ ordinem Militum, qui dicitur de militia Iesu Christi, in regno Portugaliæ & Algarbij, ad resistendum ibi Saracenis pro defensione fidei Christianæ: & constituit eis principalẽ domum in Castro Maurino, Syluensi diœcesi: concessis eis bonis olim ordinis Templi, in dictis regnis situatis.

1320 Anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo, quindecimo Calendis Martij, hic papa canonizauit sanctum Thomam, episcopum Erfordiensem, Theologiæ & Decretorũ doctorem: cuius meritis Deus multa miracula operatus est.

Post hunc electus est Benedictus Cardinalis, anno Domini M. CCCXXIIII.

FINIS.

SVFFRIDVS PETRVS

LEOVARDIENSIS CANDIDO LECTORI S. P.

IGNORARE *te non volumus, amice Lector, exemplar illud, quod à nobis emendatum Plantinus est secutus, ob multiplicem dispunctionum atque notarum varietatem, operis eius ingentem exhibuisse difficultatem atque molestiam : Deinde, cum doctissimus vir, & celeberrimus apud Louanij Hebraicæ linguæ Professor* Dn. M. Petrus Smenga Sclio-tanus, *pro singulari humanitate sua, qua & me affectu communis patriæ, & mea studia ratione Reip. literariæ benignissimè prosequitur, duos* Codices *Martiniani Chronici manuscriptos nobis acquisiuisset, nos etiã hos diligentissimè examinasse: & quoniam opere iam magna ex parte excuso in seriem reliquarum adnotationum referre, quæ obseruaueramus, integrum nõ erat, ad calcẽ hic adiecisse, ne qua in re tuæ exspectationi non satisfaceremus. Nobis enim id studio est, vt ex collatione veterum exemplarium huic auctori restituamus id quod suum est, idque ipsum quale sit, diligenter adnotemus, vt Lectori vel probãdi vel reprobandi liberum sit iudicium, sicut in* Præfatione & *in* Annotationibus *nostris plenius declarauimus: Si quid igitur vel ab operis Typographicis omissum, vel à nobis immutatum, vel additum est, hic adnotatum reperies. vbi vt sine errore inuentas, quod quæris, memineris, P. paginam,* A *priorem,* B *posteriorem eius columnam, l. cuiusq; Paginæ lineam significare.* Vale, *ac fruere.*

Pag. 7. lin. 30. veterum monumẽtis: P. 10. l. 9. genuinos. P. 11. l. 4. ipsa. P. 23. l. 25. scribit. P. 30. l. 7. pulchritudinem. P. 33. l. 2. Licontum. P. 45. l. vlt. sanctum. P. 52. l. 6. inhospitalitatis. P. 54. l. 25. Brutus Tarquinij. l. 26. præfertur. P. 56. l. 22. confortabat eos, quare pugnabant. P. 74. l. 17. trahebant id. P. 78. l. 25. Attilio. P. 80. l. 23. interfecta. P. 81. l. 16. quia non nisi. P. 84. l. 22. Corinthus. l. 28. Corinthium. P. 85. l. 2. est. l. 4. flammarum. P. 90. l. 12. quadriennium. P. 104. l. 9. Neapoli. P. 108. A. l. 3. occidit. P. 111. l. 14. mundari. P. 116. b. l. 17. Antiochenus. P. 117. A. l. 24. circumiens. P. 118. A. l. 20. accusatoribus. P. 120. b. l. 19. edidit. P. 129. A. l. pen. furati sunt. P. 131. l. 18. propter appellationem. P. 136. b. l. 19. euadere. P. 148. A. l. 27. vt à Senatu. l. 28. adclamaretur. l. 29. sis Augusto, melior Traiano. P. 149. B. l. 9. diuisum. l. 28. Traianum Imperatorem. P. 176. A. l. 33. Validioribus. P. 177. B. l. 21. & 23. Florianus. P. 184. A l. 30. liberos. P. 191. A. l. 7. expirante Licinio, ecclesia statum illum recepit, quo nondum in illud vesaniæ inciderat, quo postmodum est delapsus, antea enim concordes erant hi duo. P. 197. B. l. 2. ad Germanos. P. 217. B. l. 30. apud Viennam. P. 220. B. l. 5. Andegauensi. P. 223. A. l. 7. Lotharius. P. 224. A. l. 11. Robertus. P. 226. B. l. 20. Constantinopoli. P. 227. A. l. 2. Eustochio, l. 28. B. Apostolorum. P. 231. B. l. 16. properans. P. 232. B. l. 24. ea cremantes. P. 233. B. l. 10. Isdigerti. l. 11. testamento. l. 13. Isdigertes. P. 246. B. l. 28. Baptizandos. P. 247. B. l. pen. Angarijs. P. 248. A. l. 27. inuisibiliter. P. 249. B l. 15. Anastasiũ monuit. P. 250. A. l. 26. quod cum in Italia. P. 253. A. l. 7. indicio. P. 254. A. l. 9. hypantan.

B.l.2.fouunguntur. l.16.acceperit. P.255.B.l.13. nullius. P.256.A.l.13. truncatus. P. 257. A.l.8. reuertum. P.258. A.l.4. Suefsionis. P.260. A. l.19. respiciendo. P.265.B.l.15. trahebat. P.270. A.l.5 Sirenes. P.271. B.l.10. exercuit. P.281. A.l.4. Heracleona. P.293. B l.6. Richardus alias Radbodus. P.295. B.l.6. sibi consentientem. P. 299. B.l.19. inclusis. P.301. B. l.17. Treuerensem. &c. P. 329. B.l. 12. aduolui. P. 332. B.l. 13. Apuliam. 333. l 17. fuisset. P.334. B.l.15 soliti. P.335. A l.19. huius primo. B.l.10. Bauaria. P.357. B. l.15. decimo tertio Calendas dicti mensis in noctis initio. P.358. A l 18. concilio. P.360. A. l. 24. immundam l.25. illuuiem. l.26. homini. P.362. A. l.9. Ptolemais. l.16 habētes. P.365. A.l.31. ignita. P.366. A. l.8 habuit. l.10. Constantiam. P.370. B. l.15. Hic propter Henricum. P.371. A.l.16. habendo. P.373. B. l.17. multis millibus. P.378. A.l.5. Dominio. P.384. A.l.22. Epirotarum. P.388. B. l.16. Ascalonem. P.400. B. l.7. domini. m.

ANNOTATIONES
IN CHRONICON
MARTINI POLONI.

Suffridus Petrus Leouardiensis candido Lectori. S. P.

ADMONENDVM te duximus, amice Lector, nos in his Annotationibus euitandæ confusionis gratia, primùm Pontifices omnes, ac deinde Imperatores expediuisse, quo facilius inueniri ratio cuiusque possit. Annos autem, quibus quisque eorum inauthoratus esset, ne nimia prolixitate tibi molesti essemus, suis locis ẽmendauimus. Et quoniam in M.S. Codicibus tanta varietas est, vt difficulter definiri posit, quid Martinus ipse scripserit, vbi veritas planè reperiri non potuit, nos numeros editionis antiquæ ita vti erant retinuimus. Et ne per hoc Chronologiæ certitudine fraudareris sicubi ab ea Codex excusus declinabat, numeros veros addidimus, quos in Põtificibus ex Onuphrio Panuinio, in Imperatoribus ex Glareano, & deinceps ex suppletoribus Eusebij mutuati sumus. Numerus itaque prior, Martinianum ac veterẽ, posterior verò asterisco notatus, publicum ac decentem & à nobis additum calculum significat: sicubi vnus dumtaxat conspicitur numerus, is concordantiã significat omnium Chronologorum cum Martino. Vale.

VSQVE *ad Iohannem 21. inclusiue.* Sic fuisse ab ipso Martino primitus scriptum, planè putamus: ad eum enim Iohannem, qui antea Iacobus dictus Lugduni anno Dn. 1316. Pontifex creatus, anno deinde 1334. Auinione mortuus est. cui ipse à sacris confessionibus fuit, & proinde vicesimum primum non autem secundum locum in ordine Pontificum huius nomini deberi, sciebat, Chronicon suum deducere voluit. Cæterum cùm alij errore Iohannis vicesimi, qui scismaticus fuit, & proinde locum inter Pontifices non habet, prædictum Iohannem 22. numerarent, dupliciter erratum est in distributione huius Chronici. Alij enim pro vicesimo primo, vicesimum secundum hoc loco in contextu reposuerunt, quasi errorem librarij corrigentes. Alij ea omnia, quæ post eum Iohannem quem ipsi 21. numerant in contextu Chronici consequuntur resecantes, quasi Martiniana non essent, appendicis loco adiecerunt.

IN LIBELLVM I.

Cap. I.

1 *Sicut enim dicit Orosius.*] Meminerit lector, Martinū omnia ferè quæ hoc capite tractātur, ex Orosio esse mutuatum, maximè quæ ad Chronologiam & regnorum distributionem attinent: legat igitur apud Orosiū lib. 1. cap. 1. & lib. 2. cap. 2. & 6. & lib. 7. cap. 2. & 3. In aliis porrò vel hunc ipsum vel Eusebium authorem præcipuè secutus est.

IBIDEM.

2 *A mundi creatione.*] eundem hunc calculum Orosius alia methodo collegit cap. 1. lib. 1. vbi ab Adam vsque ad natiuitatem Abrahæ, sub Nino factam annos 3184. à natiuitate Abrahæ ad natiuitatem Christi sub Augusto factam annos 2015. colligit: qui collecti simul efficiunt annos bis centum minus vno millia quinque, sicuti versiculo iam penè prouerbiali celebratū est: atq; hoc quidē calculo Martinus Orosiū, Orosius cum multis aliis supputationem septuaginta Interpretum sequitur: qui cum in dinumerandis patriarcharum ætatibus multis annorum centuriis Hebraicam veritatem excesserint,

ſerint, omuibus errandi oc-caſionem præbuerunt iis, qui propoſitę ipſorum ſummæ ſubſequentium ætatum calculos adnectunt: nos igitur hic nihil mutamus; quia Martinum non caſtigamus, ſed reſtituimus. Interim tamen quia Martinus authoritate Oroſij deceptus eſt, vt & alij complures, ne ſtudioſi certitudine calculi fraudentur, nos verum & Hebraicum numerum annorum ad marginem adnotauimus. Sunt enim ab condito orbe ad conditam vrbem anni 3215. & à condita vrbe porrò ad natum Chriſtum 751. in vniuerſum verò 3966. itidem facturi & alibi ſi quando opus erit, vt & Martino ſua, & nobis noſtra fides conſtet.

Ibidem.

4 *De regno Babyloniæ.*] Inter hæc verba, *fluxerunt ſimiliter anni* 64. & illa quæ in publicato contextu ſequuntur. *Cuius Babyloniæ caſum*, nos ex M. S. Codice inſignem lacunam expleuimus, quam quidem deprauatiſſimè deſcriptam ad fidem authorum reſtituimus, vnde Martinus eam cum cæteris deſumpſerat, quod & in aliis me facturum eſſe; velim lector meminerit, ne & mihi ſæpius idem ſit inculcandum, & minus multis annotationibus opus ſit: ſecutus eſt autem hoc quidem complexu Martinus Euſebium in Chronicis, Clementem Romanũ in recognitionibus ad Iacobũ: Auguſtinum de Ciuitate Dei, Q. Curtium, Iuſtinum, Oroſium, ex quibus hæc reſtituimus, quamquã Clementis quidem librum apocryphum eſſe non ignoramus, quia ſcilicet de morte D. Petri ad D. Iacobum ſcriptus ſit, cum D. Iacobum ſeptem annis integris mortuũ eſſe conſtet ante D. Petrũ: quanquam non deſint qui Clementis ignorantiam in hoc excuſandã putent: ſed ſunt interim in eo libro quidam nęui prætereà, de quibus vide L. Gruterum in argumẽto eius libri.

Ibidem.

4 *Eliciandus dicit.*] hic Eliciandus infra alibi Elinãdus, alibi Ciſnandus, vbiq; deprauate appellatur: eſt enim Helmãdus monachus mõtis frigidi, qui ſcripſit ab exordio mundi ad ſua vſq; tempora hiſtoriarum libros 48. vixitque anno 1200, de quo vide Trithemium.

Ibidem.

5 *Nam licet magicarum artium inuentor fuerit.*] Beroſus libro quinto dicit, Cham filium

Noæ propter inuentionem & professionem artis magicæ Zoroasten fuisse appellatum, vt hoc nomen Assyriaca lingua veneficis vniuersis commune sit, idemq; significet quod Persis Magus. Quod quidem si ita est, facilè discutitur error qui sub eiusdem vocabuli amphibologia multarū personarum res gestas confudit: Ideoq; cum plures Zoroastes fuisse ratio temporum conuincat, tum ille filius Noæ Cham primus fuerit, qui nō à Nino prisco Semiramidis marito, vt supra in textu dicitur, sed à Ninia, eiusdem Semiramidis ac Nini filio, qui & ipse confuse Ninus à plerisque, ab aliis distinctius Zameis Ninias vocatur, occisus est, sicut in Ario huius Niniæ filio annotat Berosus; & ratione temporū conuincit ibidem Viterbiensis Annius. Secūdus, Mitzraim fuerit, filius Cham, de quo loquitur apud Clementem D. Petrus, qui non in bello interfectus, sed à dæmone succensus est. Tertius fuerit is, de quo dicit hoc loco Augustinus & Helmandus ex Aristotele seu Plinio potius, quamquam æquiuocationis errore mortem eius perperam ad Ninum authorem referat Augustinus. De hoc loqui videtur Plato lib. de Repub 10. Cuius verba Clemens Alexādrinus Stromatum lib 5. Et Euseb. Euangel. præparat. lib. 13. capite 13. refert. Hunc Zoroasten Armenij filium genere Pamphylium Plato refert in bello mortuum duodecimo post die in rogo positum reuixisse, & interea temporis dū apud inferos esset, à diis didicisse: ad hunc igitur, quę de magicis oraculis excusa extant, cæteraq; magorum scripta referenda videntur: quod nos saluo aliorum iudicio dictū volumus. Facit eum neminis æquiuocatio rem obscuram, in tanta præsertim temporum vetustate & historiarum veterum penuria: & nobis hic non cōmentarios sed annotationes conscribere propositū fuit, quibus sufficit authoris textum deprauatū Lectoribus ad integritatem restituere. Si quis igitur curiosius veritatem huius historię rimari volet, præallegatos locos consulat. Videat etiam D. Hieronymum in 18. capite Esaiæ lib. 5. comment. D. Augustinum lib. 21. cap. 14. de Ciuitate Dei. Paulū Orosium lib. 1. cap. 4. Plinium lib. 7. cap. 16. & lib. 30. cap. 1. Diodorum Siculum lib. 3. Iustinum lib. 1. Euseb. in Chron. D. Epiphanium in principio Panarij

natij. Zuidam in dictione Zoroaſtes.

Ibidem.

6 *Plura alia mirabilia de ipſa ſcripſit Oroſius.*] quæ hinc porrò ad finem huius capitis ſequuntur, ex M. ſ. Codice acceſſerunt. quæ quamquam ita multa ſunt & varia, vt & ipſa diſtingui facile potuerint in capita plura, tamen quo facilius appareat incrementum, nos omnia ad primi capitis complexum redu cemus.

Ibidem.

7 *De regno Carthaginenſi.*] hæc verba planè arguunt ea quæ hic reſtituimus, ab hominibus occupatis eſſe prætermiſſa: eſſe enim hęc Martini genuina verba, ſatis cõuincit ipſa methodi ſeries. Nam cùm pro quatuor Climatibus mũdi quatuor maiora regna conſtituat, ſicut & Oroſius lib. 7. cap. 2. fecerat, Babylonicum ſcilicet, Carthaginenſe, Macedonicũ & Romanum, hactenus de Babylonico dixit, nunc, ne longum faceret, Carthaginenſis ac Macedonici tractationem in præſens tẽpus reiicit, & ad Romani Imperij tractationem accingitur, cuius gratia labor hic potiſſimum illi ſuſceptus fuit.

Ibidem.

8 *De hiſtoria primæ Troiæ & eius excidio.*] hic notari cap. 3. poterat, & mox infra cap. 4. vbi dicitur de filiis Priami, & infra cap. 5. vbi dicitur de proditione Troiæ. Sed nos titulis propoſitis ita vti ſunt, capitis diſtinctionem vſitatã retinebimus, ſicut & antea diximus, vt incrementũ con ſpici poſſit. Erat autem textus hic in annorum præſertim numeris & in perſonarũ nominibus horribiliter deprauatus; quem nos præſidio Euſebij, Daretis Phrygij, Dictys Cretenſis reſtituimus, ac mihi ſuſpicionẽ non exiguã difficultas hæc mouet euitandæ moleſtiæ gratia ab iis non pauca fuiſſe præciſa huic authori, qui priori editioni præfuerunt.

In Cap. 2. Libelli 1.

1 *Anno poſt euerſionem Troiæ quadringenteſimo quarto.*] hic excuſus Codex, qui infra in principio capitis 3. ita habet, Cuius deſtructio fuit an te vrbem conditam trecenteſimo trigeſimo anno. mox autem eodem capite infra ad finem colligit annos 454. quorum tamen calculorum nullus verus eſt. In m. ſ. Codicibus nihil eſt ſubſidij, qui æquè hic deprauati ſunt. Nec apparet quem hoc loco Martinus ſit ſecutus, nam vt ad finem cap. 3. ſupradicti Oroſium allegat, ita Oroſius ipſum cõ futat, qui ab excidio Troiæ ad vrbem

conditā colligit annos 430. cap. 17. lib. 1. vt igitur aliquid haberem certi, fidem temporū restitui ex Dionysio Halicarnassensi, qui lib. 1. & 2. dicit Troiam esse captam anuis 432 ante vrbem conditam: vide infra cap. 3. lib. 1. nota 3.

In Cap. 3. Libelli 1.

1 *Vbi de Henrico secundo Imperatore scribitur.*] post hæc verba lacunam expleuimus, quæ protenditur vsque ad illa verba: Turno autem occiso.

Ibidem.

2 *Ascanius verò cum regnasset octodecem annos.*] ita Codex excusus, qui & in aliis nonnullis Latinorum Regibus Imperij annos perperā adnotauit. Tribuit enim Posthumo Syluio 29. Albæ Syluio 40. Tyberio Syluio 9. Auentino 33. Amulio Syluio 43. nos igitur ex authoritate Eusebij, quē sequitur hoc loco Martinus, restituimus, Ascanio 38. Posthumo 39. Albę 39. Tyberio 8. Auētino 37. Amulio 44. Deinde quod legitur, post hunc regnauit Aegyptus Sumachis, nos restituimus, post hunc regnauit Aegyptus siue Athys Syluius.

Ibidem.

3 *Et nomen accepit à destructione Troiæ 454. vt dicit Orosius.*] hunc eundem calculum iisdem pene verbis cap. 4. sequenti rursus inculcat. Atqui Orosius quem hic allegat capite 17. lib. 1. colligit ab excidio Troiæ ad vrbem conditam annos 430. vt supra dictum est. Capite autem 4. lib. 2. colligit annos 414. vt appareat hunc sibi, non constare. In m. s. autem Cod. nihil hic est subsidij. Cum igitur neutrum calculum Orosij referat Martinus, vt hic apparet, planeq; consentaneū sit, eum sequi Eusebium, in summa calculi, quē sequitur in partibus, dum Regum singulorum tempora dinumerat, nos Orosij nomen hinc veluti suppositium expunximus, & authoritatem Eusebij secuti sumus, suffragante etiā Dionysio Halicarnassensi, restituimusque eundem numerum quem supra, scilicet 432. vide supra cap. 2. lib. 1. nota 1.

In Cap. 4. Libelli 1.

1 *Noe tunc aliquando.*] item, *Ianus verò filius*, item, *ad predictum iam regnum.* In m. s. Cod. lego pro aliquando, aliquibus, pro verò, lego Noæ, pro iam, lego Iani.

In Cap. 8. Libelli 1.

1 *Et nomine Quirini inter Deos consecratus est.*] post hæc verba lacunā expleuimus, quæ protenditur vsque ad ea verba, post Romulum, &c.

Ibidem

Ibidem.

2 *Tunc Sibylla Erythræa claruit.*] post hæc verba vsque ad ea, post hunc regnauit Tullus Hostilius, rursus lacunam expleuimus, in qua cum versus Sibyllini mirè deprauati & mutilati essent, nos eos ad fidem D. Augustini ex quo citantur, emendauimus, restitutis etiam non paucis, quos ex Lactantio ibidem sumpserat capite 23. lib. 18. de Ciuitate Dei: porrò capita versuum Græcorum suis nominibus expressa Græce sicuti Martinus se fecisse hic satis indicat, in margine proponenda curaui.

Ibidem.

3 *Quæ postea Constantinopolis dicta est*] inter hæc verba & illa, quibus dicit infra, post hunc quartus Romanorum Rex, quæ interiecta sunt, m. s. Codicis beneficio debentur.

Ibidem.

4 *Qui regnauerunt per annos ducentos quadraginta.*] idem infra lib. 2. cap. 17. colligit annos 267. m. s. Cod. duo habent an. 240. vnus habet cclx. sed videtur mendū esse ex transpositione notarum ccxl. vt cum cæteris conuenitet: Orosius habet cap. 4. lib. 2. annos 243. Titus Liuius & Dionysius Halicarnass. habent annos 244. Eusebius non dissimulat ab aliis poni annos 243. sed ipse ponit 240. Codice tamen eo loci deprauato. Nam si singulorum Regum anni in vnam summam colligantur, efficient annos 241. Martino igitur quia neque secum ipse, neque cum aliis consentit, hunc numerum, vt genuinum restituimus, cum nequaquam dubitādum sit, quin ab eodem Eusebio & totum sit mutuatus calculū, vnde partes eius accepit, vide infra libro 2. cap. 17. nota 4.

Ibidem.

5 *Fecerunt ergo Consules Lucium & Brutum*] post hæc verba vsque ad illa, his temporibus; lacunam expleuimus.

Ibidem.

6 *Et Anaxagoras:*] post hęc verba rursus lacunam expleuimus vsque ad illa verba, & Socrates.

Ibidem.

7 *Decimum octauum annum agens*] quæ de hinc ad finem capitis sequuntur, ex m. s. codice adiecta sunt.

In Librum 2. Cap. 1.

1 *Sicut supra in principio tractatum est.*] quæ hinc porrò ad finem vsque capitis sequuntur, ex m. s. Codice accesserunt.

Cap. 2.

1 Quæ post illa verba, *Clamore valido non excitasset*, ad finem

finem capitis huius sequuntur, ex m. s. Cod. expleuimus.

Cap. 3.

1 *Ex Olympiade nascitur.*] post hæc verba lacunam expleuimus: vsque ad illa verba, cuius acta mirabilia.

Cap. 4.

1 Vniuersum pene caput hoc quo Alexādri Magni res gestæ summatim explicantur, homines occupati suo otio consulentes resecuerāt vsq; ad illa, *Anno igitur ab vrbe condita.* quę quidē cū considerata distributione & propositione de quatuor mundi regnis maioribus facta nihilo magis omitti possunt, quam ea quę de regno Carthaginensi infra dicentur. hæc enim ad Regnum Macedonicum pertinēt, de quo se suo locum dicturum esse promisit, ideoque nos ea ex m s. Cod. reposuimus, & locos non paucos in his deprauatos ex epistola Alexandri ad Aristotelem, ex Iustino, & Q. Curtio restituimus & Eusebio.

Cap. 5.

1 *Ne tolleretur à Romanis.*] inter hęc verba, & illa, & anno ab vrbe condita, &c. quæ interiecta vides, ex m. s. Codice accesserunt.

Cap. 8.

1 *Quia nisi aut puer aut sceleratus.*] m. s. Codex habet, Quia nisi aut puer, aut seruus, aut sceleratus.

Cap. 17.

1 *Demum in Germaniam facto ponte super Rhenum transiit.*] post hæc verba defectū suppleuimus ex m. s. Cod. protendentem, vsque ad ea verba, post victoriam Gallorum.

Ibidem.

2 *Alexandriam venit.*] post hæc verba exiguum detectū expleuimus, vsque ad subsequentia verba quæ sunt, perlatoque ad se.

Ibidem.

3 *Quibus expugnatis Romam rediit.*] hic rursus lacunam expleuimus pertingentē ad ea verba, ibique cum post triennium.

Ibidem.

4 *Fuerat quippe Romæ imperatum sub Regibus annis* 267. restituimus hic, annis 241. de quo calculo vide plura supra lib. 1. cap. 8. nota 4.

Ibidem.

5 *Vsque ad regnum Iulij Cæsaris.*] ab his verbis lacunam rursus expleuimus vsque ad illa verba pertingentem, Obiit autem Cæsar. porrò numeros supputationū valde perturbatos ad fidem Eusebiani Chronici emendaui.

Ibidem.

6 *Quam frumenta.*] post hęc quæ ad finem vsque capitis sequuntur

sequuntur, ex m. s. Codice accesserunt.

Cap. 18.

1 *Nam tres legiones Rom. ibi deletæ sunt:*] quæ hoc capite porrò sequuntur, ex m. s. Cod. accesserunt.

In Libel. 3. *Cap.* 2.

1 *Anno ab vrbe condita* 752] hoc eodem anno mox dicit Christum esse natum. Cap. autem 1 lib. 1. colligit annos 715. idem facit etiam in penultima lacuna sub finem cap. 17. libri 2. idem facit & in pontifice Christo: Itaque cum omnium Chronologorum consensu cōstet hunc numerum esse verum, 751. videmus ex notarū deprauatione & transmutatione mendum in Codicem primum irrupisse, & ex eo deinceps in alios translatum esse: Prior enim per transpositionem 51. fecit 15. posterior per deprauationem 1. in 2. ex 751. fecit 752. in vtroque lapsus facilis fuit. ideoque nos ad veritatem. eundem hunc numerum ita restituimus. vide amplius locos allegatos.

Ibidem.

2 *Qui sufficiunt ad regnum Ecclesiæ.*] m. s. Codex habet, regimen Ecclesiæ.

Ibidem.

3 *Quod preest diebus, id est, spiritualibus in prima parte pagine.*] post hæc verba defectum suppleuimus, vsque ad ea verba: & quia primo summo.

Ibidem.

4 *Diaconi verò Cardinalium.*] m. s. Cod. habent, Diaconi verò Cardinales.

Ibidem.

5 *S. Martini in monte.*] & mox, S. Mariæ in via Lata. m. s. Cod. habent, S. Marci, item, inuiolatæ.

Ibidem.

6 *Et qui sunt presbyteri vel diaconi.*] m. s. episcopi, presbyteri vel diaconi.

Ibidem.

7 *Nempe ad Domini Papæ, & ad quinque patriarcharum, &c.*] m. s. Cod. Nempe ad seruitium Domini Papæ, & ad quinque Patriarchaliū, &c.

In librum 4. *In Christo Pontifice* 1.

Et à conditione Romane vrbis anni septingenti quindecim.] deprauatio huius calculi nata est ex trāspositione notarū: nam cum ita scriptum esset, anni 751. librarius oscitabundus scripsit 715. nos igitur 751. restituimus, cum temporum fides eum numerum genuinum probet. de hoc etiam supra diximus in principio cap. 2. lib. 3. vide notam 1.

Ibidem.

Non cadet donec virgo pariat.] post hæc verba lacunam expleuimus pertingentē ad ea

 verba,

verba, codẽ anno natus eſt.

Ibidem.

Legitur tamen in quodam libro de infantia Saluatoris, &c.] hunc librum Gelaſius 1. inter apo cryphos retulit, diſtinct 15. cap. Sancta Romana. quare mirum eſt, eos qui tam mul ta ex hoc authore detraxerunt, hanc fabulã reliquiſſe.

Ibidem.

Vſque in AEgyptum ipſis obſequens fuit.] quæ deinceps ad finem porrò huius capitis ſequuntur, ex m. ſ. Codice ſuppleuimus.

In S. Petro Pontifice 2.

Presbyteros decem, & diaconos ſeptem.] poſt hæc verba quæ ſequuntur ex m. ſ. Cod. expleta ſunt vſque ad illa verba, Anno etiã Domini quadrageſimo.

Ibidem.

Et alios per diuerſa Galliæ loca & ciuitates miſit.] quæ hinc ſequuntur, ad illa vſque verba, Paulus verò ſicut continetur in Actis Apoſtolorũ: ex Cod. m. ſ. expleuimus.

Ibidem.

Sua coronali præſentia.] In m. ſ. Codicibus lego, corporali præſentia.

Ibidem.

Ad aquas ſaluias in via Heſtienſi.] poſt hæc verba lacunam expleuimus vſque ad ea verba, tempore autem Cornelij Papæ.

Ibidem.

Quæ tamen poſtea Syluester cum laude.] m. ſ. Codices habent, cum lance, quod etſi minus Latinè, magis tamen ad rem appoſite ſcriptũ eſt.

In Lino Pontif. 3.

Menſibus tribus.] vnus Cod. m. ſ. habet menſibus 4. Sed cum reliquis Onuphrij editio ſuffragetur, textum publicatum non mutauimus.

In Cleto Pontif. 4.

Onuphrius Lino Clemẽtẽ, Clementi Cletũ ſubiunxit, ſed nos eum ordinem in Martini Chronico pontificibus tribuemus, quem Codices m. ſ. demonſtrabunt. Nobis enim hic non vniuerſalem temporum calculum, ſed authorem hunc emendare propoſitum eſt, alioqui enim non Martini, ſed noſtrum Chronicon edituri videbimur: quo etiam & illud referri volumus, quod totum illum locum in hoc pontifice de peregrinationibus ita vti in publicato exemplari eſt, relinquamus, etiamſi in m. ſ. exemplaribus pleriſque non reperiatur: quare fides penes lectorem eſto.

Ibidem.

Et ceſſauit epiſcopatus diebus 35. Sic etiam Tongerloenſis Codex m. ſ. qui ad marginem habet adnotatum, alias 25. Martinienſis Cod. m. ſ. habet ſimpliciter 25. tertius

tertius m. f. Cod. hic vacationem nullam habet: nos igitur nihil hic mutauimus.

Ibidem.

Hic Pontifex inuenitur.] ex m. f. Cod. lego, hic Pontifex primus inuenitur.

Ibidem.

Qui visitationem Apostolorum impediunt vel dissuadent.] quæ post hæc verba deinceps ad finem capitis consequuntur, ex m. f. Codice suppleuimus.

In Clemente I. Pontifice 5.

A Beato Cyrillo Cyrenorum Episcopo & pene omnium Sclauorum Apostolo.] pro Cyrenorum in m. f. duobus lego Moranorum.

Ibidem.

Sed incuria aut volenter omitteret.] quæ hinc ad finem capitis porrò sequuntur, ex m. f. sunt expleta.

In Anacleto Pontif. 6.

Sed Damasus Papa in Chronica Romanorum] m. f. Cod. hic adiiciunt vocem Pontificum.

In Alexandro Pontif. 8.

De regione Capri tauri mensibus 5. & diebus 2. & cessauit Episcopatus.] restitui, de regione Caput tauri sedit annis 7. mens. 5. dieb. 2. &c.

Ibidem.

Hæc oblatio quanto potior tanto rarior.] quæ deinceps ad finem capitis sequuntur post hæc verba ex m. f. Cod. suppleuimus.

In Sixto I. Pontif. 9.

Et ministeria sancta.] m. f. Cod. habent mysteria.

In Telesphoro Pontif. 10.

Et cessauit episcopatus diebus 7.] Martiniensis m. f. Cod. habet, diebus octo.

In Hygino Pontif. 11.

Similiter & in confirmatione.] m. f. Cod. habent, Similiter & in confirmatione & catechisatione.

In Vrbano I. Pontif. 19.

Sub eodem altari cum Cecilia Tiburtio Valerio & Maximo sepelitur.] m. f. Cod. habent Valeriano & Maximiano, sepelitur.

Ibidem.

Pecunias tantummodo recipiens pro egenis.] quæ hinc porrò ad finem capitis huius sequuntur, ex Cod. m. f. expleuimus.

In Fabiano Pontif. 22.

Martyrio coronatus est tertio Calendis Februarij, sepultus, &c. m. f. Cod. tertiò Calendis Februar. sub Decio sepultus, &c.

Ibidem.

Dummodo per pœnitentiam reuertantur.] quæ ex hinc ad finem cap. sequuntur, ex m. f. Cod. accesserunt.

In Lucio Pontif. 24.

Hic constituit vt duo Episcopi.] ex m. f. Cod. lego, vt duo præsbyteri.

In Marcellino, Pontif. 31.

Diebus

Diebus 15.] post hæc verba m. s. Cod. habent, & cessauit Episcopatus annis 7. mensibus 5. diebus 25.

In Marcello Pontif. 32.

Et in Cœmiterio Priscillæ via Salaria sepelitur.] post hæc verba, quæ ad finem capitis sequuntur, ex m. s. Cod. suppleuimus.

In Eusebio Pontif. 33.

Inuentionem Sanctæ Crucis solenniter celebrari.] post hæc verba quæ sequuntur ad finem vsque capitis ex m. s. Cod. expleta sunt.

In Miltiade, Pontif. 34.

Hunc Pontificē tres m. s. Cod. Melchiadem vocant, sed cum videam publicato qui Miltiadem vocat, Onuphrium subscribere, nihil mutādū duxi: excusus enim Codex duorum m. s. Cod. collatione constat.

Ibidem.

Quasi sacrū ieiuniū celebrabāt:] quæ hinc ad cap. huius finē porrò sequuntur, ex m. s. Cod. expleuimus.

In Syluestrum 1. Pontif. 35.

Posteaquam à Draconis pestilent.] Quæ hic de Dracone & pestilentia dicuntur, suppositicia videntur, quia in plerisque m. s. Codicibus non sunt, & nullius testimonio firmantur.

Ibidem.

In loco qui dicitur Ad caput:] quæ hinc ad cap. huius finē porrò sequuntur, ex m. s. Cod. expleuimus.

In Iulium 1. Pontif. 37.

Tempore huius.] quæ hic dicuntur vsque ad illa verba: huius tempore, in m. s. plerisq; non sunt, ac sunt etiam simpliciter falsa, planeque repugnant traditioni Martini, qui supra sub Syluestro primo Concilium Nicenum fuisse satis manifestè scribit nominatim expressis eiusdē Pontificis legatis, quos sua vice functuros eo miserit. expunxi igitur hæc verba ex m. s. Cod. lacunam hinc expleui, quæ terminatur ad prædicta verba, huius tempore.

In Damasum, Pontif. 40.

Et Barlaam qui ipsum conuertit.] quæ hinc ad illa vsque verba, floruit & Apollinaris: ex m. s. Cod. expleuimus.

Ibidem.

Quæ inter hæc verba. *Omnes in Italia ad fidem rectam conuertuntur*, & illa, *Didymus Alexandrinus*, sunt interiecta, ex m. s. Cod. expleuimus.

Ibidem.

Sanctus Martinus Turonensis:] post hæc verba rursus lacunam expleuimus vsque ad illa verba, In Aegypto Pachoninus.

Ibidem.

In Ecclesia Sancti Petri sepelitur

litur:] post hæc verba quæ ad finem capitis sequuntur, ex m. s. Cod. expleuimus.

In Syricium, Pontif. 41.

Luculento sermone perduxit.] quæ sequuntur ad finem vsque capitis ex Cod. m. s. sunt expleta: meminerit tamen Lector Iohan. Damascenum perperam hoc loco poni, qui multo tẽpore post vixit.

In Zozimum, Pontif. 44.

Hic constituit, vt seruus nihilominus fieret clericus:] m. s. Codex, vt seruus nullo modo fieret clericus.

In Bonifacium 1. Pontif. 45.

Et vt seruus aut obnoxius curiæ non fieret clericus.] quæ hinc ad finem capitis, sequuntur, ex m. s. Cod. expleta sunt.

In Leonem 1. Pontif. 48.

Hic Totilam Vandalorum Regem.] m. s. Cod plerique legunt, Attila Hũnorum Regem, quam lectionem historiæ veritas cõprobat, & Martini ipsius traditio cõfirmat, in Theodosio 2.

Ibidem.

Cum contra Fabianum & Eutychen.] in m. s. Cod. Fabiani nomen non est.

In Simplicium, Pontif. 50.

Nam ipsius Regis de Merciæ filia.] mira est hic Codicum varietas: alij Regis Demeciæ, alij Regis Demaceæ, alij Regis Deuiciciæ habent.

Ibidem.

Et ostendens sub terra ædificij voraginem totum absorbentem, mortem euasit.] post hæc verba quæ porrò hoc cap. sequuntur, ex m. s. expleuimus.

In Gelasium 1. Pontif. 52.

Galliam defendit ab heresi Arriana.] quæ hinc porrò sequuntur, ex m. s. Cod. expleta sunt.

In Symmachum Pontif. 54.

In honore Petri & Pauli:] post hæc verba: lacunam expleuimus vsque ad illa verba pertingentem, Boethius vir consularis.

In Iohannem 1. Pontif. 56.

Deus impunitum non permisit.] post hæc verba lacunam expleuimus, vsque ad illa verba, Obiit autẽ Rauennæ.

Ibidem.

Et sepultum in Ecclesia S. Petri.] post hæc verba quæ sequuntur, ex m. s. sunt expleta.

In Felicem 4. Pontif. 57.

Felix 4. natione Samius.] In plerisque erat Sabinus, in vno Samnis, quod quoniam & Onuphrius retulit, sequẽdum duxi.

In Bonifacium 2. Pontif. 58.

Bonifacius secundus natione Romanus ex patre Sigmulto.] ex m. s. alij habent Figinuldo, alij Sigismũdo, Onuphrius legit, Sigenulte. ex quo cũ illa deprauata sint, Onuphriũ sequen-

sequendum duxi.

In Benedictum. 1. Pontif. 65.

Et sepultus est in Basilica S. Petri.] post hæc quæ sequuntur ex m. s. Cod. expleta sunt.

In Gregorium 1. Pontif. 67.

Legendo in publico Euangelium.] quæ deinceps hoc capite sequuntur, ex m. s. Cod. expleta sunt.

In bonifacium 3. Pontif. 69.

Super altare poneretur.] quæ sequuntur ex m. s. sunt

In Bonifacium 4. Pontif. 70.

Pontifex ibi celebraret Missam, & deinde accipiat corpus & sanguinem, &c.] m. s. Codices legunt, & populus accipiat corpus & sanguinem.

In Eugenium 1. Pontif. 78.

Sepultus est apud S. Petrum] quæ porrò sequuntur ad finem vsque capitis ex m. s. sunt expleta.

In Deodatum, Pontif. 80.

Hic sepultus est apud S. Petrum.] quæ porrò sequuntur, ad finem vsque capitis ex m. s. Cod. sunt suppleta.

In Donum siue Domnum Pontif. 81.

Hunc locupletissimus codex meus, Bonū, alias Dionysium vocat: reliqui Donum, Onuphrius Domnionem, alias Domnum appellat: nos igitur in quo minimum erroris esse putamus, Domnum scripsimus.

In Agathonem, Pontif. 82.

Ducentorum sexaginta quatuor Episcoporum.] locupletissimus m. s. Codex habet 274. Episcop. Onuphrius habet 289. Episcop. reliqui m. s. Codices mei Episcoporum nullum numerum exprimunt, secutus igitur eum numerum sum quem refert Onuphrius, quem certiori firmamento niti non dubitamus.

In Cononem, Pontif. 86

Hunc Papam vnus Codex meus Sononem, reliqui Zenonem, Onuphrius Cunonem vocat, & non Romanū sed Thracem appellat : nos in Martino nihil mutamus.

Ibidem.

Sepultus est apud S. Petrum.] Sequens dehinc appendix est ex Cod. m. s.

In Sergium 1. Pontif. 87.

Sepultus est apud S. Petrum.] quæ sequuntur hinc ex m. s. Cod. expleuimus.

In Gregorium 2. Pontif. 93.

Qui postea Archiepiscopus Maguntinus factus cum in Frisia prædicaret, martyrio coronatur, & transfertur ad Vildense cœnobium, quod ipse construxerat. Sperauceram amice lector Martinum cum de S. Bonifacio loqueretur, pro sua diligentia aliquid esse proditurum, quod ad Frisiæ nostræ memoriam pertineret, sed fefellit spem meam, nō Martinus quidem,

sed

ſed ſacrilegus quiſpiã alius, qui integram paginam ex m. ſ. Codice hic excidit: fuit autem hic præſul vt litteratiſſimus ipſe, ita etiam literarum inſignis Antiſtes, & hoc Vildenſe, ſiue vt hodie quidem appellatur, Fuldenſe Benedictini ordinis cœnobium in ſolitudine quondã Bothonia ædificauit, & totius Germaniæ quaſi ſacrarium conſtituit, in quo acta publica omnium ordinum, & totius imperij conſeruarentur. Cuius inſtructiſſimam bibliothecã harpyiæ tres, quàm humaniter tractarint, lippis ac tonſoribus notum eſt: hoc hominum genus noſtra tempeſtate nimis frequens fuit, cui nihil dulcius eſt, quam omnem vetuſtatis memoriam abolere.

In Zachariam Pontif. 95

In Eccleſia ſui nominis condidit.] quæ hinc ſequuntur, ad finẽ porrò cap. huius ex m. ſ. exemplari ſuppleta ſunt.

In Stephanum 2. *Pontif.* 96.

Tangit Decretalis, venerabilem, de electionibus.] cætera quæ poſt hæc ſequuntur, ex m. ſ. Cod. expleta ſunt.

In Stephanum 3. *Pontif.* 99.

Et omnes per ipſum ordinatos degradauit.] quæ hinc ad finem capitis porrò ſequuntur, ex m. ſ. Codice expleuimus.

In Adrianum 1. *Pontif.* 100.

Huius tempore celebrata eſt alia Synodus.] m. ſ. codices mei pro alia legũt, ſeptima, quod teneo maximè, cum & Onuphrius id agnoſcat, quamquam ille Nicenã appellet ſecundam, quam cod. mei faciunt Conſtantinopolitanam.

Ibidem.

Quod ex Græcia illuc tranſlatum fuerat à Romanis.] poſt hęc verba lacunam expleuimus, quæ protenditur vſque ad verba illa. Cui etiam Carolus commiſit, &c.

Ibidem

Sepultusq; eſt in Eccleſia S. Petri in Vaticano.] quæ poſt hæc verba ſequuntur, ex m. ſ. Codice adiecta ſunt.

In Eugenium 2. *Pontif.* 104.

Et pictura ſolenni decorauit.] poſt hæc lacunam expleuimus, pertingentem vſque ad verba iſta. Hinc deinde per laicos.

In Gregorium 4. *Pontif.* 106.

Et ipſe Pontifex ſepultus eſt apud S. Petrum.] quæ hinc ſequuntur ad finem vſque cap. ex m. ſ. Cod. expleuimus.

In Sergium 2. *Pontif.* 107.

Quę de os porci, & mutatione nominis Pontificij hic dicuntur, quam vera ſint, lector videat apud Onuphrium: nobis inculcata videntur, cum veram cauſam nominis mutandi Martinus

tinus ipse non ignorauerit.

In Leonem 5. Pontif. 108.

Admonendum duxi hunc Leonem in vno, sed tamen præcipuo Cod. m. s. non 5. sed 4. appellari, in quo cum Onuphrio congruit.

Ibidem.

Illi autem Saraceni, &c.] Hanc historiam in m. s. Codice ita legimus: Illi autem Saraceni, qui cum magna multitudine Romam venerant, dum spoliatis ecclesiis S. Petri & Pauli redirent in Aphricam, submersi sunt in mari.

In Iohannem Anglum, Pontif. 109.

In hoc Pontif. cæteri Codices m. s. quod ad rem gestam attinet, cum publicato conueniunt, præcipuus ad hunc modum habet: Post hunc Leonē Iohannes Anglicus natione Manganti nus, qui alibi legitur fuisse Benedictus tertius, &c. in temporibus verò quibus sederit, quibusq; deinde Pontificatus vacauerit, Codices m s. neque cum excuso omnes, neque singuli inter se congruunt. In Cod. Tongerlcensi m s. nec numerum nec nomen habet in catalogo Pontificum, sed Leoni præcedenti historia eius veluti fabulamentum appendicis loco adiicitur. Sigebertus Gemblacensis & nonnulli alij Chronologi & historici, potissimum hi, qui vicini fuerunt his temporibus, nullam huius mentionem faciunt: Onuphrius cum aliis argumentis pluribus tum etiam ratione temporum conuincit, suppositiium fuisse: planeq; falsam ac fictam fabulam hanc esse, non illi solum, qui partes Pontificum tuentur, sed & illi quoque qui eas acerrimè impugnant, ingenuè profitentur quicumque rei gestæ veritatem diligentius expēdunt: nos tamen interim nihil mutamus, ne cui temere videamur excutere velle quæ consueta sunt. Nam qui in alios m. s Codices incidunt, ipsi facilè comperient ne apud hunc quidem authorem illi esse locum.

In Nicolaum, 1. Pontif. 111.

In Ecclesia S. Petri sepelitur.] quæ porrò hinc sequuntur ad finem vsque capitis ex m. s. Cod. sunt expleta.

In Adrianum 2. Pontif 112.

Adrianus 2. natione Romanus, ex patre Carolo.] m. s. Cod. mei omnes habent, ex patre Talaro. quibus & Onuphrius subscribit.

In Iohannem octauum. Pontif. 113

Apocrisiarij Papæ:] quæ hinc sequuntur ex m. s. Cod. adiecta sunt.

In Stephanum 6. Pontif. 119.

Huius

Huius Pontificis præcipuus Cod. m. ſ. meus nullã facit mentionem, & ea quæ ab his verbis, *hic à formoſo*, ad finem porrò ſequuntur, Bonifacio præcedenti attribuit: reliqui Codices m. ſ. cum excuſo congruunt, nos nihil mutamus: penes Lectorem igitur fides eſto.

In Iohannem 9. Pontif. 122.

Hic Pontifex in Cod. m. ſ. meo præcipuo nihil egiſſe memoratur, nam ea quæ reliqui Codices huic ab illis verbis, *Hic autem Iohannes*, attribuunt, hic Codex attribuit Theodoro præcedenti: nos nihil mutamus.

In Leonem 6. Pontif. 124.

Hunc Leonẽ, præcipuus, & cũ eo Tongerloẽſis quoque Codex m. ſ. quintum appellat.

In Leonem 7. Pontif. 130.

Iidem Codices hunc Leonem etiam ſextum numerant.

In Iohannem 11. Pontif. 132.

Nam eodem anno, &c.] m. ſ. Codex plene ita legit, nam eodem anno à Saracenis ex Aphrica venientibus capta fuit, & hominibus & Theſauris euacuata.

In Leonem 8 Pontif. 133.

Hunc Leonem iidem Codices mei ſeptimum numerant.

Ibidem.

Et ceſſauit menſe vno.] poſt hæc verba ad finem capitis expleta ſunt quæ ſequuntur ex Cod m. ſ.

In Iohannem 12. Pontif. 137.

Communi voto Leo Papa eligitur.] quæ ex hinc ſequuntur, ex. m. ſ. Cod. acceſſerũt.

In Benedictum 5. Pontif. 138.

Sine pænitentia ſubito moritur.] poſt hæc verba quæ acceſſerunt, ex m. ſ. Cod. ſunt.

In Leonem 9.

Eundem & hunc quem Codex excuſus Leonem nonum appellat, m. ſ. iidem octauum conſtanter numerant.

In Benedictum 7. Pontif. 144.

Scandit R. Gilbertus.] quæ poſt hunc verſum adiecta ſunt, ex m. ſ. acceſſerunt.

In Iohannem 19. Pontif. 152.

Propter feſtum S. Amani.] m. ſ. Cod. omnes habent, S. Auiani.

Ibidem.

S. ſpiritus adſit nobis gratia.] quæ hinc ſequuntur, ex m. ſ. Cod. ſunt.

In Sergium 4.

Hunc Sergium præcipuus Codex meus non habet, reliqui habent, vt & Onuphrius, quare nec nos quidem eum reiicimus.

In Iohannem 20.

Miraculis coruſcando.] poſt hæc verba m. ſ. Codex adiicit, hoc tempore Gratianus monachus Decretum ſecundum quoſdam compilauit,

quibus caput hoc terminat, nam cætera quæ in excuso textu sequuntur, Gregorio sexto infra tribuit, cui melius etiam conuenire videntur: cõsimiliter & in reliquis m. s. Cod. meis est.

In Benedictum 9. Pontif. 156.

Sicut olim infælix Papa existẽs bestialiter vixi.] post hæc quæ sequuntur, ex m. s. Cod. adiecta sunt.

In Leonem 10. Pontif. 161.

Manifestis clarens miraculis.] quæ deinceps hic ad finem vsque capitis sequuntur, ex m. s. Cod. expleuimus: hic etiam Leo nonus in m. s. meis appellatur.

In Gregorium 7. Pontif. 164.

Et ab eodem Gregorio in castro S. Angeli cum Cardinalibus obsidendo.] In m. s. Cod. ita lego: Et ab eodem Clemente in die Paschæ coronam Imperij assumpsit, Papam Gregorium in castro S. Angeli cũ Cardinalibus obsidẽdo.

In Vrbanum 2. Pontif. 166.

In Dioecesi Cabilonensi.] post hæc quæ sequuntur, ex m. s. Cod. adiecimus.

In Paschalem 2. Pontif. 170.

Et ipsum vsque ad summitatem graduum sancti Petri conduxisset Rex adueniens.] In m. s. sic lego. Et ipsum vsq; ad summitatem graduum S. Petri conduxisset, & eum ibi summus Pontifex cum Cardinalibus & Episcopis expectasset, Rex adueniens, &c.

Ibidem.

Illic pro Abbate mittitur.] his verbis m. s. Cod. addit, qui scripsit multa nostrę fidei vtilia, vir sanctitate pollens.

Ibidem.

Circa huius tempora scilicet anno 1119 &c.] quæ de exordio Præmonstratensis ordinis hic dicuntur, eodem modo in m. s. meis referuntur, nisi quod præcipuus Norbertum VVibertum appellet: ego nihil muto. cæterum in Tongerloensi & Martiniensi hos versiculos adiectos repperi, in quibus ob rationem carminis plenũ numerum pro inchoato author scripsisse videtur, quos proinde adieci, sunt autem hi.

Anno milleno centeno bis quoque deno:
Sub Patre Norberto Præmonstrati viget ordo.

In Calixtum 2. Pontif. 172.

In Ecclesia Lateranensi est sepultus.] quæ hinc porrò sequuntur, adiecta sunt ex Codice m. s.

In Eugenium 3. Pontif. 177.

Circa maius altare est sepultus.] hic lacunam ex m. s. Cod. expleuimus pertingentem vsque ad verba illa. *Eodem tempore*, &c.

In Alexandrum 3. Pontif. 180.

Sedit annis vndecem, mensibus vndecem, diebus nouemdecem.] In duobus m. s. est, sedit an. 21. mense

mense 11. diebus 29. cum quibus conuenit Onuphrius & vnus Codex, quem secuta est editio Martini prior, nisi quod in mensibus ac diebus nonnihil discrepent: nos id elegimus, quod est quã maximè confessum.

Ibidem.

Post aliquot annos.] mei habent, per viginti annos sub huius temporibus, quod prior editio admittere propterea nõ poterat, quod huic Pontifici viginti annos non attribueret.

In Lucium 3. Pontif. 181.

Qui vtriusque Testamenti historias compilauit.] post hęc quę sequuntur ex m. s. Cod. adiecimus.

In Vrbanum 3. Pontif. 182.

Sepultusq; est in Ferraria.] quę hinc sequuntur, ex m. s. sunt.

In Innocentium 3. Pontif. 186.

Anno verò, Pontificatus sui decima septima Nouemb.] In m. s. lego, decimo septimo, mẽse Nouembri.

Ibidem.

Pontificatus Papæ Innocentij anno sexto.] post hæc verba lacunam expleui ex Cod. m. s. quæ pertingit vsque ad ea verba, Ordinem verò fratrum minorum.

Ibidem.

Is Franciscus ante conuersionem suam vocabatur Iohannes] post hæc verba quæ sequuntur, ex m. s. Co. adiecta sunt.

In Honorium 3. Pontif. 187.

In plerisque m. s. meis lego hunc sedisse annis 10. mẽsibus 8. ideoque hoc tenui.

Ibidem.

In Ecclesia S. Mariæ maioris sepelitur.] post hæc verba quæ sequuntur ad finem vsque cap. ex m. s. expleuimus.

In Gregorium 9. Pontif. 188.

Et à morte eiusdem Dominici anno 11. quæ post hinc ad finem capitis sequuntur, ex m. s. Cod. suppleuimus.

In Innocentium 4. Pontif. 190.

Canonizauit etiam S. Stanislaum Assisius, Turonensem Episcopum.] m. Codex habet Cracouiensem Episcopũ, quod sequor, suffragantibus historicorum calculis.

Ibidem.

Omnibus tamen religiosis ac etiã secularibus placidus extitit.] quæ hinc sequuntur ad finem vsque cap. ex m. s. sunt.

In Clementẽ 4. Pontif 193.

Etiam de die expeditionis certificauit.] quæ hinc ad finem capitis vsque sequuntur, ex m. s. Cod. sunt adiecta.

In Gregorium 10. Pontif. 194.

Et cessauit Pontificatus diebus 10.] hic lacunam expleuimus vsque ad verba illa, *hic fecit vnam ordinationem, &c.*

In Iohannem 21. Pontif. 197.

Iohannes 21. natione Hispanus, anno Domini, &c.] In m. s. lego Iohannes 21. natione Hispanus, de ciuitate Vlyssipona,

pona, anno Domini,&c.

In Nicolaum 3. Pontif. 198.

In hoc Pontifice appendicem chronici ordiuntur qui Martinum antea excuderunt, quibus & m. s. mei Codices duo astipulantur: sed in præcipuo nulla fit appendicis mentio, verum ita vt in exordio proposuerat, se ad Iohannem 22. inclusiue scripturū, ita etiam sine intermissione facit: ex quo colligimus, id esse verum quod supra diximus in præfatione lib. 1. nota 1. nos igitur appendicis vestigium ad rei memoriam ita vti est relinquemus, commonefacto tamen Lectore, omnia quæ appendicis complexu hic adiunguntur, non esse minus Martiniana, quam ea quæ præcedunt, quod & in supradicta præfationis nota, & infra facilè apparet in Martino 4.

Ibidem.

In duobus m. s. lego. *In die S. Catharinæ Viterbij sedit annis 2. mens. 8. diebus 22*] quod quoniam etiam cum Onuphrij calculatione conuenit, retinendum duxi.

Ibidem.

Quatuor pedes & amplius superent.] quæ hinc ad illa verba, *Hic palatium S. Petri, &c.* sequuntur, ex m. s. Codice Martiniensi restituimus.

Ibidem.

Fere per duos annos regi fecit.] quæ hinc ad capitis finem sequuntur, ex m. s. Codice Martiniensi & Tongerloensi sunt plenius explicata.

In Martinum 4. Pontif 199.

Et coronatus fuit in vrbe veteri decimo Calendis Aprilis.] omnia quæ hinc in contextu sequuntur, ex fide duorū vet. Cod. plenius restituimus, ex quibus vtique luce clarius apparet, itidem in cæteris vt in hoc Pontifice homines occupatos aut etiam maleuolos huic authori decidisse quantum libuit. est enim id quod excusum habemus priori editione, nihil aliud quam epitome huius quod nos hic edimus: quod eo minus æquo animo ferendū est, quod, vt apparet, qui id fecerunt, non bona fide in negocio versati sint. Nam cum Martinus Sanctitatem huius Pontificis miraculis ab eo post mortem editis testaturus ita caput hoc finiret: Nam diuersarum afflicti passionum, & specialiter, visus, auditus, & loquelæ, prostrati iuxta feretrum in quo corpus eius extitit sepultum, infra paucos dies videntibus & assistentibus clericis & laicis quam pluribus, multi sunt sanati: nec adhuc quando fuit hæc scriptura protracta 12. mensis

Maij

Maij cessabant ibidem miracula, verius imo diebus singulis occurrenti populosæ fidelium multitudini misericorditer à Domino largiũtur: & qui scripsit hæc, vidit ea. sic inquam cum caput hoc finiret Martinus, abbreuiatores isti sic finiunt. Qui Papa Martinus quartus, dicitur post mortem suam plurima fecisse miracula, sed cessabant ipsa miracula duodecima mensis Maij sequentis: sic isti. Quid igitur isti non ausint in bonis authoribus concidendis & deprauandis, qui ex vnius Pontificis vita res tam multas vtique scitu dignissimas resecarunt, qui authoris ipsius viuum de subiecta historia testimonium scientes ac volentes suppresserunt, qui historiam denique ipsam mẽdaciis aspersis adulterarunt? vide infra quę annotauimus in Rodolphum Imp.

In Honorium 4. Pontif. 200.

Libenter vbique pacem querens.] post hæc verba lacunam expleuimus, pertingentem ad ea vsque verba: *Romæ obiit*: post quæ ipsa etiam ex m. s. subiicimus in die parasceues, quæ in publicatis non habentur.

In Cælestinum 5. Pontif. 202.

Post obitum Nicolai quarti.] post hæc verba sequitur in m. s. elegerunt, quod & ipse sensus flagitat.

In Bonifacium 8. Pontif. 203.

Villam Apamensem in nouam ciuitatem erexit] post hæc verba subiicit Codex m. s. Et ciuitatem Prænestinam honore episcopatus priuauit, & eam subuerti fecit. quæ retinui.

Ibidem.

Tunc Reate, vbi Papa resedit & in vicinu partibus.] post hæc verba sequebatur in m. s. in festo sancti Andreæ: quæ retinui

Ibidem.

Contra Philippũ Regem Franciæ.] post hæc verba lacunam expleuimus, vsque ad ea verba pertingentem, *quia pecuniam extra Regnum*, &c.

Ibidem.

Vsque in quartam generationem maledixisse.] post hæc verba in m. s. sequitur, & dictũ Guilielmum hæreticum, & hæretici filium ostendisse, supra autem de constitutione ab hoc Papa facta, si verũ est quod dicitur, aliunde videtur huc inculcatum, cum in plerisque m. s. non sit.

In Benedictum 10. Pontif. 204.

Vsque tunc nolentibus concordare.] In m. s. Cod. lego, vsque tunc non valentibus concordare.

In Clementem 5. Pontif. 205.

Deinde coronatus fuit 18. Calend. Augusti.] m. s. Cod. pro Augusti habet Decembris,

quod teneo, suffragante huic magis Onuphrio, qui scribit eum pridie idus Nouembris fuisse coronatum.

Ibidem.

Et bonis eorum ordinationi suæ reseruatis.] In m. s. Cod. lego, quod teneo, ordinationi suæ & ecclesiæ reseruatis.

In Iohannem 22. Pontif. 206.

Tandem indulgentia, &c.] hanc sententiam in m. s. melius ita lego. Tandem diligentia Philippi Comitis Pictauiensis fratris Regis Fráciæ, qui ad hoc ferè anno cum dimidio laborauerat.

Ibidem.

Item in episcopatu Narbonensi fecit duos Episcopos.] m. s. Cod. habet duos Episcopatus.

Ibidem.

In eremo de mireto.] & mox *anno* 1076. & paulo post, *quindecimo Calendis Martij.* In m. s. lego, Mureto. itẽ 1077. item, Calendis Maij, in quibus tamen nihil muto.

Ibidem.

Multa miracula operatus est.] post hæc verba m. s. Codex initium habebat noui Pontificis.

Atque ita quidem Martinus noster, vt ab initio proposuit, Chronicon suum deduxit ad Papam Iohannem 21. inclusiue, qui vulgo numeratur 22. Hic enim Iohannes tametsi vulgò numeretur 22. est tamen reuera 21. Nam is qui vulgo 20 numeratur, nõ Papa sed antipapa fuit per contentionem creatus in schismate, & proinde ordine Pontificali indignus. Ideoque quasi is nullus extitisset, qui huic successerunt 20. & 21. dicti sunt, qui illa connumerato vulgo dicuntur 21. & 22. Iohannes autem Anglicus, quia non solum non legitimus Papa, sed ne Papa quidem fuit, prorsus extra omnem numerum est, etiam in vulgari editione priori. Sunt enim prẹter hunc Anglicum scismatico illo connumerato Iohannes planè 22. quorum vltimus hic est, in quo Martinus desinit. Lector cõsulat amplius Onuphrium Panuinium: nobis enim propter m. s. Codicum consensum in Martino nihil mutare licet.

SEQVVNTVR ANNOTATIONES IN IMPERATORES.

In Octauianum Augustum. Imper. 2.

Iudicij signum tellus sudore madescet, &c.] hæc carmina supra cap. 8. libelli 1. Erythreę Sibyllæ attributa sunt, vnde huc repeti possunt. facit autem æquiuocatio nominis Sibyllini vt aliarum gesta aliis tribuantur, sed cum ad Erythream potissimum carminis huius origo referatur, dicas Triburtinam hãc non vt suum condidisse, sed vt alienũ recitasse hoc carmen.

Ibidem.

Et quam plurimo decore ornatam.] post hæc verba lacunã expleuimus, pertingentem ad illa verba, *anno ipsius* 26.

Ibidem.

Neapolim transferuntur.] post hæc verba vsq; ad ea verba, *anno eiusdem* 35. &c. lacunam ex m. s. Codice expleuimus.

Ibidem.

Horatius poeta moritur Romæ.] his verbis addit m. s. Codex 57. annos habens, qui plurimos libros scripsit.

Ibidem.

Nonagies quadringenta milia & octogintamilia.] m. s. Cod. pro quadringenta habet trecenta: nos nihil mutamus: porrò autem quæ deinceps ad finem vsq; capitis huius sequuntur, ex m. s. Codice expleuimus.

In Tiberium. Imp. 3.

Satis prudens in annis.] m. s. Codex melius, satis prudens in armis.

Ibidem.

Simulans se ea velle quæ nollet.] inter hæc verba & illa, *hic decimo octauo, &c.* quæ interiecta sunt, ex m. s. Cod. expleuimus.

Ibidem.

Erat enim mirabilium operum effector & doctor.] his verbis m. s. Codex immediate adiicit, eorum, qui libenter vera suscipiunt.

Ibidem.

De eius passione & resurrectione.] post hæc verba quæ sequuntur, expleuimus ex m. s. Cod. vsque ad illa verba. *Herodes qui Iohannem.*

Ibidem.

Ibique ambo miserabiliter moriuntur.] post hæc quæ hoc capite ad finem porrò consequuntur, ex m. s. Cod. expleta sunt.

In Caligulam. Imp. 4.

Hieronymus super Matthæum.] m. s. Cod. pro Hieronymo legit Iohan. Chrysostomũ.

Ibidem.

Cæsares dicuntur.] m. s. Codex his addit: hoc dictum tamen non de hoc Cæsare

Caio Caligula, sed de Caio Iulio Cæsare intelligitur.

Ibidem.

Romæ in Palatio occisus est.] quæ ad finem porrò huius capitis hinc sequuntur, expleta sunt ex Codice m. s.

In Claudium. Imp 5.

Sicque prælatus est gener filio ordine præpostero.] post hæc verba lacunā expleuimus pertingentem vsque ad illa verba: *Huius Claudij tempore.*

Ibidem.

Ceruleus esse describitur.] quę hinc porrò sequuntur, ex m. s. Codice sunt expleta.

In Neronem Imp. 6.

Simul & à Senatu hostis iudicatur.] post hæc verba lacunam expleuimus pertingentem vsque ad verba illa: *huius Imperij anno 6.*

Ibidem.

Habens altitudinis pedes centum quadraginta.] his verbis addit m. s. Codex: Tempore Senecæ leguntur fuisse Poetæ Persius, Iuuenalis, & Lucanus.

In Galbam. Imp. 7.

Sese interfecerunt.] quæ ex hinc porrò ad finem capitis vsque sequuntur, ex m. s. Codice expleuimus.

In Vespasianum. Imp. 8.

Validissimas gentes Imperio Romano adiecit.] quę deinceps sequuntur, ex m. s. Cod. adiecimus.

In Neruam. Imp. 11.

Iohannes Euangelista de exilio Ephesum rediit.] quæ hinc porrò ad capitis huius finem consequuntur, ex m. s. Cod. expleuimus.

In Traianum. Imp. 12.

Et postea cum vxore & filiis aduersa sustinuit.] m. s. Codex ita legit: & postea cum vxore & filiis baptizatus, sicut Christus prædixerat, multa cum vxore & filiis aduersa sustinuit.

Ibidem.

Hierosolymis martyrio coronatur.] quæ hinc ad finem capitis porrò consequuntur: sunt ex m. s. Codice expleta.

In Adrianum. Imp. 13.

Causa autem silentij in suo libro demonstratur.] post hæc verba lacunam ex m. s. Cod. expleuimus pertingētē vsq; ad verba illa. *eo tēpore Aquila.*

In Commodum. Imp. 16.

Vt hostis generis humani etiam iudicaretur.] post hæc lacunā expleuimus. pertingentem vsque ad verba illa: *Iste dictus commodus.*

Ibidem.

Eugenium se vacans, monachi effecti sunt.] m. s. Cod. ita legit. Eugenium se vocans baptizatur, & monachi effecti sunt, &c.

In Aelium Pertinacem. Imp. 17.

Qui sexto mense quo regnare cœperat, interemptus est.] hinc lacunā expleuimus vsq; ad illa verba, *Seuerus verò genere.*

In Ca-

In Caracallam. Imp. 18.

Et pessimus homo.] m.s.cod. his addit. hic cognomine Bassianus vocabatur.

In Macrinum. Imp. 19.

Ob inuidiam detruncatur.] quæ post hæc sequuntur, ex m. s. sunt.

In Antonium Heliogabalum Imp. 20.

Principium huius Imperatoris in m. s. Cod. ita reperimus: Antonius, alias Marcus Aurelius Antoninus Heliogabalus imperauit annis quatuor.

In Alexandrum Imp. 21.

Sanctus Hippolytus Portuensis Episcopus claret.] quæ deinceps hinc sequuntur, ex m.s.cod. accesserunt.

In Maximinum. Imp. 22.

Cum filio suo adhuc puero est occisus.] quæ hinc porrò sequuntur, ex m. s. Cod. assumpta sunt.

In Philippum. Imp. 24.

In festo Paschæ communicaret coram omni multitudine.] quæ hinc sequuntur, ex m. s. Codice accesserunt.

In Gallum. Imp. 26.

Principium huius Imp. in m. s. Codice hoc est. Gallus Hostilianus cum filio suo Volusiano, &c.

Ibidem.

Ad calcem huius vitæ adiicit m.s.Cod. Hũc Gallum Helmãdus dicit esse Deciũ, & sic binominis fuisset.

In Valerianum. Imp. 27.

Principium huius in m.s. Cod. ita lego: Valerianus cum filio suo Galieno, qui & Decius dicitur, annis 15. Sed Valeriano septem annis regnãte, & eo mortuo, solus Decius imperauit annis 8. Valerianus iste Gothiã, &c.

In Claudium. Imp. 28.

Et victis Alemannis morbo interiit.] quæ hinc seqnuntur ex m. s. Cod. sũnt.

In Tacitum. Imp. 30.

Tacitus imperauit mensibus septem.] m. s. Codex his verbis immediate subiungit, hic natione fuit Narbonensis.

In Florianum. Imp. 31.

Imperauit dies 39.] manuscriptus Cod. habet 89. sed ego nihil muto.

In Carum. Imp. 33.

Carus.] m. s. Cod. habet, Carus Narbonensis.

In Diocletianum & Maximianũ. Imp. 34.

Pro Christo libenter occubuit.] post hæc verba lacunam expleuimus ex m.s. Cod. vsque ad illa verba: *Interim Diocletianus.*

Ibidem.

Tunc etiam passus est Gregorius martyr.] quæ hinc sequũtur, ex m.s. Cod. adiecimus.

In Galerium. Imp. 35.

In signo Crucis, quod sibi ostensum est, vicit.] quæ hinc sequuntur, ex m. s. Codice sunt.

In Constantinum Magnum. *Imp.* 36.

Picta in muro apparuit.] m. f. Codex legit, picta in muro testitudinis in mitra apparuit.

Ibidem.

Sed ligneum ante habitum stabiliuit.] m. f. Codex habet, sed ligneum ante habitum ab Apostolis stabiliuit.

Ibidem.

Et paulo ante Cometes apparuit.] quæ deinceps hinc sequuntur, ex m. f. Codice expleuimus.

In Iulianum. Imp. 38.

In hoc Imperatore librarij perperam ex Constantio Constantinum, ex Basilio Blasium fecerant, quorum nomina ex m. f. Codice restituimus.

Ibidem.

Galilee vicisti.] quæ deinceps hinc sequuntur, ex m. f. Cod. sunt.

In Iouianum. Imp. 39.

In pace sepeliuit.] quæ deinceps hinc sequuntur, ex m. f. sunt.

In Valentem. Imp. 41.

Nolentes verò fecit interfici.] m. f. Codex habet, nolentes verò fustibus fecit interfici: porrò autem quæ deinceps hinc sequuntur, ex m. f. cod. expleuimus.

In Gratianum. Imp. 42.

Cunctisq; plenus bonis obiit.] quæ hinc sequuntur, ex m. f. Cod. sunt. In quibus Regum Francicorum numeros mirum in modum deprauatos ex Trithemio restitui.

In Theodosium. Imp. 43.

Verum effusior in bonos.] quæ hinc sequuntur, ex m. f. Codice sunt.

In Arcadium. Imp. 44.

Augustinus quoque Episcopus doctrinæ scientia preclaruit.] ab his verbis vsque ad illa, *hoc tempore Priscillianistæ, &c.* ex m. f. lacunam expleuimus.

Ibidem.

Quæ postea Reipub. multum vtilis fuit.] quæ hinc porrò sequuntur, ex m. f. Cod. accesserunt.

In Honorium. Imp. 45.

Etiam mortuos ad vitam reuocare.] quæ hinc porrò ad finem capitis sequuntur, ex m. f. Cod. expleuimus.

In Theodosium 2. Imp. 46.

Obdormierunt in Christo.] quæ deinceps hinc sequuntur, ex m. f. Cod. expleuimus.

In Martianum. Imp. 47.

Imperauerunt annis 7.] m. f. Codex habet annis 8. sed nihil muto.

Ibidem.

Cum Dioscoro condemnatur.] hic lacunam expleuimus vsque ad verba illa. *Sancta Genouefa.*

Ibidem.

Captæ & destructæ sunt] quę hinc porrò sequuntur ex m. f. Co-

f. Codice sunt.

In Leonem I. *Imp*. 48.

Longobardos gubernauit.] quæ hinc sequntur, ex m. f. Cod. sunt.

In Zenonem. Imp. 49.

Insulam Britanniæ possedit.] post hæc verba immediate in m. f. Codice sequitur. An. D n. 449. venerunt Eugeri Saxones in Britanniã.

In Iustinianum primum. Imp. 52.

Claret sancta Genouefa virgo.] quæ deinceps hinc sequuntur, ex m. f Cod. sunt expleta.

In Tiberium 2. *Imp*. 54.

Inuenit infinitum Thesaurum.] quæ de hinc sequuntur, ex m. f. Cod. expleuimus.

In Phocam. Imp. 56.

Phocam vicit.] deinceps quę hinc sequntur, ex m. f. Cod. expleuimus.

In Heraclium. Imp. 57.

Ad decipiendum populum informabatur.] post hæc verba, vsque ad illa verba, *Heraclius deuicta Perside*, quæ sequũtur, ex m. f. Cod. expleuimus.

Ibidem.

Quam à Cosroe receperat.] quæ hinc sequuntur ad illa vsq; verba, *& ita cruce relata*, quia in m. f. non reperimus, & nullius testimonio fulta videmus, tanquam supposititia, ac falsa iugulauimus.

Ibidem infra.

Iacobitæ sunt Christiani, quos Apostolus Iacobus ad fidem conuertit, sed iam de fide male sentiunt.] Hæc verba confuse leguntur in m. f. & certum est historiam esse falsam: cõmoda fuerit lectio, si ita legas. Iacobitæ sunt Christiani, quos Apostata Iacobus à fide auertit, & iam de fide male sentiunt, &c.

In Constantinum 3. *Imp*. 58.

In balneo à suis occiditur.] hic præsidio m. f. Codicis lacunam expleuimus pertingentem vsque ad verba illa, *post decessum eius.*

In Leonem 3. *Imp*. 67.

Et inde multa bona abstulerunt.] post hæc verba lacunam expleuimus, pertingentem ad verba illa. *Anno Leonis tertio.*

In Constantinum 5. *Imp*. 68.

Et alio monasterio.] m. f. Codex hic addit Sancti Andreæ, & mox infra post illa verba, *magni honoris habetur*, m. f. Codex adiectum habet, hoc autem monasteriũ dicitur imperari à militibus mille: item infra circa finem pro, *imagines*, habet Mahomet, itemque illa ad finem quæ sequuntur adiicit, quæ sequuntur post illa verba: *Saraceni interfecerunt.*

In Constantinum 6. *Imp*. 70.

Quam mors secuta fuerat machinaretur.] quę hinc sequuntur, expleta sunt ex cod. m. f.

In Carolum Magnum. Imp. 73.

Per ecclesias piè distribuendas.]

quæ

quæ hinc ad finem capitis porrò sequuntur, ex m. s. Cod. sunt expleta.

In Ludouicum. Imp. 74.

Grauiter Galliam infestant.] hic lacunâ expleuimus pertingenrem ad illa vsque verba: *Ludouicus autem Imperator.*

In Lotharium 1. Imp. 75.

Romanorum finibus dilapidarunt.] hic lacuna exigua est expleta vsque ad illa verba: *hic senior filius.*

Ibidem.

Cum magna veneratione excolitur.] quæ deinceps hinc sequuntur, ex m. s. Codice expleuimus.

In Carolum 2. Imp. 77.

A Regis Francorum Foresta-rius regebatur.] post hæc verba sequentem lacunam expleuimus vsque ad illa verba, *Imperator verò.*

In Carolum 3. Imp. 78.

Et per Imperatorem de sacro fonte susceptus.] post hæc verba m. s. Codex immediate subiicit. Delata eidem Normannorum Regi Godefrido Phrisia prouincia & Gilla filia Lotharij Regis. Et tandem, &c.

In Arnulphum. Imp. 79.

Quadraginta annis Galliam vastauerant.] inter hæc verba, & illa, *Demum Imperator Arnulphus.* quæ interiecta sunt, ex m. s. Cod. expleuimus.

Ibidem.

Sed potius dissipabant.] quæ deinceps hinc sequuntur, ex m. s. Cod. sunt.

In Conradum Alemannum Imp. 82.

Ottonis Ducis Saxoniæ.] quæ hinc ad finem porrò capitis huius sequuntur, ex m. s. Cod. expleuimus.

In Henricum Regem. Imp. 84.

Otto primus in Regem coronatur.] quæ hinc sequuntur, ex m. s. Codice expleuimus.

In Berengarium 4. Imp. 87.

Ad calcem huius Berengarij m. s. Codex addit: isti 4 Berengarij, & Lotharius in aliis Chronicis pro Imperatoribus non ponuntur.

In Othonem 3. Imp. 90.

Et chorus nouæ Hierusalem cōposuit.] quæ deinceps hinc sequuntur, ex m. s. Cod. expleuimus.

In Henricum 1. Imp. 91.

Pro Narniensi apud Papam cōmutauit.] quæ deinceps hinc sequuntur, ex m. s. Cod. expleta sunt.

In Conradum 1. Imp. 92.

Monasterium construxit.] quæ deinceps hinc sequuntur, ex m. s. Codice expleuimus.

In Henricum 2. Imp. 93.

Et eum captiuum secum asportauit.] quæ inter hæc verba interiecta sunt & illa, *huius tempore Normanni, &c.* ex m. s. Cod. expleta sunt.

Ibidem.

Ego Berengarius.] post hæc verba quę sequuntur ex m. s. Codice

Codice sunt expleta.

In Henricum 3. Imp. 94.

Et sic eiectus ab Episcopatu.] m. s. Codex immediate addit tunc plene dixit: tūc iste Hildebrandus, &c.

Ibidem.

Item anno millesimo centesimo, quinquagesimo septimo.] In manuscriptis Codicibus vnanimiter est 1147.

Ibidem.

Miraculose saluus.] his addit m. s. non sine magna omniū hominū admiratione: quibus verbis caput hoc clauditur.

In Henricum 4. Imp. 95.

Cui successit Lotharius Dux Saxoniæ.] quæ deinceps hinc sequuntur, ex m. s. Cod. accesserunt.

In Lotharium 4. Imp. 96.

Nec alia arte biennio extingui poterat.] quæ deinceps hinc sequūtur, ex m. s. Cod. sunt.

In Conradum 2. Imp. 97.

Quæstione 6. cap forma.] quę deinceps hinc sequuntur, ex Cod. m. s. sunt.

In Fredericum 1. Imp. 98.

Cetera in cinerem redacta.] hic lacunam expleuimus, vsque ad verba illa, *Albanum à Romanis, &c.*

Ibidem.

Cum maxima multitudine transfretauerant.] hic lacunam expleuimus vsque ad verba illa: *Eodem tempore, &c.*

Ibidem.

Eo quod nondum tempus aduenisset.] hic rursus lacunam expleuimus, ex m. s. vsque ad verba illa, *Tempore Frederici, &c.*

Ibidem.

Et inde à Sancto Storgio.] In m. s. Codice habetur à Sancto Eustathio.

Ibidem.

Transportauit Coloniam.] hic addit m. s. Codex anno Domini 1162.

Ibidem.

Infra triennium transfretaturus.] quæ deinceps hinc sequuntur, ex m. s. Cod. expleuimus.

In Henricum 5. Imp. 99.

Postea ordinem Prædicatorum incepit.] quæ deinceps hinc sequuntur, ex m. s. Cod. adiecta sunt.

In Ottonem 4. Imp. 100.

Hic autem coronatus fuit in Basilica Sancti Petri.] m. s. Codex habet: hic autem coronatus fuit à Domino Innocentio 3. in Basilica sancti Petri.

Ibidem.

Contra Ottonem ibi mirifice triumphauit.] quæ deinceps hinc sequuntur, ex m. s. Codice accesserunt.

In Fredericum 2. Imp. 101.

Hic in tempore cruce dudum signatus] m. s. Codex legit, hic imperator Cruce dudum signatus.

Ibidem

Ibidem.

Intrando enim Damiatam cepit.] m.s. Cod. legit intrando enim terram sanctam, Damiatam cepit.

Ibidem.

Hic Fridericus ab Augusto primo centesimus fuit Imperator.] m.s. Codices mei habent vnanimiter, nonagesimus quintus: respicit enim Martinus eos Imperatores, qui legitimi fuerunt.

Ibidem.

In Constantino sexto.] quæ deinceps hinc sequuntur, ex m. s Cod. sunt: vsque ad illa verba, *Romanum Imperium.*

Ibidem.

Post depositionem Friderici secundi Imperatoris.] post hæc verba m.s. Codex addit, ab Imperio cepit vacare, nam *Innocentius quartus, &c.* quam lectionem & cæteri m. s. Codices approbant.

Ibidem.

Demum in Italiam intrans.] m.s. C. legunt Apuliam.

Ibidem.

Tam viris quam fœminis occisis & captis.] m.s. legunt tam viris quam fœminis occisis, & ecclesiis captis.

Ibidem.

Et à Carolo cum multis nobilibus decapitatur.] quæ sequuntur hinc ad illa vsque verba: *Ludovicus Rex Franciæ,* ex m. s. Cod. accesserunt.

In Rodolphum Imper. 102.

Hic cum fuisset Comes Hasenburg.] m. s. Cod. legunt: Habsburg, vt & Iohan. Cuspinianus.

Ibidem.

Huius tempore Papa Nicolaus, &c.] quæ hinc in contextu prioris editionis excuso sequuntur, vsque ad illa verba exclusiue, *Anno Dn.* 1289. expunximus, quia supra in vita Martini Papæ 4. referuntur: nam quod eo potius, quam huc referenda putarem, fecerunt duo m. s. Codices, qui vnanimiter & continenti serie ad hunc Pontificem ea retulerunt. Accedit huc etiã exemplum Platinæ, qui & ipse pleraque ad hunc Pontificem retulit. accedit huc & Cuspiniani authoritas, qui in Imperatore hoc nihil eorum omnium retulit. accedit denique & rerum ipsarum relatarum qualitas, vtpote quæ vel priuatim ad ipsum Pontificem, vel publicè ad Ecclesiæ statum pertinuerunt.

In Adolphum. Imp. 103.

Hic antea fuit Comes in Nansone.] m. s. habent in Nassouue.

In Albertum. Imp. 104.

Ipse misit nuncios.] m.s. cod. addunt solennes.

Ibidem.

Vbi cum caderent, minime praua-

praeualebant.] m. f. surgere minimè praeualebant.

Ibidem.

Et ceperunt ab initio aliquas insulas.] m. f. addunt, & castra.

In Henricum sextum.

Imp. 105.

Praepediente exercitu hostium.] m. f. Cod. habent, praepediente exercitu Roberti Regis Siciliae.

FINIS.

Chronicon hoc Martini Poloni, Archiepiscopi Consentini, quod nunc quasi nouum prodit, cum Annotationibus Suffridi Petri I. C. dignum iudico vt praelo tradatur. 1573. Nouembris 15.

I. Molanus, Apostolicus & Regius librorum Censor.

ANTVERPIAE EXCVDEBAT CHRISTOPH. PLANTINVS, ANNO M. D. LXXIIII. CALENDIS IVNII.